Ζ'. Βλασφημοῦντες δὲ τὴν ὑπεραγίαν Δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον, ἃ μήτε γραφῇ μήτε ἀκοῇ θεμιτὸν παραδοῦναι, οὐ πεφρίκασιν οἱ τρὶς οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι δίκαιοι λέγοντες· « Πιστεύομεν εἰς τὴν παναγίαν Θεοτόκον ἐν ᾗ (43) εἰσῆλθεν καὶ ἐξῆλθεν ὁ Κύριος. » Καὶ τοῖς ῥήμασι τούτοις τὴν ἄνω ὑποβάλλουσιν Ἱερουσαλὴμ, καί φασιν ἐν αὐτῇ πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθεῖν τὸν Χριστὸν, ὡς καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος (44) ἔφη. Ἔσθ' ὅτε δὲ συνελαυνόμενοι B ὁμολογεῖν ἐκ τῆς Παρθένου προελθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπειδὰν ὅλως συναναγκασθῶσιν, ἄνωθεν μὲν τὸ σῶμα συγκατενεγκεῖν αὐτὸ (45) τερατολογοῦσιν, δι' αὐτῆς δὲ ὡς διὰ σωλῆνος (46) διεληλυθέναι, καὶ ταύτην τὴν ἄσπιλον καὶ καθαρὰν Παρθένον μετὰ τὸν σωτήριον τόκον ἑτέρους υἱοὺς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ παιδοποιῆσαι (47). Ὡσαύτως δὲ τὴν κοινωνίαν τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μυρίαις ὕβρεσι πλύνοντες, ἀποδέχεσθαί φασι σῶμα καὶ αἷμα, τερατολογοῦντες τὰ Δεσποτικὰ ῥήματα, ἃ καί φασι μεταδιδόντα τοῖς ἀποστόλοις εἰπεῖν· « Λάβετε, φάγετε καὶ πίετε· » ἀλλ' οὐκ ἄρτον ποθὲν ἢ οἶνον προσφέροντα (48). Καὶ τὸν ζωοποιὸν δὲ σταυρὸν δυσφημοῦντές φασιν αὐτὸν προσκυνεῖν καὶ ἀποδέχεσθαι, σταυρὸν οἱ πλάνοι καὶ γόητες αὐτὸν ἀνα- C πλάττοντες τὸν Χριστόν (49). Καὶ γὰρ αὐτὸς, φασὶν, εἰς σταυροῦ σχῆμα τὰς χεῖρας ἐξήπλωσε. Τὸν ἀληθῶς δὲ σταυρὸν, ἅτε δὴ ξύλον, φασὶ, καὶ κακούργων ὄργανον, καὶ ὑπὸ ἀρὰν κείμενον, οὐ δεῖ προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι.

VII. In sanctissimam autem Dominam nostram Deiparam blasphemantes homines illi, qui non semel sed ter perire merentur, non horrent ea dicere, quæ nec scripto tradere, nec auditu percipere fas est, nempe: « Credimus in sanctam Deiparam, in quam ingressus et egressus est Dominus. » His porro verbis supernam Jerusalem subindicant, aiuntque in eam præcursorem pro nobis ingressum esse Christum, quemadmodum divus Apostolus ait[1]. Interdum vero, cum compelluntur confiteri Christum ex Virgine prodiisse, quando penitus urgentur, ipsum desuper corpus detulisse portentose fatentur, sed per ipsam veluti per canalem transiisse, ipsumque immaculatam et puram Virginem post salutarem partum alios filios ex Joseph suscepisse. Pari modo communionem pretiosi corporis et sanguinis Christi, Dei nostri, sexcentis contumeliis aspergentes suscipere se dicunt corpus et sanguinem monstrosas explicationes aptantes verbis Domini, qui, ut aiunt, protulit, cum traderet apostolis: « Accipite, comedite et bibite[2]; » sed nec panem nec vinum ullatenus obtulit. Vivificæ cruci maledicentes aiunt, seipsam adorare et admittere: crucem errones et præstigiatores illi Christum ipsum esse comminiscentes. Etenim ille, inquiunt, manus in crucis modum expandit. Veram autem crucem utpote lignum maleficorum instrumentum et maledicto subjacens adorare et amplecti nefas esse dicunt.

Η'. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἱεροὺς προφήτας καὶ πᾶσαν τὴν παλαιὰν Γραφὴν καὶ τοὺς ἄλλους ἀπο-

VIII. Quin etiam sacros prophetas, omnemque veterem Scripturam aliosque sanctos aversantur,

[1] Hebr. XII, 22. Matth. XXVI, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(42) Ἐπουράνιον. Forte id sibi homines hoc cognomine voluerunt, ut Deum *supracœlestem* dicerent, ad quem scilicet *cœlum* ipsum, et quæ in eo sunt, non putabant pertinere. Vocis hujus significatum diligenter evolvit Stephanus Clericus in *Quæstionibus sacris*, p. 300 seq. D

(43) Ἐν ᾗ. Ita et noster; rectius forte Euthymius εἰς ἣν.

(44) Ἀπόστολος. Provocarunt procul dubio ad Galat. IV, 26, ubi ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ vocatur μήτηρ πάντων ἡμῶν.

(45) Αὐτό. Ita et noster, sed Euthymius habet αὐτόν, quod et Cl. Montfauconus restituendum merito putat.

(46) Σωλῆνος. Eadem phrasi et comparatione usi sunt plures, iique antiquiores hæretici. Illustris est Theodoreti locus, qui in epistola ejus ad Monachos CPolitanos, tom. III Opp. p. 1073, ita legitur: Σίμων μὲν γὰρ καὶ Μένανορος Κέρδων καὶ Μαρκίων, παντάπασιν ἀρνοῦνται τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γένεσιν μυθολογίαν ἀποκαλοῦσιν. Βαλεντῖνος δὲ καὶ Βασιλείδης καὶ Ἁρμόνιος, καὶ οἱ τῆς τούτων συμμορίας, δέχονται μὲν τῆς Παρθένου τὴν κύησιν καὶ τὸν τόκον, οὐδὲν δὲ τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τῆς Παρθένου προσειληφέναι φασὶν, ἀλλὰ πρόοδόν τινα δι' αὐτῆς ὥσπερ διὰ σωλῆνος ποιήσασθαι, ἐπιφανῆναι δὲ τοῖς ἀνθρώποις φαντασίᾳ χρησάμενον, καὶ δόξας εἶναι ἄνθρωπος, ὃν τρόπον τῷ Ἀβραὰμ καί τισιν ἄλλοις τῶν παλαιῶν. Confer eumdem lib. V, c. 11. *Hæreticarum fabularum*. Alia ejusmodi veterum testimonia collecta leges apud Steph. Lemoyne in Notis ad *Varia sacra* pag. 415 seqq. et Thomam Milles in notis ad Cyrilli Hierosolymitani *Catechesin IV*, § 6.

(47) Παιδοποιῆσαι. De Antidicomarianitis, quos Augustinus et Facundus Antidicomaritas vocat, aliisque hujus sententiæ impiæ asseclis lege ex veteribus commentantes Dionysium Petavium in *Dogmatibus theologicis*, tom. IV, lib. XIV, cap. 3. Et Cl. Jac. Basnag. in *Dissert. historico theolog.* p. 58.

(48) Προσφέροντα. Confer quæ scripsi in *Historia Bogomilorum*, p. 88 seq.

(49) Χριστόν. Similia de Bogomilis, recentiore Manichæismi surculo, in mea *Bogomilorum Historia*, p. 105 seqq.

tur, quos fures et latrones appellant, maximeque coryphæo apostolorum Petro maledicunt quia, inquiunt, fidem in magistrum et Christum abnegavit, quamvis magister eorum Manes diserte clamet, ipsisque dicat : « Non sic ego immisericors, ut Christus qui ait : Quicunque me negaverit coram hominibus, negabo et illum ego. At ego dico, eum qui me negaverit coram hominibus, et mendacio saluti suæ prospexerit, ac si non negaverit me, cum gaudio suscipiam, ac defectionem mendaciumque ejus quasi custodiam et conservationem confessionis meæ reputabo. » Attamen cum ita se habeant ac proprie dogmatis confessionem, ubi instat formido, nullo negotio abnegent, nullique se crimini ideo obnoxios esse dicant, etiamsi millies negationem repetant, eum nihilominus, qui ad breve tempus, cum tot periculorum formido circumquaque adesset, humanum quidpiam passus, et in abnegationem delapsus fuerat, omnino abjiciendum et repudiandum esse statuunt, non ob mentitam illam, quam prætendunt, causam, sed ob aliam, quam silent, et occultant, quia nempe de defectione illorum prænuntiavit his verbis : « Satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace, et Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini ; sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, et in omnibus Epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. » Nam hæc coryphæi eloquia ipsorum audaciam et impietatem prænuntiant, qui ipsa Domini eloquia, nec non apostolica aliasque Scripturas, nempe Actus apostolorum et Catholicas, ut vocant, Epistolas admittunt, præter eas, quæ coryphæo (Petro) tribuuntur ; illas enim ne verbo quidem recipiunt : illi, inquam, sunt, qui vere detorquent, et evertunt in propriam sibi perniciem. Actus vero apostolorum et Catholicas non omnes aliis adjungunt, sed quidam ex illis cum cæteris annumerant. Sed circa prophetas quidem et Vetus Testamentum, et circa cæteros sanctos viros,

A στρέφονται ἁγίους, λῃστὰς αὐτοὺς καὶ κλέπτας ἀποκαλοῦντες, μάλιστα δὲ τὸν κορυφαῖον (50) τῶν ἀποστόλων Πέτρον δυσφημοῦσιν, ὅτι γέγονεν ἔξαρνος, φασὶ, τῆς εἰς τὸν διδάσκαλον καὶ Χριστὸν πίστεως. Καίτοιγε τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Μάνεντος διαπρυσίως αὐτοῖς ἐμβοῶντος (51) καὶ λέγοντος (52), ὡς « Οὐκ εἰμὶ ἀσπλαγχνος, ὡς ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών. Ὅστις με ἀρνήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγώ. Ἀλλ' ἐγὼ λέγω τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ ψεύδει τὴν οἰκείαν σωτηρίαν πορισάμενον, ὡς μὴ ἀρνησάμενόν με μετὰ χαρᾶς προσδέξομαι, καὶ τὴν ἀνάκλασιν αὐτοῦ καὶ τὸ ψεῦδος ὡς φυλακὴν καὶ συντήρησιν τῆς ἐμῆς ὁμολογίας ἡγήσομαι. » Ἀλλ' οὖν οὕτως ἔχοντες καὶ τὴν τοῦ οἰκείου δόγματος ὁμολογίαν, ἐπειδὰν φοβηB θῶσιν, εὐχερῶς ἐξαρνούμενοι, καὶ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑπευθύνους φάσκοντες ἑαυτοὺς, κἂν μυριάκις ἔξαρνοι γένωνται, αὐτοὶ τὸν πρὸς βραχύ τι, τοσούτων φόβων περιεστηκότων, ἀνθρώπινόν τι παθόντα καὶ πρὸς ἀρνησιν ὑπολισθήσαντα, ἀπόβλητον παντελῶς καὶ ἀποτρόπαιον τίθενται, οὐ δι' ὃ (53) προσφασίζονται, ἀλλ' ὃ σιγῶσι καὶ ἀποκρύπτονται. Διότι περὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν προανεκήρυξε λέγων. « Σπουδάσατε (54) ἄσπιλοι καὶ ἄμωμοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν σωτηρίαν ἡγεῖσθε, καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, καὶ ἐν πασαῖς ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων, ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς C καὶ τὰς λοιπὰς Γραφὰς πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. » Τὰ γὰρ τοῦ κορυφαίου ταῦτα λόγια ἀντικρὺς τὴν αὐτῶν προανακηρύττει τόλμαν τε καὶ δυσσέβειαν, οἵ αὐτά τε τὰ Κυριακὰ λόγια καὶ τὰ ἀποστολικὰ καὶ τὰς ἄλλας Γραφὰς, φημὶ δὴ τάς τε Πράξεις τῶν ἀποστόλων καὶ τὰς Καθολικὰς λεγομένας, πλὴν τῶν ἀναφερομένων εἰς τὸν κορυφαῖον (55)· ἐκείνας γὰρ οὐδὲ τοῖς ῥήμασι παραδέχονται. Οὗτοί εἰσιν οἱ ὡς ἀληθῶς στρεβλοῦντές τε καὶ διαστρέφοντες πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν. Καὶ τὰς Πράξεις δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τὰς Καθολικὰς οὐ πάντες αὐτῶν συναρμόζουσι (56) τοῖς ἄλλοις εἰσὶ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(50) Κορυφαῖον. His et similibus eloquiis Petrum in veterum scriptis mactari constat. Vide loca collecta a Richardo Montacutio, II *Originum*, p. 172 ; Isaaco Barrow. in tractatu *De primatu papæ*, et Guilielmo Forbesio, lib. xv, cap. 1 et seqq. *Instructionum*, qui tamen et ipsi eadem opera evincunt, eadem encomia et in Paulum a veteribus collata fuisse. Paucis multa affert Pseudo-Clemens in epistola ad Jacobum, cui Petrus est ἡ ἀπαρχὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀπεκάλυψεν, ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν, ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς, καὶ συνέστιος, καὶ συνοδοιπόρος, ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής.

(51) Ἐμβοῶντος. Ita restitui ex nostro, pro Coisliniano ἐκβοῶντος. Consentit Euthymius. Eadem voce utitur noster infra, § 24.

(52) Λέγοντος. Manetis hoc fragmentum addendum fuerit iis quæ ex Codice quodam ms. Collegii Ludovici Magni S. J. exhibet doctissimus Jo. Albertus Fabricius noster lib. v *Bibliothecæ Græcæ*, p. 284 seqq.

(53) Δι' ὅ. Ita et Euthymius, recte omnino : at noster οὐδὲ ὅ.

D (54) Σπουδάσατε. Lege locum Petrinum : II Petr. II, 14-16. Quæ inter hanc allegationem, cum qua et Euthymius prorsus concordat, et vulgatos codices N. T. differentia intercedit, eam ipse facile observabis et tribues veterum consuetudini ex memoria Scripturæ sacræ oracula citandi, de qua Jo. Crojus in *Observatt. sacr.*, Jo. Millius in *Prolegom. ad N. T.*, et in primis Daniel Whitby, in *Examine variantium lectionum N. T. Milliani* legantur.

(55) Κορυφαῖον. Hi igitur forte soli ex omni Christianorum antiquitate utramque Petri epistolam aversati sunt, cum Eusebius, lib. III, c. 3, *Histor. eccles.* testetur priorem ab omnibus, posteriorem ab antiquioribus non receptam fuisse. At hi quidem id fecerunt, oborta, an Petri ea sit, dubitatione ; illi vero ex temerario quodam in Petrum odio.

(56) Συναρμόζουσι. Ita Coislin, et Euthymius : ms. noster habet συναριθμοῦσι, id est *annumerant*, sensu eodem.

δὲ οἱ καὶ συντάττουσι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν προφητῶν καὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν λοιπῶν ἁγίων διαλαμψάντων καὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων οὕτω μεμήνασιν. A

qui in eo effulserunt, et circa coryphæum apostolorum, sic illi insaniunt.

Θ'. Καθολικὴν (57) δὲ Ἐκκλησίαν τὰ ἑαυτῶν καλοῦσι συνέδρια, ἡνίκα μάλιστα πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς λόγους (58) καὶ συζητήσεις κινοῦσι. Καθ' ἑαυτοὺς γὰρ προσευχὰς (59) καλοῦσιν αὐτῶν τὰ συνέδρια· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σωτήριον διαπτύοντες βάπτισμα, ὑποπλάττονται παραδέχεσθαι αὐτὸ, τὰ τοῦ Εὐαγγελίου ῥήματα τῇ τοῦ βαπτίσματος φωνῇ ὑποβάλλοντες. Καὶ γάρ φασιν. « Ὁ Κύριος ἔφη· Ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν· » πλὴν ἐπειδὰν σφοδροτέρῳ τινὶ σωματικῷ νοσήματι περιπέσωσιν, καὶ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν τὸν ἐκ ξύλου πεποιημένον ἑαυτοῖς (60) ἐπιτιθέασιν. Ἔπειτα τυγχάνοντες τῆς ἰάσεως, διαθλῶσιν (61) τοῦτον ἢ συμπατοῦσι, καὶ ἀποῤῥίπτουσι· ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν (ὑπὸ τῶν τῆς Ἐκκλησίας πρεσβυτέρων αἰχμαλωσίας λόγῳ πολλάκις παρ' αὐτοῖς κατεχομένων [62]) τῷ σωτηρίῳ ἀξιοῦσι φωτισθῆναι βαπτίσματι· λυσιτελεῖν τῷ σώματι τόν τε σταυρὸν καὶ τὸ βάπτισμα οἱ πάσης ὠφελείας λογοποιοῦντες ἀνάξιοι, μὴ μέντοιγε διαβαίνειν τὴν τούτων ἐνέργειαν εἰς ψυχῆς κάθαρσιν, ἢ τινα ἄλλην ταύτης ὠφέλειαν. Ναὶ δὴ καὶ τῆς κοινωνίας εἰσὶν αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀλλὰ τοῦτο πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων μεταλαμβάνουσιν (62ᵃ). Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις οὐδὲ τοὺς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πρεσβυτέρους, οὐδὲ τοὺς λοιποὺς ἱερεῖς ἀποδέχονται. Διότι, φασὶ, τὸ κατὰ Χριστοῦ συνέδριον οἱ ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεροι (63) τοῦ λαοῦ συνεστήσαντο. Τοὺς μέντοι παρ' αὐτοῖς ἱερέων τάξιν ἐπέχοντας, οὐχ ἱερεῖς, ἀλλὰ συνεκδήμους (64) καὶ νοταρίους (65) ἐπονομάζουσιν. Οὗτοι δὲ οὔτε σχήματι, οὔτε διαίτῃ, οὔτε τινὶ ἄλλῳ τρόπῳ βίον σεμνότερον ἐπιτελοῦντι (66) τὸ διάφορον αὐτῶν πρὸς τὸ πλῆθος ἐπιδείκνυνται. B C D

IX. Catholicam vero Ecclesiam suos vocant cœtus, cum maxime ad pia colloquia et dissertationes deveniunt. Inter se autem cœtus suos vocant proseuchas seu oratoria. Imo etiam si salutarem baptismum respuunt, se tamen ipsum admittere simulant, Evangelii verba baptismatis voce subindicantes. Etenim, inquiunt, Dominus dixit: « Ego sum aqua vivens [2].» Cæterum quando in vehementem corporis ægritudinem incidunt, venerandam et vivificam crucem ex ligno factam sibi imponunt. Deinde vero incolumitatem consecuti illam confringunt, aut conculcant, et abjiciunt. Quin etiam liberos suos (quando apud Ecclesiæ presbyteros in captivitate detinentur), ut sæpe contingit, rogant salutari baptismate illuminari, futiliter putantes, crucem et baptisma corpori prodesse, homines sane omni commodo et opitulatione indigni, sed eorum vim et operationem, nec ad animæ mundationem, nec ad aliam quampiam ejus utilitatem conferre arbitrantur. Sane ex illis non pauci in venerandi corporis et sanguinis Christi Dei nostri, communione sunt, sed ut simpliciores circumveniant tantum, illis participant. Præter hæc vero, quæ dicta sunt, neque catholicæ Ecclesiæ presbyteros, neque reliquos sacerdotes admittunt, quoniam, inquiunt, concilium contra Christum initum sacerdotes et presbyteri, seu seniores populi constituebant, sed synecdemos et notarios appellant. Hi vero nec habitu nec vivendi ritu, neque alio quopiam modo, qui venerabiliorem vivendi rationem præferat, suam a plebe differentiam exhibent.

[2] Joan. IV, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) Καθολικήν. Catholica scilicet olim vocabatur quævis Ecclesia particularis, modo in veritate doctrinæ salutaris, quam hoc ipso nomine sibi vindicare conabantur Pauliciani, persisteret sicut et episcopus particularis Ecclesiæ orthodoxæ hoc nomen ferebat. Loca huc pertinentia in scriptoribus ecclesiasticis sæpissime exstant.

(58) Λόγους. Ita noster, et Euthymius, recte omnino, pro quo Coislinianus sensu hiulco habet λέγουσι, quod etiam in versione mutata cum altero illo permutavimus.

(59) Προσευχάς. Ad imitationem scilicet Judaicæ et nascentis Christi, Domini nostri, Ecclesiæ, in qua hanc appellationem obtinuisse vel ex Actuum XVI, 13, intelligitur, ad quem locum conferantur interpretes. Adde B. Godfridum Olearium in Observatt. ad Matthæi VI, 5; Henric. Valesium ad Euseb. p. 27; Steph. le Moyne in Notis ad *Varia sacra*, p. 72 seqq.; Jo. Braunium in *Selectis sacris* lib. V, p. 774; Isaacum Vossium ad Catullum, p. 313; Jo. Dongtæum in *Analectis sacr. N. T.* Exc. 55, et Cappellum in Opp. posthumis p. 271.

(60) Ἑαυτοῖς. Ita reposui ex ms. nostro et Euthymio, pro quo Coislinianus habet αὐτοῖς.

(61) Διαθλῶσι. *Confrigunt*: ita ex διαθλάω reddendum censui pro *oppugnant*, quod in priori interpretatione forte ex διαθλίω exstat.

(62) Comma hoc parentheticum non legitur apud Euthymium in *Panoplia*.

(62ᵃ) Μεταλαμβάνουσιν. Ms. Hamb. præmittit οἵ, forte pro αὐτοί, sed nihil ea voce opus est.

(63) Πρεσβύτεροι. Ordinem igitur hunc abrogandum censuerunt, eo quod Judaicæ esset originis. Quod quousque admitti possit, disces in primis ex Cl Campegii Vitringæ *Synagoga vetere*, lib. II, c. 2.

(64) Συνεκδήμους. Voce scilicet, apostolicis temporibus recepta. Lege Actorum XIX, 29; et II Cor. VIII, 19.

(65) Νοταρίους. Hoc nomine proprie τοὺς ταχυγράφους designari ex Glossis constat: deinde vero translata vox est ad scriptores publica auctoritate constitutos, sive illi reipublicæ sive Ecclesiæ inservirent. De prioris generis Notariis commentatur Carolus Dufresn. in *Glossario mediæ Latinitatis* suo loco, et *Mediæ ac infimæ Græcitatis*, p. 1004 seq. De posterioris classis vero Henr. Valesius ad Socratis *Histor. ecclesiast.* lib. V, c. 22. Ex hujus observationibus speciatim patebit episcopos ad manus habuisse eruditos adolescentes, qui et acta ecclesiastica

(66) Ἐπιτελοῦντι. Ita et Hamburg. At Euthymius voce χαρακτηρίζοντι, perspicuitatis forte causa, hic usus est.

X. Evangelium, quod apud nos habetur, adorare non dubitant non quidem, ubi venerandæ crucis figura delineatur, sed in reliquis libri partibus,ubi imago crucis non repræsentatur. Dicunt autem se librum adorare, utpote qui Dominicos sermones complectatur,sed quantum ad dogmatum rationem pertinet, ita sunt impii ac contra veritatem, contraque se invicem omnino pugnantes. Eorum vitæ genus libidine plenum item nefandis impuritatibus ac fœditatibus, quæ in mentem non cadunt. Nam utriusque naturæ commistionibus utuntur, nullam non vel inenarrabilem obscenitatem sine pudore admittentes : tantummodo dicitur,nonnullos eorum a coitu cum matribus abstinere, ebrietati autem et luxui per totam vitam se dedunt, omnemque aliam morum corruptelam sectantur. Quid vero singula persequar? at illud tamen dicendum, vitam apud eos in nullo a doctrina differre.

XI. Et illa quidem hactenus. Si qui autem velint a principio eorum impietatem, et unde prima semina jacta fuerint, conspicere, Cyrillus, cui sacræ urbis gubernacula tradita fuere, ipsis in historiam dux erit, nec non miraculis magnus Epiphanius, itemque non pauci eorum, qui Historias ecclesiasticas adornarunt. Titus quoque Bostrenorum episcopus.et Sarapion Thmuitanus ; Alexander etiam,

Ι'. Τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Εὐαγγέλιον (67) οὐκ ἐπιδιστάζουσι προσκυνεῖν (68), οὐ μήν, ἔνθα τοῦ τιμίου σταυροῦ ὁ τύπος διακεχάρακται, ἀλλ' ἐν τῷ λοιπῷ τοῦ βιβλίου μέρει, ἐν ᾧ τὸ ἀπεικόνισμα τοῦ σταυροῦ μὴ διασημαίνεται. Φασὶ δὲ τὸ βιβλίον προσκυνεῖν ὡς τοὺς Δεσποτικοὺς περιέχον λόγους. Ἀλλ' ὅσα μὲν εἰς δογμάτων ἀνήκει λόγον, οὕτως εἰσὶ δυσσεβεῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς ἑαυτοὺς παντελῶς ἀσύμφωνοι. Ἡ δὲ πολιτεία τούτων γέμει μὲν ἀκολασίας, γέμει δὲ καὶ μιασμῶν ἀῤῥήτων καὶ ῥυπασμάτων ἀνεπινοήτων. Χρῶνται (69) μὲν γὰρ μίξεσιν ἑκατέρας φύσεως, πρὸς ἅπασαν ἀῤῥητουργίαν ἀνερυθριάστως ἔχοντες. Πλὴν ἐνίους τινὰς αὐτῶν φασι τὴν πρὸς τὰς γεννησαμένας (70) ἀποκλίνειν (71) συνάφειαν · μέθῃ δὲ καὶ ἀσωτίᾳ τὸν βίον ὅλον ἔκδοτον ἔχουσι, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἠθῶν διαφθορὰν περιέπουσι. Καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον, ἀλλὰ μὴ ἐκεῖνο φᾶναι ; οὐδὲν τὸν βίον ἀπᾴδοντα τοῖς δόγμασι περιφέρουσι.

ΙΑ'. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Εἰ δέ τισι φίλον καὶ ἄνωθέν ποθεν ἰδεῖν αὐτῶν τὴν δυσσέβειαν καὶ τὰ πρῶτα σπέρματα ὅθεν κατεβλήθη, Κύριλλός (72) τε αὐτοῖς, ὁ τὰ τῆς ἱερᾶς πόλεως ἐγκεχειρισμένος πηδάλια, τῆς ἱστορίας καθηγήσεται, καὶ ὁ πολὺς ἐν θαύμασιν Ἐπιφάνιος (73), καὶ δὴ τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς (74) Ἱστορίας ἀναταξαμένων οὐκ ὀλίγοι, Τίτος τε (75) ὁ Βοστρηνῶν ἐπίσκοπος, καὶ Σαρα-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

siastica exciperent, et, prout res ferebat, instar lectorum,populo sacras Litteras prælegerent. Atque hoc nomine Pauliciani illi sacerdotes suos notarios appellasse videntur. Confer nostrum infra § 25, in fine.

(67) Εὐαγγέλιον. Id est, quatuor, quæ exstant, evangelistarum narrationes, sicut supra Ἀπόστολον de scriptis sacris apostolorum omnium, excepto Petro, adhibuit. Antiqua vero admodum hæc est appellatio, qua divinæ de Christo narrationes evangelia dicuntur, et ipsi Justino martyri, in *Apologia* I, p. 130 ed. Oxon. recepta : Οἱ γὰρ ἀπόστολοι, inquit is, ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλοῦνται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν.

(68) Προσκυνεῖν. De προσκυνήσει Evangeliis facta lege Rich. Simonis, *Observationes novas in N. T.* Gallice scriptas p. 171. Confer Rev. Georg. Henr. Gœtzii, præsulis Lubecensis doctissimi, *Disputat. de cultu Evangelii externo*, et adde, quæ de jurejurando, tacto Evangeliorum codice, fieri solito, monuit Jac. Lydius, *De Juramentis*, c. 4, § 6 ; item Gullielmus Caveus, *De primitivo Christianismo*, part. III, p. 216.

(69) Χρῶνται. Exciderat hæc vox ex interpretatione Latina.

(70) Γεννησαμένας. Scelus hoc non refugisse Persas, testis est Philo, *De specialibus legibus*, ad VI et VII præceptum. Ab his forte didicit Manes, Persa, et ad suos transtulit etiam sequioris ætatis asseclas. De aliis gentibus, non rectius hic sentientibus, lege Alexandrum Tiraquellum, lib, VII *Connubial.* num. 22 ; Mosen Amyraldum, in Disquisit. de jure naturali connubia dirigente, p. 70 ; et Ægid. Menagium ad Diogenis Laertii lib. I, § 95, et VII, 33. item § 181. Atque in his desinit Euthymii narratio, totidem ut plurimum verbis ex Photio descripta, qui deinceps ad librum II Photii excerpendum accedit, præmissis tamen adhuc paucis, quæ de Tychico noster inferius afferet.

(71) Ἀποκλίνειν. Contrariam huic sententiam Franc. Zini versio Euthymii, p. 205, exprimit, his verbis : « adeo ut ipsorum quidam etiam cum matribus consuetudinem habere dicantur. » Hinc et legisse videtur : Πλὴν ἐνίους τινὰς αὐτῶν φασι εἰς τὴν πρὸς τὰς γεννησαμένας ἀποκλίνειν συνάφειαν. Et in ipsam hanc lectionem vehementer me rapi sentio. Neque enim verbum ἀποκλίνειν pro *declinare* aut *abstinere a re aliqua* adhiberi,quod sciam, solet, sed inclinationem potius et affectum in rem aliquam infert. Vel saltem, si priorem notionem hic tueri debebit, necesse erat, ut cum genitivo casu conjungeretur ἀποκλίνειν τῆς συναφείας. Τὸ πλὴν non semper adversativam sed ampliativam quoque notionem habet, ut idem sit, quod *imo vero*.

(72) Κύριλλος. *Catechesi* scilicet VI, § 12 seqq. p. 91, editionis Oxon. a Cl. Thoma Milles curatæ, ubi in compendio habes, quæ de Scythiano Manetis præcursore, et Manete ipso, ab Archelao episcopo confutato, in Actis Archelai, de quibus paulo post fusius, leguntur.

(73) Ἐπιφάνιος, Hæres. 66.

(74) Ἐκκλησιαστικὰς ἱστορίας. V. c. Eusebius, VII, 31, *Histor. eccles.* Socrates lib. I, *Hist. eccles.* c. 22 ; Theodoretus, *Hæretic. fabul.* lib. I, c. 26, et V, 9, alii.

(75) Τίτος τε. Hujus libri quatuor dimidiam fere partem Græce periisse visi sunt, ita ut tantum liber I et II,cum parte exigua tertii superesse crederetur, secundum codicem scilicet Holstenianum, obiter inspectum, et, prout a librario textus series turbata erat, consideratum. Nunc vero libros tres priores integros Græce et Latine ex ipso illo codice Holsteniano, in bibliotheca publica Hamburgensi obvio, et a Rev. Jo. Friderico Wincklero, conjun-

πίων (76) ὁ τῆς Θμούεως, ὅ τε τῆς πόλεως Λύκων Ἀλέξανδρος (77) τοὺς ἀρχιερατικοὺς ἐγχειρισμένος νόμους. Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ τούτων πάντων κατὰ κράτος μάλιστα θριαμβεύσας τε καὶ διελέγξας τὴν προκειμένην ἀσέβειαν Ἡρακλειανὸς (78) ὁ Καλχηδόνος ἐπίσκοπος, ἐν εἴκοσι βιβλίοις τοὺς κατὰ τῆς ἀποστασίας ἀγῶνας καταβαλόμενος, καὶ πλεῖστοι ἕτεροι (79). Πλὴν καὶ νῦν, ὁ λόγος οὐκ ἀσύμφορον τοῦτο λογιζόμενος, κατ' ἐπιδρομήν τινα σεται.

A qui Cyropoleor archiepiscopatum tenuit. Præter hos autem is, qui de iis omnibus fortiter triumphavit, et hanc, de qua agitur, impietatem confutavit; Heraclianus, Chalcedonis episcopus, qui viginti libris certamina contra eorum apostasiam instituit. Cæterum non abs re neque inutile fore duxi, cursim et strictim quædam eorum recensere, quæ ad notitiam hujus argumenti exploratissimam faciunt. τῶν εἰς γνῶσιν ἐχόντων τὸ ἀπαραίτητον διελεύ-

ΙΒ'. Σκυθιανός τις (80) τὴν πατρίδα Αἰγύπτιος, τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων γένος Σαρακηνὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ᾤκει, οὔτε Χριστιανοῖς συμφερόμενος, καὶ τὰ Ἰουδαίων οὐ προσιέμενος. Οὗτος ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακουσμάτων ἐντριβῆς τὴν γλῶσσαν (81) γεγονώς, τέσσαρας (82) συντάττει βίβλους ὧν τὴν (83) B

XII. Scythianus quidam, patria Ægyptius, genere autem Saracenus, Alexandriæ habitabat, neque cum Christianis versans neque Judæorum doctrinam amplexus. Hic ex Aristotelicis male intellectis libris linguæ (Græcæ) usum assecutus, quatuor composuit libros quorum unum quidem

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ctissimo *collega* meo, descripto exhibebit, vel potius jam exhibuit Cl. Jac. Basnag. in nova, quam parat, *Antiqu.* Canisii *lectionum* editione, cujus Specimen luci superiore anno expositum, et Titi et Serapionis commentationes inter cætera sistit. Is enim in præmissa animadversione observavit, codicem Holstenianum Hamburgensem passim esse mutilum, et, inverso ordine, turbatum, quem tamen ductu designationis argumentorum a Tito ipsi tractationi præmissæ, ita nunc restituit, ut libri tres integri appareant. Cæterum auctor ipse argumentis philosophicis frequenter, Scriptura vero diviniore raro utitur.

(76) Σαραπίων. Ita nomen scribitur in Coisliniano et nostro codice, quod alii per *Serapion* efferunt rectius, cujus nominis et alii inter scriptores C Græcos, in primis sophista quidam et comicus, ut cæteros taceam, exstant. Ejus tractatus, Græce apud nos cum Tito Bostrensi exstans paginis 21, in-folio continetur, et in repetita *Lectionum* Canisianarum editione juxta Latinam versionem Turriani exstabit. Interim in secunda et tertia codicis nostri pagina varia desiderantur, sensum hiulcum reddentia. Unum tantum Manetis errorem, quo *corpus et materia in se mala* venditantur, oppugnandum sibi sumpsit Serapion. Utriusque, Titi scilicet et Serapionis, commentationem Græce descriptam habuisse B. Sebast. Gottfr. Starchium, Cl. Martinus Dieterich in funebri ejus Programmate testatur.

(77) Ἀλέξανδρος. Liber ejus πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας a Franc. Combefisio editus est tomo II *Auctarii novissimi*, Paris. 1672 fol. Ex eo, tum inedito, hucum quemdam affert Alexander Morus in Notis ad D *Novum Fœdus*, p. 243.

(78) Ἡρακλειανός. Laudat hujus XX libros Photius noster in *Bibliotheca* codice 85.

(79) Πλεῖστοι ἕτεροι. Eos conecta et familiari sibi industria et doctrina congessit Celeb. Joh. Albertus Fabricius, in *Biblioth. Græc.* lib. v, p. 289 seqq. Mireris forte, Petri Siculi, quem Photio temporum rationes fere æqualem faciunt, mentionem hic non factam esse, cujus ἱστορία περὶ τῆς κενῆς καὶ ματαίας αἱρέσεως τῶν Μανιχαίων, τῶν καὶ Παυλικιανῶν λεγομένων cura Matthæi Raderi, prodiit Ingolstadii, 1604, in-4. Cumque comparatio scripti utriusque, a Photio et Siculo profecti, ad oculum ostendat, alterum alterius opera usum esse, non dubitem, vel hinc affirmare, Siculum post Photium sua litteris consignasse, qui alioquin illius cum cæteris mentionem facturus fuisse videtur.

(80) Σκυθιανός τις. Hæc Photius hausit ex Cyrilli *Catechesi* VI, § 13; quæ etiam in sua retulit Petrus Siculus in *Historia Manichæorum*, p. 20 seqq. Uterque a Cyrilli verbis passim abit, quibus tamen præ Photio insistit Petrus Siculus. Comparavit inter se utrumque Rev. Thomas Milles in sua Cyrilli editione p. 92 seq. Nostri itaque judicio Scythianus hic primus inter Christianos stultæ de duobus principiis opinionis auctor exstitit, quod ipsum tradunt Archelaus in *Actis Disputat. cum Manete*, p. 95, et Epiphanius, hæresi 66, aliique. Ab his discedere videntur Theoderetus, *Hæretic. Fabul.* lib. I, c. 35; Cedrenus p. 259; et hinc forte, quia iisdem verbis utitur, Suidas, tom. II, p. 491. Ibi enim omnes Manetem etiam Σκυθιανὸν appellatum scribunt, quod eo sensu multi acceperunt, ut Manes et Scythianus eumdem eos judicasse censerent. Meo judicio illi hac Scythiani appellatione erroris primam originem indicare voluerunt, in primis ideo, quod versutum Manetis ingenium et felix in negotio successus et Scythiani et Terebinthi, decessorum ejus, memoriam abolere videretur. Id certe suspicari malim, quam cum eruditissimo Pearsonio in *Adversariis Miscellaneis*, c. 35, p. 355, vel auctoris σφάλμα μνημονικὸν, vel librarii γραφικὸν ἁμάρτημα hic cogitare. Scythianum hunc ad apostolorum tempora ab Archelao l. c. referri merito mireris, cum ipsius narratio inferat, inter Scythianum et Manetem, unum tantum Terebinthum, primi illius discipulum, intercessisse, ut proinde Manes Scythianum, si forte ætate provectior fuerit, videre potuerit, id quod persuadere nobis poterat fragmentum epistolæ ad Scythianum, modo idem is cum nostro sit, a Manete scriptæ, quod habes apud Cl. Fabricium in *Biblioth. Græc.* lib. v, p. 285.

(81) Ἐντριβὴς τὴν γλῶσσαν. Refert hæc ad peritiam linguæ Græcæ præstantissimus interpres. At videtur Photius de doctrinis potius Aristotelicis promptaque eas aliis propinandi facultate hic cogitasse. Id suadet Cyrilli ipsius phrasis, qui pro his, quæ Photius habet, scribit Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, id est, ut interpretor, *Aristotelicam philosophandi rationem sectatus*. Bion enim etiam de τέχνῃ seu arte et disciplina, usurpari pridem monuit Tzetzes ad Hesiodum, et Menagius ad Diogenem Laertium, p. 439 b.

(82) Τέσσαρας. Confer Archelai *Disputat. cum Manete*, p. 96.

(83) Ὧν τὴν μὲν. Si hic Photii locus cum Petri Siculi verbis conferatur, patebit alterum alterius vestigiis institisse. Cum enim Cyrillus l. c. quem uterque legit, quatuor illos libros breviter et nude tantum quoad titulos recenseat, uterque horum quædam addit sibi invicem similia. En tibi descriptionem Petri Siculi: Τέσσαρας βίβλους συνέταξεν,

Evangelium appellavit, ubi acta quædam Christi, Dei nostri, perniciosa et abominanda, impia ac Deo perosa mente configuntur ; secundum, Κεφάλαιον, seu *Capitulum* inscripsit, tertium *Mysteriorum* nomine insignivit, ubi secundum mentem suam legis et prophetarum refutationes et calumniæ contra eos instituuntur; quartus, qui mortem animæ parit, *Thesaurus vitæ* inscribitur. Huic autem Scythiano discipulus fuit nomine Terebinthus. Ac cum acerba morte magister in Judæa, quo commigraverat, periisset, nequitiæ discipulus, et pecuniarum et librorum hereditatem adiit. In Palæstina vero et in Judæa degens ac piorum omnium judicio damnatus, opprobrium non ferens, in Persidem profiscitur, assumpto Budæ nomine. Jam enim fama ejus pervagata odium impio viro conciliaverat, antequam in cujuspiam consortium veniret. Verum non cepit fructum permutati nominis. Cum enim ex operibus et ex doctrina iis, qui ipsum prius ignorabant, notus evasisset, a viris apud Persas eruditis, qui non pie quidem sentiebant, sed meliorem tamen eo circa omnia sententiam tuebantur, confutatus et expulsus est. Hinc profugus, apud viduam quamdam, hospitium quærens, dolose se insinuavit. Postea, conscenso quodam tecto, dæmonas pro more suo cum clamore invocat, quos hodieque Manichaicæ defectionis amatores, quando detestandam suam Ischada celebrant, invocare solent. Postquam hic detestandam initiationem persolvisset, divinæ ac vere justæ comminationis opus efficitur. Projectus namque de tecto, in ipsa impietate et exsecrandis mysteriis toto corpore contritus est, et vitam cum morte commutavit : sicque altera impietatis fera concisa est. Non bonum autem vidua impii hospitii fructum percepit.

Μὲν Εὐαγγέλιον ἐπωνόμασεν, ἐν ᾗ πράξεις Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποτρόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται· τῇ δευτέρᾳ δὲ Κεφάλαιον τὴν κλῆσιν ἐπέθετο, καὶ τὴν τρίτην τῷ τῶν Μυστηρίων ἐσέμνυνεν ὀνόματι, ἐν ᾗ, ὡς ἔδοξεν αὐτῷ, τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διασκευαί τινες καὶ διαβολαὶ πραγματεύονται. Ἡ δὲ τετάρτη ψυχικοῦ θανάτου πρόξενος οὖσα Θησαυρὸς ζωῆς ἐπιγέγραπται. Τούτῳ δὴ τῷ Σκυθιανῷ μαθητεύει Τερέβινθος (84) ὄνομα, καὶ πικρῷ θανάτῳ τοῦ διδασκάλου κατὰ τὴν Ἰουδαίαν (ἐκεῖσε γὰρ παρεγεγόνει) τῶν ἀνθρώπων ἀποφθαρέντος, ὁ τῆς κακίας μαθητής, τῶν τε χρημάτων αὐτοῦ καὶ τῶν βιβλίων τὸν κλῆρον ὑπέρχεται. Ἐν Παλαιστίνῃ δὲ καὶ Ἰουδαίᾳ διατρίβων καὶ παρὰ τῶν εὐσεβούντων ἁπάντων καταγινωσκόμενος, καὶ μὴ φέρων τὸν ὄνειδον, ἀπαίρει πρὸς τὴν Περσίδα, Βούδην (85) ἑαυτὸν μετονομάσας. Ἤδη γὰρ καὶ ἡ κλῆσις αὐτοῦ θρυλλουμένη μισητὸν ἐποίει τὸν ἀσεβῆ καὶ πρὸ τῆς ἐντεύξεως. Πλὴν οὐδὲν τῆς μετωνυμίας ἀπώνατο. Ἐκ γὰρ τῶν ἔργων καὶ τῶν δογμάτων κατάφωρος τοῖς πρὶν ἀγνοοῦσι γινόμενος, ὑπὸ τῶν παρὰ Πέρσαις λογίων οὐδ' αὐτῶν μὲν εὐσεβούντων, ἄμεινον δ' ἐκείνου περὶ πάντα διακειμένων, ἠλέγχετό τε καὶ ἀπηλαύνετο. Ἐξ οὗ φυγὰς γεγονὼς, γυναικί τινι ἀνδρὸς κεχηρωμένῃ, ξενίας λόγῳ παρεισφθείρεται (86). Εἶτα ἐπί τινος δώματος ἀνελθών, καὶ τοὺς ἐξ ἔθους αὐτῷ καλουμένους δαίμονας ἐπιβοώμενος, οὓς καὶ μέχρι νῦν οἱ τῆς Μανιχαϊκῆς ἀποστασίας ἐρασταὶ, ἐπειδὰν αὐτῶν τὴν μυσαρὰν Ἰσχάδα (87) τελοῦσιν, ἐπικαλοῦνται. Ταύτην δὴ οὗτος (88) τὴν ἐξάγιστον διαπραττόμενος τελετὴν, θείας καὶ δικαίας, ὡς ἀληθῶς, ἀπειλῆς ἔργον γίνεται. Ἐκδισκευθεὶς (89) γὰρ τοῦ δώματος αὐτῇ δυσσεβείᾳ καὶ βδελυραῖς τελεταῖς ὅλος (90) τε τὸ σῶμα διεθρύβη (91), καὶ τὸν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

μίαν καλουμένην, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ὡς μόνην τὴν προσηγορίαν. Καὶ ἄλλην καλουμένην Κεφάλαιον. Καὶ τὴν τρίτην τῶν Μυστηρίων, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· τετάρτην, ἣν περιφέρουσι Θησαυρὸν ζωῆς καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ Θησαυρὸς θανάτου. Videtur tamen, ne quid dissimulem, Siculus Photio ex parte adversari, cum is quidem neget de Christi rebus et actis hic quidquam legi, hic vero res Christi gestas interpolatas recenseri affirmet.

(84) Τερέβινθος. Ita et Petrus Siculus nominat, qui Cyrillo audit Τὶρβινθος in vulgatis editionibus, a quibus tamen bonæ notæ codices manu exarati discedunt, nostri scriptionem approbantes, ceu testatur Th. Milles. Astipulatur in Actis Archelaus.

(85) Βούδην. Βουδᾶν apud Cyrillum in vulgatis, cujus codd. mss. habent Βουδιδᾶν. Βουδδᾶν legit Petrus Siculus.

(86) Παρεισφθείρεται. Ita hujus verbi vim exprimendam in versione putavi, pro eo quod antea legebatur : *A vidua quadam hospitii causa exceptus magis magisque corrumpitur*. Pejor, in primis apud viduam fraudum ejus ignaram, vix fieri poterat Terebinthus. Id itaque videtur voluisse Photius, hominem perditissimum bonam feminam dolis et blanditiis suis ita fefellisse, ut eum libenter in sua reciperet. Id vult verbi Græci notio, de qua exponit egregie Lambertus Bos, vir Ἑλληνικώτατος, in *Animadversionibus ad scriptores Græcos*, p. 96. Cyrillus et Petrus Siculus hic simpliciter habent, προσφεύγει τινὶ χήρᾳ.

(87) Μυσαρὰν Ἰσχάδα. Quid sibi hæc velint, non satis capio. Eadem phrasi utitur Cyrillus (ubi interpretes *caricam* afferunt) ; et Petrus Siculus, Ἰσχάδα fructum ficus esse constat, ut alios taceam, ex Polluce, tom. I, p. 142. Videtur hic innui conventus quidam, haberi a Manichæis solitus, sive ad sacra sua exercenda, sive ad conferendas sententias. Si posterius, fortasse mos veterum philosophorum huc aliquid lucis attulerit, qui, proposita quæstione Ἰσχάδα διδόναι id est *caricam exhibere* alteri cuiquam instar arrhæ exspectatæ responsionis solebant, quam qui acceperat, responsioni se obstringebat. Vide Joach. Kuhnii notas ad Diogenem Laertium, p. 524.

(88) Οὗτος. Ita ex nostro lego pro οὕτως.

(89) Ἐκδισκευθείς. Nova vox, pro qua Cyrillus et Siculus habent καταβληθείς. Nostri illa efficacior est : infert enim hominem non exspectantem instar disci cum impetu projectum in auras esse.

(90) Ὅλος. Ita ex nostro ὅλως.

(91) Διεθρύβη. Ita ex nostro pro διετρίβη. Illum enim ex verbo διαθρύπτω ad rem, de qua hic agitur, accommodatius omnino videtur, quam alterum illud ex διατρίβω petitum, quod in hoc sensu adhiberi, si quid video, non consuevit.

βίον κατεστρέψατο. Ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ τὸ δεύτερον τῆς δυσσεβείας ἐξεκόπη θηρίον. Οὐκ εἰς καλὸν δὲ ἄρα ἡ χήρα τῆς δυσσεβοῦς ξενίας ἀπώνατο. Ὁρῶσα γὰρ ἑαυτὴν ἀνδρός τε καὶ παίδων καὶ τοῦ λοιποῦ γένους ἔρημον, χρημάτων τε κλῆρον αὐτῇ περιγενόμενον, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκείνων παραμυθίαν τῆς ἐρημίας παῖδα. Κούβρικον (92-93) ὄνομα ἀργυρίου τιμῆς ὠνεῖται, ὃν υἱὸν θεμένη τοῖς Περσῶν μὲν τέως μαθήμασιν ἐστοιχείου, πικρὸν δὲ ἄρα βέλος κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης παρώξυνε φύσεως. Ἀποφθαρείσης γὰρ τῆς χήρας, κληρονόμος μὲν καὶ τῶν χρημάτων γίνεται, καὶ τῶν δυσσεβῶν βιβλίων. Τὸ δὲ τῆς οἰκετικῆς ὄνομα τύχης, ἵνα μὴ αὐτῷ μῶμον ἡ δουλεία (94) προστρίβοιτο, εἰς Μάνην μεταβάλλει. Δηλοῖ δὲ τοῦτο Περσίδι γλώσσῃ τὸν οἷον ὁμιλητικὸν (95) καὶ πρὸς διάλεξιν (96) δραστήριον. Καὶ τοιοῦτος γὰρ τοῖς πολλοῖς ἐδόκει, ὁ μᾶλλον Ἕλλησι γλώσσῃ ἢ τῇ Περσίδι Μάνης ἐπάξιος ὀνομάζεσθαι. Ἔργῳ γὰρ ὡς ἀληθῶς τῆς μανίας (97) δοχεῖον, εἴπερ τις ἄλλος, ἐχρημάτισεν, ὅλον τὸ τῆς πλάνης πνεῦμα ἐν ἑαυτῷ χωρήσας, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐνεργούμενος (98), ὃς καὶ Παράκλητον (99) ἑαυτὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐξεμάνη ὀνομάσαι· τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς μιμήσεως ἐκ τῶν καθηγησαμένων αὐτοῦ διαδεξάμενος. Καὶ γὰρ δὴ τούτων ὁ μὲν Σκυθιανὸς Πατέρα ἑαυτόν, ὁ δὲ Τερέβινθος Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ Παρθένου τε γεννηθῆναι (ὢ τῆς ὑπερβολῆς οὐκ ἐχούσης ἀθεό-

A Cum enim videret se et viro, et liberis, et toto genere orbatam, pecuniarum ac detestabilium librorum hæreditate auctam esse, in solitudinis suæ consolationem, puerum sibi, Cubricum nomine, argenti pretio emit (1) adoptatumque Persarum disciplinis erudivit, atque acerbum contra humanum genus telum exacuit. Defuncta namque vidua, et pecuniarum et impiorum librorum hæres efficitur. Domesticæ porro fortunæ nomen ne sibi vituperii notam servitas inureret, in Manem mutavit : hoc vero nomen lingua Persica significat disertum, et in disputando strenuum. Et talis multis esse videbatur, qui tamen magis Græca lingua Manes (furiosus) quam Persica (Manes sive disertus) vocari merebatur : nam ipso opere vere insaniæ receptaculum, si quisquam alius, erat, totum quippe erroris spiritum in se continens, ab ipso agitabatur, qui se Paracletum ac Spiritum sanctum furiosi instar nominavit, mores imitatus eorum, qui hujus instituti auctores sibi fuerunt, quorumque successor erat. Ex iis namque Scythianus se Patrem, Terebinthus vero se Filium Dei ex Virgine natum, o impietatem nullum modum habentem ! nuncupare ausus est. Exinde vero discipulos congregavit duodecim, quos etiam erroris præcones emisit. Sed furiosus ille Manes cum scelere celebris evasisset, nuntia fama ad aures usque Persarum regis pervenit. Ille

B

C

D

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(92-93) Κούβρικον. Ita constanter Cyrilli codices : at Petrus Siculus, p. 22, semel habet Βούβρικον, librarii vel typographi vitio, cum in eadem pagina aliquoties Κούβρικος recte legatur. Corbicium in Actis Archelai, p. 97 vocatum invenies, quem Urbicum dicet Augustinus, qua de re vide, quæ scripsi olim in Manichæismo ante Manichæos, p. 215. De ipsius nominis ratione lege Thomam Gataberum in *Adversariis Miscellan.* c. 35 ; et Fullerum. II, 18, *Miscellaneorum.*

(97) Μῶμον ἡ δουλεία. Ita ex nostro restitui, pro eo quod ex Coisliniano legebatur : μῶμον ἢ δουλείαν. Nam cum nostro facit codex Colbertinus; *et Petrus* Siculus, p. 22, verbis magis perspicuis in eamdem rem usus Photium interpretatur. Ait enim : Εἶτα ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας τοῦ Κουβρίκου ὀνομα ἐπονείδιστον ᾖ (ita lege pro ἢ quod exstat in editis) ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν. Id est, *Deinde ne sibi servile nomen Cubrici* (vides, quomodo ipsum *Cubrici* nomen inter servitutis, ex qua, redemptus scilicet, emerserat, nomina numeret ?) *ignominiosum esset, pro Cubrico se Manem dixit.* Ubi placet Gatakeri in Adversariis, p. 355, expositio : *Cubrici nomen* ἐπονείδιστον *dicit, vel quia probrosum aliquid sonare videretur, vel quod servus adhuc cum esset, id ei nominis fuisset, unde conditionis servilis memoriam refricare videbatur.* Taceo, nomen servile homini libero dedecus quidem, non autem servitutem conciliare posse. Interim mireris hominem servile nomen cum altero non minus tali permutasse. Μάνης enim, apud Græcos saltem, δουλικὸν erat ὄνομα, id quod Gatakerus, l. c. et Menagius, ad Diogenem Laertium, p. 215 b, veterum locis tam manifestum fecerunt, ut dubitare nefas sit. Interim patet nomen illud apud Persas melioris ominis fuisse, quod statim monet noster.

(95) Ὁμιλητικόν. Etymologiam eamdem Cyrillus et Petrus Siculus voce ὁμιλητὴς exprimunt, quam Persis hodie ignotam scribit Th. Hyde. *De rebus veterum Persarum*, p. 282. Alias omnes nominis hujus rationes venati sunt complures, in primis autem Gatakerus, l. c. c. 35. Confer, si placet, quæ ipse olim monui in Manichæismo ante Manichæos, p. 205.

(96) Διάλεξιν δραστήριον, *in disputando strenuum* : ita malui pro in *dialectica strenuum*. Διάλεξις enim ut concionem ad populum (vide Valesium ad Eusebium, p. 110), ita in primis quoque disputationem et orationem cum cura factam infert. Lege Godfridi Olearii Notas ad Philostratum, p. 565 et 579.

(97) Μανίας. Ita et alii Manetis nomine luserunt, v. c. Zonaras Canone in Deiparam apud Cotelerium, tom. III *Monumentorum Græc.* p. 467, μανεὶς ὁ Μάνης, sicut et Euthymius in *Panoplia* tit. 9, Manes simpliciter μανεὶς vocatur. Sic Titus lib. I, *Adversus Manich.* apud Cl. Basnage. p. 60 : Ὁ δὲ μανεὶς ἐκ βαρβάρων καὶ τῆς μανίας αὐτῆς ἐπώνυμος, quæ ita verterim : *Ille vero a barbaris insanire doctus et a barbarie appellatus*, etc. Hinc p. 60, de eodem βαρβαρικὴν ἀσέβειαν ἐπινοήσας καὶ δευτέραν ἀρχὴν ταύτην μανικῶς ὁρισάμενος, et p. 63, ὁ χαλεπώτατα μανείς. Adde, p. 65.

(98) Ἐνεργούμενος. Ita ex nostro pro ἐνθειαζόμενος. Prior enim vox a scriptoribus ecclesiasticis proprie de hominibus a dæmone actis usurpari solet, quemadmodum posterior bonum interdum sensum habet.

(99) Παράκλητον. Huc referunt quidam vocem Μάνης, tanquam מְנַחֵם id est, *consolator* : vide Gatakerum, l. c. c. 5.

(1) Factum hoc ipsi puero septenni tradunt Cedrenus et Suidas loc. cit. qui numerus annorum omnino substituendus est illi τῶν *Sexaginta*, quem habes in Archelai *Disputat.*, pag. 98.

cum filium morbo laborantem haberet,audiretque, Manem pollicitum esse, se filium ejus ex morbo precibus erepturum esse, arrogantem hominem ad filii curationem adhibet : ac medicos tum præsentes tametsi ægritudinis curationem facilem fore promittebant, ejecit. Ille vixdum orationem compleverat, et vitam eripuit ei, qui id forte passus non esset, nisi ille incolumitatem promisisset. Cum itaque subito et aperte impietas et arrogantia scelesti hominis deprehensa fuisset, in maleficorum carcerem impostor ille damnatus conjicitur. Sed cum servus esset ac servilis artificii peritus, sciretque se non diu postea patratæ cædis pœnas daturum esse, utpote qui regis filium impietate sua occidisset, e domo aufugit, et custodibus carceris necis causa fuit: nam quia scelestum illum non accurate custodierant, capite omnes plexi sunt.

φόνου δίκας ὑποσχεῖν οὐκ εἰς μακράν ἐστιν ἄξιος, ἀγελῶν παῖδα, διαφεύγει τοῦ οἰκήματος, καὶ γίνεται μὴ ἀσφαλῶς ἐτήρουν τὸν ἀλιτήριον, τῆς κεφαλῆς ἐζημιώθησαν ἅπαντες.

XIII. At hic servus, erro, homicida carceri mancipatus, advenit profugus in Mesopotamiam, et defectionis suæ zizania rursum serere incipit. Carcharorum autem episcopus,cui nomen Archelaus,vir sacer et divinarum humanarumque rerum peritissimus, collecta Græcorum seu gentilium auditorum manu, ne Christianis judicantibus veritas per favorem triumphasse videretur,instituta adversus maniæ cognominem pia disputatione,impiissimum hominem ita pudefecit et confutavit, ut inde statim aufugeret, et defectionis ejus semina nullam ibi radicem ponere possent. Hinc profugus vicum quemdam ignobilem occupat, ibique rursum impietatem suam fovere et patefacere satagit. Sed fervens ille pietatis propugnator et vere pastor Archelaus cum non modicam ovium curam gereret, non segnis erat in persequendo eo, qui sævior lupo, in gregem discerpendam insurrexerat. Quamobrem ille maniæ cognominis,qui ejusmodi viri præsentiam non sine magna anxietate sustinebat, aufugit, et e loco in locum transmigrat. Dum sic vagaretur, Persarum regis satellites, qui sectas tum ubique perquirebant, comprehensum adducunt vinctum ad eum,

τητος !) ὀνομάζειν ἀπετόλμησεν (2). Ἐξ οὗ καὶ μαθητὰς, συνηθροίσατο δύο καὶ δέκα (3), οὓς καὶ τῆς πλάνης διέπεμπε κήρυκας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐμβρόντητος Μάνης, τῷ κακῷ γεγονὼς περιβόητος, ἦκει ταῖς φήμαις μέχρι καὶ τῶν ὠτῶν τοῦ Περσῶν βασιλέως. Ὁ δὲ (καὶ γὰρ αὐτοῦ ὁ παῖς νοσήματι ἑαλώκει), ἐπεὶ τὸν Μάνην ἐπαγγελλόμενον ἤκουεν εὐχῇ τὸν παῖδα ῥύσασθαι τῆς νόσου, δέχεται τὸν ἀλαζόνα τοῦ παιδὸς ἐπὶ θεραπείᾳ. Καὶ δὴ οὗτος τοὺς παρόντας ἰατροὺς καίτοι ῥᾳδίαν ἐπαγγελλουμένους παιδὸς τὴν ἴασιν, ἀποπεμψάμενος, ἅμα τε εὐχὴν ἐτέλει καὶ τῆς ζωῆς ἐξήλαυνε (4) τὸν οὐκ ἂν τοῦτο παθόντα, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν θεραπείαν ὑπέσχετο. Οὕτω γοῦν θᾶττόν τε καὶ περιφανῶς τῆς ἀσεβείας τε καὶ ἀλαζονείας τοῦ κακοδαίμονος στηλιτευθείσης, εἱρκτὴν κακούργων οἰκεῖν ὁ πλάνος καταδικάζεται. Ἀλλ' ὄγε δοῦλος ὢν καὶ δουλικῆς τέχνης ἔμπειρος, εἰδώς τε ἀκριβῶς ὡς ἅτε δὴ τῇ καθ' ἑαυτὸν ἀποστασίᾳ τὸν βασίλειον ἀνθρωπίνους περιδέξιος), Ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ Χριστιανῶν κρινόντων φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια,πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον τὸν τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγον,οὕτω κατῄσχυνεν καὶ διήλεγξε τὸν τρισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα τε φυγεῖν (7) ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα. Ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων. Κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλπειν ἐμηχανᾶτο καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα. Ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας (8) ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνερῥᾳθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου (9) τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιστάμενον. Διὸ πάλιν ἐκεῖθεν, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, οὐδ' αὐτὴν τὴν παρουσίαν ἄνευ μεγάλης ἀγωνίας ὑποστὰς ἀποδιδράσκει, καὶ τόπον ἐκ τόπου διήμειβεν, ἐν οἷς

ΙΓ. Ἀλλ' οὗτος ὁ δοῦλος, καὶ πλάνος, καὶ φονεὺς καὶ δέσμιος φυγὰς καταλαμβάνει τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. Ὁ δὲ τῶν Καρχάρων ἐπίσκοπος (5) (Ἀρχέλαος (6) αὐτοῦ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους καὶ τοὺς

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(2) Ἀπετόλμησε. Ita lego cum nostro et Colbertino, pro quo Coislinianus, sensu prorsus contrario,nec ob contextum ferendo habet οὐκ ἐτόλμησε.Omnino enim id,quod refertur, audebat homo impius,et, quam vox ἀποτολμᾷν infert, effreni quadam audacia.

(3) Δύο καὶ δέκα. Nomina eorum lege apud Petrum Siculum, p. 30 ; et nostrum, § 14.

(4) Ἐξήλαυνε. Ita ex nostro pro simplici ἤλαυνε.

(5) Καρχάρων ἐπίσκοπος. Ita a pluribus vocatur Archelaus, *Carrharum*, quod genuinum urbis nomen est, episcopus.

(6) Ἀρχέλαος. Hujus Disputatio cum Manete edita nunc exstat in Laur. Alexandri Zacagnii. *Collectaneis Monumentorum Veterum*, Romæ 1698, editis, hinc vero in volumine II Operum Hippolyti a celeb. Fabricio nostro Hamburgi, an. 1718, curato ; mihique pro eo, quo in me fertur amore ac benevolentia, inscripto, p. 134 seqq. Lege quæ uterque in præmissis de Archelao veterum testimoniis,quæque posterior in *Biblioth. Græca* lib. v, p. 262, commentati sunt, nec temere quidquam desiderabis. Inter testimonia illa exstant quoque bina Photii nostri loca, cum Holsteniani nostri lectione prorsus consentientia, nisi quod pro Καρχάρων legatur Χαρχάρων, sicut Coislinianus Μαρχάρων mendosissime exhibet.

(7) Τε φυγεῖν. Ita repono ex nostro pro κατέφυγεν, quod habet Cl. Montfauconius ex Coisliniano. Nostram lectionem astruit Zacagnius l. c., imo sequentia καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν omnino postulant.

(8) Εὐσεβείας, *Pietatis*, pro quo *impietatis* vox in versionem irrepserat.

(9) Πικρότερον λύκου. Ita malui ex nostro, cum quo et conspirat Zacagnius, pro πικρότερον λύκον, quod habet Coislinianus. Sensus id omnino flagitat.

πλανώμενον οἱ τοῦ Περσῶν βασιλέως δορυφόροι, ἅτε πανταχοῦ τὸν ἀλιτήριον διερευνώμενοι, εὑρόντες ἄγουσι πρὸς τὸν ἀποστείλαντα δέσμιον. Καὶ ὃς τοῦ τε ψεύδους καὶ τῆς φυγῆς πολλὰ χλευάσας καὶ κατονειδίσας, δίκην ἔλαβεν ἀντὶ πάντων μίαν, τὸν τοῦ ἀπατεῶνος κἀκείνῳ μόνῳ πρέποντα θάνατον. Εἰ γὰρ καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἦν μήτε παθεῖν μήτε δρᾶσαι ἄξιος, ἀλλά γε τῶν Μάνεντος ἀνυπερβλήτων δυσσεβημάτων οὐκ ἀνάξιος. Ἔτι γὰρ ἐν ζῶσιν ὄντος τοῦ κακοδαίμονος, εἰς ἀσκὸν τὸ σῶμα ἀποδείραντες οὕτω τῆς ζωῆς διασπῶσι καὶ διαῤῥηγνύουσι, τὸ λοιπὸν τοῦ σώματος βορὰν θηρίοις προσρίψαντες, αὐτὸ δὲ τὸ δέρμα θυλάκου τρόπον πληρώσαντες πνεύματος πρὸ τῶν πυλῶν ἀνηρτήσαντο. Ἀλλὰ τὴν μὲν τοῦ βίου καταστροφὴν ὁ ἀποστάτης οὗτος καὶ τρισαλιτήριος τοιαύτην ἀπείληφεν.

A qui se miserat. Qui cum ejus mendacium, fallaciam et fugam irrisisset, eumque opprobriis insectatus esset, ultionem sumpsit pro omnibus unam, mortem infligens, quæ uni huic plano conveniebat. Licet enim id humanæ naturæ nullatenus sit, nec quempiam tale vel pati vel facere fas esse videatur ; attamen horribilium Manetis impietatum non indigna mors erat. Cum enim infelix ille adhuc in vivis esset, corpus, detracta pelle, in utrem excoriantes sic ex vita detrahunt, et quasi dissecant ; reliquum vero corpus in prædam feris projiciunt ipsamque pellem utris instar vento repletam præ foribus suspenderunt. Talem apostata et scelestissimus homo vitæ terminum consecutus est.

ΙΔ΄. Ἕτερος δὲ τῷ χρόνῳ βραχύ τι τούτου προγενέστερος, ὁμότιμος δὲ τὴν δυσσέβειαν, Ζαράνης (10) ὄνομα, καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλίγα ταῖς δυσσεβείαις τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ἐπελυμήνατο. Μαθηταὶ μέντοι τοῦ δυσωνύμου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα, Σισίννιος ὁ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος, καὶ Θωμᾶς (11) ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος Εὐαγγέλιον. Βούδας τε καὶ Ἑρμᾶς, Ἀδάμαντος (12) καὶ Ἀδείμαντος, ὃν (13) καὶ διαφόροις διέπεμψε κλίμασι τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν κήρυκα. Ἐξηγηταὶ δὲ αὐτοῦ καὶ οἷον ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν Ἱέραξ τε καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. Ἠριθμοῦντο δὲ τῷ χορῷ τῶν μαθητευθέντων αὐτῷ καὶ Ἀγάπιος, ὁ τὴν Ἑπτάλογον καλουμένην συντάξας καὶ Ζαρούας καὶ Γαυριάβιος. Καὶ ὁ μὲν τῶν τότε συνακμασάντων τῆς ἀσεβείας χορὸς ἐν τοσούτοις παρετείνετο, ὧν πῶς ἄν τις εἴποι τὰς πράξεις, πῶς δὲ διέλθοι τὰ δόγματα ; Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἦλασαν πάσης μὲν ἀκαθαρσίας, πάσης δὲ ῥυπαρίας καὶ πάσης ἀθεωτάτου δόξης, καὶ τοσούτων (14) αὐτῶν γέμει τὰ βιβλία ῥυπασμάτων τε καὶ ἀτοπημάτων, ὡς μηδὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων προεληλυθότας, καὶ τὰ πλεῖ-

XIV. Alius porro tempore paulo hoc antiquior par impietate, Zaranis nomine, non pauca impietatibus suis humano generi damna importavit. Discipuli autem infausti nominis viri Manetis fuere duodecim ; Sisinnius, qui principatum ejus in impia doctrina tuenda accepit ; Thomas, qui Evangelium suo nomine scripsit ; Budas, Adamantus, Adimantus, quem in diversa orbis climata, erroris et defectionis præconem misit. Explanatores vero et quasi commentatores ejus fuerunt Hierax, Heraclides et Aphthonius. In discipulorum item ejus choro numerabantur Agapius, qui Heptalogum, ut vocant, conscripsit, Zaruas et Gauriabius. Chorus autem impietatis eorum, qui tunc temporis una floruerunt, hos complectebatur, quorum acta narrare, vel dogmata recensere quis valeat ? Eo enim impuritatis omni modo devenerunt, eo usque immunditiæ, eo usque impiæ doctrinæ, totque sordibus et absurditatibus eorum libri repleti sunt, ut ne quidem successores illorum, qui maximam eorum impietatis partem retinuerunt, eos amplecti et recipere audeant ; tum quod abominationum in illis contentarum exsuperantiam legere non va-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10) Ζαράνης. Ita Coislinianus et Colbertinus, noster vero Ζανάρης. At cum et Petrus Siculus, p. 30, priorem lectionem probet, nec inter Persas hoc nominis inauditum sit (vide Tollii *Iter Italicum* p. 135), eam omnino præferendam puto. Lege de isto Jo. Pearsonium ad Symbolum Apostolicum p. 116, edit. Latinæ in notis, ubi is persuadere conatur, ut, inserto Manichæis Zarane, qui Manete una cum Scythiano antiquior erat, credamus Scythianum ad Apostolica tempora accessisse. Enimvero, quamvis non dubitem Zaranem Maneti ætate proximum fuisse, cum noster eum *paulo antiquiorem* diserte nominet, ipsa tamen illa brevis temporis intercapedo magis efficit, ut credamus Scythianum et Zaranem æquales fuisse ætate, et eo tantum nomine a se invicem distinctos, quod alius eorum aliis in locis doctrinæ suæ semina spargeret.

(11) Θῶμᾶς. De hoc et sequentibus Manetis discipulis lege Cl. Fabricium, lib. v, p. 287, *Biblioth. Græc.*

(12) Ἀδάμαντος. Adantum eum vocat Petrus Siculus p. 30.

(13) Ὃν. Tres Manetis discipuli in tres orbis plagas missi memorantur in Actis Archelai cum Manete, p. 22. Addas scilicet, qui idem est cum Budda, Thomas et Hermas. Eosdem nominatim recenset Cyrillus, p. 98, Buddam pro Adda appellans, et *Historia hæreseos Manichæorum*, quam doctiss. Christoph. Matth. Pfaffius cum Lactantii *Epitome Institutionum divinarum*, p. 182 seq. edidit. Ibi hæc inter cætera p. 183, lego : « Post cujus (Curbicii) mortem non solum libros, quos Terebinthus reliquerat, sed et pecuniam Curbicii sumens, Trembi discipulos acquisivit, quorum unus, Thomas, alius Abda, tertius est Hermas. » Ibi non dubito pro *Trembi* legendum esse *tres sibi* (totidem enim discipuli postea memorantur ; pro *Abda* autem *Abdas*, quem cæteri scriptores omnes vocant. Sic p. 182, ut obiter hoc moneam, pro *capitulorum*, legere malim *capitulum*. Hoc enim nomine secundum librorum suorum appellavit Scythianus, ceu ex superioribus constat.

(14) Τοσούτων. Ita ex nostro Colbertino lege pro τοσοῦτον

leant; tum quod irrationabilitatem præceptorum ratiociniis subjicere non possint, tum etiam quod metuant et caveant, ne opprobrium risum atque odium apud omnes sibi concilient. Quamobrem hæc nuper exorta veterum illorum abominationis seminum fructicatio, ut supra diximus, quæ ab illis olim magistris scripto sibi tradita sunt, neque amplectuntur, neque tuentur; sed iis solum se adhærere vafre et callide simulant, in quibus Dominica oracula et magni apostoli Pauli Epistolæ descriptæ sunt; nonnullis etiam Acta apostolorum et catholicæ Epistolæ, præter eas, quæ coryphæi (Petri) sunt, admittuntur. Hujusmodi sacra eloquia tueri se simulant, ut eos qui circa piam religionem hebetiores et imperitiores sunt, facilius decipere queant, quasi ab ipso Christo et a discipulis ejus ea receperint, quæ defectionis suæ insania peperit.

A στα τῆς αὐτῶν δυσσεβίας παρακατασχόντας ἀνέχεσθαι τοῦ λοιποῦ στέργειν ἐκεῖνα καὶ ἀποδέχεσθαι, τοῦτο μὲν τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς βδελυρίας οὐ στέγοντας (15), τοῦτο δὲ τῶν προσταγμάτων τὸ ἀλόγιστον λογισμοῖς ὑποβάλλειν οὐκ ἔχοντας, τοῦτο δὲ τὸν παρὰ πᾶσιν ὄνειδον καὶ τὴν χλεύην, καὶ τὸν κατάγελων καὶ τὸ μῖσος ὥσπερ διευλαβουμένους καὶ ἀποκλίνοντας. Διὰ τοῦτο καὶ αὕτη ἡ νεοφανὴς τῶν παλαιῶν ἐκείνων τῆς βδελυρίας σπερμάτων παραφυὰς, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἔφημεν, τὰ παρ' ἐκείνων τῶν διδασκάλων ἐγγράφως αὐτοῖς συντεταγμένο οὐ μὲν οὖν οὐκ ἀγαπῶσιν, οὐδὲ περιέπουσιν. Ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις κακούργως καὶ πονηρῶς προσανέχειν ὑποπλάττονται, ἐν οἷς τὰ τε Κυριακὰ ἀναγέγραπται λόγια καὶ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου B Παύλου αἱ Ἐπιστολαὶ, καὶ παρ' ἐνίοις τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις, καὶ τῶν Καθολικῶν ὅσαι παρὰ τὰς τοῦ κορυφαίου τυγχάνουσιν. Τούτων δὲ τῶν ἱερῶν ἀντιποιεῖσθαι σχηματίζονται λογίων, ὡς ἂν ἔχοιεν ῥᾳδίως ἐξαπατᾷν τοὺς νωθεστέρους τε πρὸς εὐσέβειαν καὶ ἀμάθεστέρους, ὡς παρ' αὐτοῦ Χριστου εἴησαν παρειληφότες καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἃ τῆς ἀποστασίας αὐτοῖς ἀπέτεκεν ἡ ἀπόνοια.

XV. Hic itaque Manes, tantæ defectionis princeps, anno Valeriani et Gallieni, Romæ imperatorum, nono e custodia Persarum elapsos (nihil enim impedit, quominus ea persequamur, quæ supra historiæ series prætermisit), et in Mesopotamiam profectus, a divino Archelao, sancto viro, qui tum Carcharorum in ea regione præsul erat, multis magnisque contra impietatem suam argumentis exagitatus est. Atque inde insperato suffusus pudore, profugus C Dioridem, Carcharorum vicum, subit: atque ibi cum Tryphone quodam, strenuo et sacro viro, presbyteratus gradum obtinente, congressus, parem subiit casum; imo etiam ipse Archelaus, cum seductorem eo se recepisse comperit, acer quippe vir erat, et pio studio movebatur, statim in vicum se contulit; ac postquam seductorem illum in magnas angustias et in pudorem, a quo declinabat, conjecisset, ac exsecranda ejus dogmata evertisset, confutassetque, virumque omnibus deridendum detestandumque propinasset, eum ad fugam denuo perpulit, in qua quod et diximus, a perquirentibus

ΙΕ'. Ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας (16) ἐξάρχων, ἔτει (17) τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ (18) καὶ Γαλιηνοῦ, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγὼν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν, ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν), καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ τοῦ (19) θεσπεσίου Ἀρχελάου (Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν) πολλούς μὲν καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπῃτήθη. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διωρίδα (20) Καρχάρων κώμην ἀποδύεται. Ἐν ταύτῃ (21) δὲ Τρύφωνί (22) τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέστη. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός γε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν (ὀξὺς γὰρ ἦν καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον), καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας, τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὐτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, ἀπασκευάζει πάλιν φαγάδα

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(15) Οὐ στέγοντας. Noster legit οὐ στέργοντας. Malim vero illud, menti Scriptoris ut videtur, convenientius. Hæsit forte in librarii memoria τὸ στέργειν proxime antecedens.

(16) Ἀποστασίας ἐξάρχων. Ita malui cum nostro, quam cum Coisliniano ἀποστάσεως ἔξαρχος,, quamvis quod ad sensum nihil intersit. Zacagnius ex suo habet ἀποστασίας ἔξαρχος.

(17) Ἔτει. Ita cum nostro pro ἐπί, quod ad sensum opus non est, cum vicissim τῷ ἐννάτῳ prius illud ἔτει requirat. Ita et legit *Zacagnius*.

(18) Οὐαλεριανοῦ. Ita recte Coislinianus, noster habet Οὐαλεντινιανοῦ mendose: nam temporis rationes id refugiunt. Consentit cum proba lectione Petrus, p. 36, et in referendo Photii loco Zacagnius.

(19) Ὑπὸ τοῦ. Inserit hic *Zacagnius* δὲ, quod orationis series non requirit.

(20) Διωρίδα. Ita Coislinianus, at noster Δωρίδα· D uterque mendose: rectissime Zacagnius Photii hunc locum recitans, Διοδωρίδα, quam lectionem fulcit Epiphanius, hæres. 66, n. 11; et qui ad eum provocat, Petrus Siculus, p. 36, ubi tamen utrinque in scriptione per Διοδορίδα erratur. Pagus enim hic a Diodoro quodam, quasi Diodori vicus appellatus fuit, quod Acta Archelai, p. 68, indicant his verbis: « Manes autem fugiens advenit ad quemdam vicum, longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori.»

(21) Ἐν ταύτῃ. Ita malo cum nostro et *Colbertino*, pro ἐνθαυτα Coisliniani. Astipulatur nobis Zacagnius.

(22) Τρύφωνι. Ita et Epiphanius, l. c., et ex eo Petrus Siculus vocant, minus recte, si audimus Acta Archelai, ubi, p. 68, aliquoties Diodori nomine vocatur, et ipsa quoque Diodori episcopi ad Archelaum epistola cum hujus ad eam responsoria exhibetur.

γενέσθαι, καθ' ἣν, ὡς καὶ (23) προέφημεν, πλάνην ὑπὸ τῶν ἀνερευνώντων αὐτὸν καὶ ζητούντων ἀλοὺς, τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἀπέτισε τὴν πικρὰν ἐκείνην δίκην.

A et scrutantibus captus regi Persarum acerbas illas pœnas dedit.

ΙϚ'. Ἐκείνου δὲ τὸν βίον οὕτως οἰκτρῶς καὶ ἀθλίως καταστρεψαμένου, χρόνῳ ὕστερόν τινες τῶν αὐτοῦ τῆς δυσσεβείας μαθητῶν μέχρι Σαμοσάτων τῆς Ἀρμενίας τὰ τοῦ Πονηροῦ ζιζάνια ἐγκατέσπειραν. Καὶ οὐ πολὺ τὸ μέσον (24), καὶ τὸ φθοροποιὸν ἐκεῖνο γεώργιον μέχρι Φαναρείας ὤφθη νομὴν λαβὸν καὶ φυόμενον. Ἐξ οὗ καὶ ἡ κακὴν Καλλινίκη τοῦ βορβόρου πλησθεῖσα, ὥς μοι προείρηται, Παῦλον καὶ Ἰωάννην γεννήματα ἐχιδνῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀπέτεκε. Κἀκεῖθεν διὰ τῶν ἐφ' ἑξῆς διαδόχων τῆς ἀσεβείας, μέχρι τῶν χρόνων Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως (ἀπόγονος δὲ ἦν οὗτος Ἡρακλείου) τῆς τοιαύτης (25) θεομαχίας ἀκαινοτομήτου παρατεινομένης· καὶ πολλῶν μὲν παραινέσεων καὶ διδασκαλιῶν, εἰ καὶ πρὸς ἀνόνητον ἀπεκρίθησαν πέρας, καταβληθέντων, πολλῶν δὲ εὐσεβῶν βασιλέων ξίφει τὴν δίκην τοὺς ἀποστάτας εἰσπραττομένων, καὶ μηδ' οὕτω τῆς ἀσεβοῦς φορᾶς ἱσταμένης, ἐπιγίνεταί τις τοῖς ἀποστάταις Ἀρμένιος ὀνόματι Κωνσταντῖνος, Μανάναλις (26) κώμη Σαμοσάτων πατρὶς αὐτῷ ἐπιγράφεται, ἥτις καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μανιχαίων τροφὸς ὑπάρχει καὶ ἐνδιαίτημα. Ἀλλὰ γὰρ οὗτος Κωνσταντῖνος, τῶν τῆς ἐκκλησίας τινὰ διάκονον ἀπὸ τῆς κατὰ Συρίαν αἰχμαλωσίας πρὸς τὴν οἰκείαν ὑποστρέφοντα πατρίδα ἐπὶ ἡμέρας οὐκ ὀλίγας ἐξένισε, βίβλους δὲ ἀπὸ Συρίας ὁ αἰχμάλωτος συνεπεφέρετο αὐτῷ δύο, μίαν μὲν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, ἑτέραν δὲ τοῦ μεγάλου (27) ἀποστόλου Παύλου (28), ἃς ὥσπερ ἀμειβόμενος τῆς ξενίας ὁ ξενισθεὶς (29) καὶ ἀγνοῶν τοῦ ξενίσαντος τὸ δυσσεβὲς τῆς θρησκείας τὰς ἱερὰς ἀντεδωρεῖτο βίβλους. Κατιδὼν δὲ (30) ὁ Ἀρμένιος Κωνσταντῖνος βδελυκτὴν καὶ πᾶσι φευκτὴν καὶ ἀποτρόπαιον τὴν αὐτοῦ δυσφημίαν καὶ ἀποστασίαν, τῇ τοῦ διαβόλου συμβουλῇ μηχανᾶται τοιόνδε. Πάσας μὲν, ὅσας αὐτοῦ ἡ θρησκεία ἠγάπα τε καὶ περιεπτύσσετο βίβλους, ἀποβάλλεται καὶ ἀποσκορακίζει· γυμνὰ δὲ τὰ δόγματα τῶν γραμμάτων παρακατασχὼν πειρᾶται τὰς τοῦ Εὐαγγελίου λέξεις καὶ τοῦ Ἀποστόλου τούτοις ἐναρμόζειν τε καὶ περιάπτειν. Διὸ πάσης αὐτοῦ τῶν δυσσεβημάτων καταψηφισάμενος βίβλου, μόνῳ προσανέχειν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τῷ Ἀποστόλῳ πρόσταγμά τε καὶ σπούδασμα ποιεῖται· ὡς ἂν δυνηθείη διὰ τῆς τοιαύτης κακοτεχνίας ἐπικαλυψάμενος αὐτοῦ τὸν βόρβορον τῆς ἀποστασίας, πολλοῖς τὸν θάνα-

XVI. Cum autem ille vitam ita misere et infeliciter clausisset, elapso quodam tempore, quidam ejus impietatis discipuli usque ad Samosata Armeniæ, maligni zizania sparserant : nec multo post intervallo, corrupta ejusdem sementis ad Phanaream usque pullulare visa est. Unde improba illa Callinica cœno repleta, ut supra dixi, Paulum et Joannem, genimina viperarum, in generis humani perniciem peperit. Inde vero et impietatis successoribus, usque ad tempora Constantini imperatoris, qui erat Heraclii abnepos, impietas illa sine ulla innovatione progressa est. Ac postquam multæ adhortationes et monitiones, licet inutili exitu, factæ fuerant, et postquam multi pii imperatores in apostatas gladio animadverterant, neque tamen impietatis cursus destiterat, apostatis Armenius quidam supervenit nomine Constantinus, cujus patria erat vicus Samosatensium, Mananalis nomine, quem ad hæc usque tempora incolunt Manichæi. Hic porro Constantinus quemdam ex Ecclesiæ diaconis, ex Syria, ubi captivus fuerat, in patriam suam revertentem, diebus non paucis hospitio excepit. Qui captivus libros ex Syria duos secum detulerat ; unum sancti Evangelii ; alterum magni apostoli Pauli, quos in hospitii remunerationem, impiam hospitis sui religionem ignorans, dono ipsi obtulit. Conspicatus autem Constantinus Armenius, impietatem et defectionem suam abominandam, omnibusque invisam ac perosam esse, diabolico consilio hoc machinatur. Omnes quidem libros, quos religio sua diligebat et amplectebatur, objicit et repudiat ; sed dogmata sua scriptis destituta retinens, ipsis Evangelii et Apostoli dicta adaptare et adjungere conatur. Quamobrem damnato quolibet libro, impietatem suam præferente uni Evangelio et apostolo attendendum esse statuit ac decernit, ut pravo hujusmodi artificio apostasiæ suæ cœnum obtegens, mortiferum opinionum suarum venenum multis miscere posset. Sed ille specie solum et figmento quodam, ut dictum est, Manichæorum libros ablegat ; utpote qui cerneret, Christianorum leges, eos qui apostasiæ libris utantur, gladio subjicere, eosque ipsos libros igni absumendos tradere. Ex dogmatibus ergo suis ea, quæ ad impieta-

B

C

D

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(23) Ὡς καί. Addidi τὸ καὶ ex ms. nostro.

(24) Τὸ μέσον. Noster legit τὸ ἐν μέσῳ eodem sensu i. e. *nec multum temporis interjectum erat.* Cæterum inde ab hoc paragrapho narratio Petri Siculi cum Photiana nostra propius concordat, qui hucusque Cyrillum, Socratem et Epiphanium, quos diserte nominat, pressius Photio erat secutus.

(25) Τοιαύτης. Restitui ex nostro.

(26) Μανάναλις. Ita Coislinianus et Petrus Siculus, p. 40, rectius, ut puto, nostro, qui legit Μαινάλις. Confer infra, § 17 et 18, ubi eodem modo scribitur.

(27) Μεγάλου. Noster legit ἁγίου, prius rectius ; librarius enim de præcedente proxime ἁγίου Εὐαγγελίου adhuc cogitasse videtur.

(28) Παύλου. Omittit Noster, sicut et Siculus, p. 40.

(29) Ἀμειβόμενος τῆς ξενίας ξενισθείς. Imitatur et supplet Siculus : Ἀμειβόμενος αὐτῷ τὴν τῆς ξενοδοχίας ἀντάμειψιν. Quod ideo moneo, ut convenientiæ in utroque Scriptore exempla manifestiora sint, quæ frequentia in istius narrationis serie occurrunt.

(30) Δέ. Abest a nostro.

tem opportuniora et perfectiora erant, fovens et amplectens, nullam non machinam et contentionem adhibebat, ut eas Dominicis apostolocisque dictis subjiceret adaptaretque. Valentini autem portentosam de triginta æonibus et diis doctrinam, et Cubrici abominandam de pluvia fabulam, Basilidisque sordes et lascivias, nec non putidum quodque similium hominum cœnum, æque confidenter et palam amplectebatur, neque secundum sententiam et mystagogiam suam rejiciebat, sed velut quidam recens novusque legislator, ex meretrice et ex varie commista impietate dogmata gigneus, apostasiæ dux et præfectus in extremam obtemperantium perniciem declaratur. Quamobrem hodierni Manichæi, ut superius dixi, Scythianum, Budem et Manetem libenter anathemate feriunt, Constantinum vero maxime celebrant et colunt; ejusque successores pares apostolis Christi, ne quid amplius dicam prædicant.

A τηφόρον ἰὸν τῶν δηλητηρίων αὐτοῦ δοξασμάτων ἐγκεράσαι. Ἀλλ' ἀποπέμπεταί μὲν, ὥσπερ εἴρηται, σχήματι μόνῳ καὶ πλάσματι τὰς τῶν Μανιχαίων βίβλους, ἅτε δὴ καὶ ὁρῶν τοὺς τῶν Χριστιανῶν νόμους τοὺς, ὅσοι κέχρηνται ταῖς τῆς ἀποστασίας βιβλοις, τῷ ξίφει παραδιδόντας (31) καὶ αὐτὰς ἐκείνας πυρὸς δαπάνην (32) ποιουμένους. Τὰ μέντοι τῶν δοξασμάτων ἐπικαιρότατα καὶ τέλεια, πρὸς ἀσέβειαν περιθάλπων τε καὶ περιπτυσσόμενος, τοῖς Δεσποτικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς ὑποβάλλειν τε καὶ ὑποτιθέναι ῥήμασιν, μηχανὴν πᾶσαν καὶ ἀγῶνα ἐτίθετο. Τὰς δέ γε Οὐαλεντίνου τερατολογίας τῶν τριάκοντα αἰώνων καὶ θεῶν καὶ τὴν τοῦ Κουβρίκου περὶ τοῦ ὑετοῦ (33) βδελυκτὴν μυθοποιίαν, Βασιλείδου τε τὰ μιάσματα καὶ τὰς ἀσελγείας, καὶ τῶν παραπλησίων B τὸν δυσώδη βόρβορον, οὔτε σὺν παῤῥησίᾳ ᾐσπάζετο, οὔτε κατὰ γνώμην καὶ μυσταγωγίαν ἀπεστρέφετο. Ἀλλ' οἷά τις πρόσφατος καὶ καινὸς νομοθέτης ἐκ πόρνης τε καὶ πολυπλόκου δυσσεβείας δόγματα τεκὼν, ἀποστασίας ὁδηγὸς καὶ προστάτης τοῖς πειθομένοις ἐσχάτης ἀπωλείας ἀναδείκνυται. Ὅθεν οἱ νῦν τῶν Μανιχαίων παῖδες, ὡς καὶ πρὶν ἔφθην εἰπὼν, Σκυθιανὸν μὲν καὶ Βούδην, καὶ Μάνεντα προθύμως τῷ ἀναθέματι πέμπουσιν, Κωνσταντῖνον δὲ εἰς τὰ μάλιστα θειάζουσί τε καὶ περιέπουσι· καὶ δὴ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἀναδειχθέντας διαδόχους, ἴσα καὶ Χριστοῦ γεραίρουσιν, ἵνα μὴ πλέον εἴπω, ἀποστόλους.

XVII. Hic porro Constantinus, qui et Silvanus, mutatis sedibus, Mananali Cibossam profectus (o impiam animam, mentemque impudentiæ atque mendacio deditam!) se Silvanum esse dicebat eum, quem divini Pauli Epistolæ memorant. Quid vero dicetur tanta insania dignum? In quantam absurditatem delapsus; quanto pudore convictus perfundetur is, qui ab ipso principio per manifestam C fraudem et insaniam prorumpere non erubuit? Attamen, licet ita conspicue portenta confingeret ac mentiretur, non defuere, qui ejus dictis pellecti ipsi obtemperarent. Et ille quidem Macedonas vocabat discipulos suos, seque, ut supra dictum est, Silvanum, seque a divino Paulo missum jactitabat, aliaque similia multa effutiebat. Sed postquam monstrum illud seducendo populo natum viginti septem annos in dictis locis manserat, incolarumque multos in eamdem traxerat perniciem, in impietate deprehensus sua, cum jactu lapidum pœnas dedisset, in infernum ingressus est. Re com-

ΙΖ'. Ἀλλ' οὗτος ὁ ἐκ Κωνσταντίνου Σιλουανὸς (34) εἰς Κίβωσσαν ἀπὸ Μανάλεως (35) μετελθὼν (ὦ ψυχῆς ἀθέου καὶ γνώμης πᾶσαν ἀναισχυντίαν καὶ ψεῦδος μηδὲν ἡγουμένης!), ἑαυτὸν (36) ἔλεγεν εἶναι, ὃν αἱ τοῦ θεσπεσίου Παύλου (37) Ἐπιστολαὶ ἐπὶ μνήμης φέρουσι Σιλουανόν. Καὶ τί ἂν τις εἴποι πρὸς τοσαύτην ἐμβροντησίαν; εἰς ποῖον δὲ ἄτοπον ἀπενεχθέντα (38) τις ἐπιδειξάμενος, αἰσχυνθῆναι παρασκευάσει τὴν ἀπ' αὐτῆς ἀρχῆς οὕτω διὰ καταφώρου κλοπῆς καὶ φρενοβλαβείας οὐκ ἐρυθριάσαντα προελθεῖν; Πλὴν ἀλλ' οὕτω περιφανῶς τερατευόμενος καὶ ψευδολογῶν, εὗρεν, οὓς εἵλκυσε, πεῖθεσθαι αὐτῷ. Καὶ Μακεδόνας μὲν ἐκάλει τοὺς τῆς ἀπάτης μαθητὰς, ἑαυτὸν δὲ, ὡς προείρηται, Σιλουανόν· ἀπεστάλθαι τε παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου πρὸς αὐτοὺς, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἄλλα διερῤῥαψῴδει τε καὶ συνέπλαττεν. Ἀλλ' εἴκοσι μὲν καὶ ἑπτὰ διατρίψας ἔτη ὅλα, ἐν οἷς εἴρηται τόποις, τὸ λοιμοπλανὲς ἐκεῖνο καὶ κακομήχανον τέρας, πολλούς τε τῶν ἐγχωρίων τῆς αὐτῆς μετασχεῖν παρασκευάσας λύμης, καὶ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Ξίφει παραδιδόντας. Ita ex edicto Constantini olim capitale erat, Arii libros asservare, teste Socrate *Histor. Eccles.* lib. I, c. 9. Confer Pet. Bælii *Dictionarium Historico-Criticum*, tomo I, p. 354.

(32) Πυρὸς δαπάνην. Sic Gregorius M. animadvertit in hæreticorum libros, teste Joanne Sarisberiensi, *De nugis curialium*, lib. II, c. 26. Alia hujusmodi exempla habes apud Jo. Christoph. Wagenseilium in Præfatione ad *Tela ignea Satanæ*, p. 7 seqq. Sixtum Senensem in *Biblioth. sancta*, lib. II, p. 63; et M. Wilhelmum Schutzium in Disputatt. binis de combustione librorum hæreticorum, Lips. 1697 et 1699, editis.

(33) Τοῦ ὑετοῦ. Disertius hoc exponit Petrus Siculus, p. 42.

(34) Σιλουανός. Σαλοάνους mendose apud Petrum Siculum p. 42, librarii vitio: nam paulo post D aliquoties recte Σιλουανὸς vocatur.

(35) Μανάλεως. Lege Μανανάλεως, ut supra § 16. Certe Petrus Siculus, p. 44, iterum legit Μανάναλις.

(36) Ἑαυτόν. Forte igitur metempsychosin a Pythagora, cui et alia debent Manichæi, mutuam accepit quam et Suidas tom. II, p. 491, Maneti tribuit, nisi dicere malis eum verba sua metaphorice interpretanda voluisse, quod Petri Siculi verba, p. 44, indicare videntur, ubi discipulos Macedonas (ad quos scilicet olim missus erat Silvanus), se vero Silvanum a Paulo missum appellasse fertur, quod et Noster paulo post recitat.

(37) Παύλου. Vide II Cor. I, 19; I Thess. I, 1; I Petr. V, 12.

(38) Ἀπενεχθέντα. Ita scribo cum Nostro, et Colbertino, pro ἐπενεχθέντα, quod habet Coislinianus.

κατάφωρος ἐφ' οἷς ἐθεομάχει γεγονὼς, καὶ λίθων βολαῖς τὴν δίκην ὑποσχὼν ἔδυ εἰς ᾅδου. Κωνσταντῖνος γὰρ ὁ βασιλεὺς τὰ κατ' αὐτὸν ἀναπεπυσμένος, στέλλει τινὰ τοῦνομα Συμεῶνα, τὸν μὲν λαοπλάνον ὑπαγαγεῖν τῇ δίκῃ· ὅσοι δὲ τῆς ἐκείνου πλάνης μετέσχον, εἶτα ταύτης ἀφίστανται, καὶ τὴν τῶν μετανοούντων χώραν ὁλοψύχως ἀναπληροῦσιν, τούτους ἄρα (39) πρὸς μάθησιν τῶν ὀρθῶν δογμάτων καὶ κατάγνωσιν ἐπιπλέον τῆς ἀποστασίας ταῖς τοῦ Θεοῦ προσκαρτερεῖν παραδοῦναι Ἐκκλησίαις. Καταλαβὼν δὲ ὁ ἀπεσταλμένος τὴν χώραν, ἐν ᾗ τὸ τῆς πλάνης ἀνέῳκτο ἐργαστήριον, καὶ συμπαραλαβών τινα τῶν ἐκεῖσε ἐπαρχόντων (Τρύφων ἦν τῷ ἀνδρὶ ὄνομα), συλλαμβάνει μὲν τοὺς ἡπατημένους, συλλαμβάνει δὲ καὶ τὸν τῆς ἀπωλείας διδάσκαλον· καὶ τοὺς μὲν πρὸς μετάνοιαν ὁλοψύχως ὁρῶντας, ἢ δικοῦντας ὁρᾷν, τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν τοῖς ἐφόροις ἐνεχείριζε, τοὺς δ' ἔτι πνέοντας τὴν ἀποστασίαν ὑφ' ἓν ποιησάμενος, καὶ εἰπὼν, ἃ τοῖς τοιούτοις ἀκούειν ἥρμοζε, σκοπὸν μὲν αὐτοῖς προστίθησι (40) τὸν καθηγεμόνα τῆς πλάνης, αὐτοὺς δὲ βάλλειν προτάσσει τοῖς λίθοις. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ὀκνηρότερόν πως ἥπτοντο τοῦ ἔργου. Ἰοῦστος δέ τις ὄνομα, υἱὸς κατὰ θέσιν πεποιημένος τῷ Κωνσταντίνῳ, παρ' ᾧ καὶ τὴν Μανιχαϊκὴν αἵρεσιν ἐμαθητεύθη· ὃς ἐπιγνοὺς, ὡς ἔοικεν, εἰς οἷον αὐτὸν βάραθρον ὁ διδάσκαλος ἐμβεβλήκει, χειροπληθῆ λίθον (41) λαβὼν, καὶ πληγὴν καιρίαν τῷ κακῷ διδασκάλῳ ἐντεινάμενος, τοῦ ζῆν τὸν ἆθλιον ἀθλίως ἀπήλασεν· μεθ' ὃν καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος συνεπιθέμενοι τῷ ἔργῳ, σωρὸν λίθων τὸ πτῶμα εἰργάσαντο· ὡς καὶ μέχρι νῦν ἐκεῖθεν Σωρὸν ἐπίκλησιν τὸν χῶρον λαχεῖν.

A perta enim Constantinus imperator Symeonem quemdam misit, qui seductorem supplicio plecteret ; erroris vero consortes, siquidem ab illo resilirent et toto animo pœnitentiæ locum implere vellent, ad disciplinam sanæ doctrinæ et apostasiæ damnationem Ecclesiis traderet erudiendos. Cum prædictus (Symeon) pervenisset ad locum, ubi erroris officina aperta fuerat. Tryphonem quemdam, ibi præfecturam gerentem, adjungens sibi, tum eos, qui seducti fuerant, tum ipsum perniciei doctorem apprehendit, atque eos, qui ad pœnitentiam respiciebant, vel respicere se simulabant, Ecclesiarum Dei præsulibus tradidit ; iis autem, qui adhuc apostasiæ dediti erant, simul adductis atque, ut par erat, admonitis, ducem erroris in scopum B proposuit, præcepitque ut lapides in eum mitterent. Verum alii quidem rem segnius sunt aggressi. Justus autem quidam, qui adoptatus in filium fuerat a Constantino, a quo etiam Manichaicam hæresin edoctus fuerat ; agnoscens, ut verisimile est, in quantum se barathrum magister ille conjecisset, arrepto grandi saxo, lethalem ictum in pravum immisit doctorem, miserumque misere vita privavit : post eum vero reliqua multitudo, manum operi admovens, acervum lapidum cadaveri imposuit : unde factum est ut ad hanc usque diem locus ille Soros seu *acervus* appelletur.

ΙΙΙ'. Οἱ μέντοι ταῖς τοῦ Θεοῦ παρατεθέντες Ἐκκλησίαις, τόγε πλεῖστον αὐτῶν ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὸ ἀδιόρθωτον ἐπεδείξαντο· καὶ ὅγε ταλαίπωρος Συμεὼν, ἀμαθὴς τὰ ὦν σωτηρίου διδάγματος, καὶ ἄλλως τὰς φρένας κοῦφος καὶ εὐπαράγωγος, λογοθετῶν καὶ ἀνατυνθανόμενος τὰ κατὰ τοὺς ἀποστάτας, ἀντὶ τοῦ μετακαλεῖν (42) τινας πρὸς τὸ τῆς εὐσεβείας φρόνημα, αὐτὸς εἰς τὴν ἐκείνων ὀλέθριον θρησκείαν μετέβαλεν. Πράξας δ' οὖν, ὅπερ εἴρηται, καὶ ἀναδραμὼν πρὸς τὸν ἀπεσταλκότα βασιλέα, καὶ κρύπτων ἔνδον καὶ περιθάλπων τὸ θηρίον ἐπὶ ἔτη τρία, ἐπείπερ αὐτοῦ κατανεμηθέντα ἔνδον πάντα ῥαγῆναι ἤδη καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἐβιάζετο, ἀπαίρει λάθρα τῆς βασιλίδος, καὶ εἰς τὴν προειρημένην Κίβωσσαν παραγεγονὼς, ἀθροίζει μὲν τοὺς ὁμιλητὰς Κωνσταντίνου, ὃν αὐτὸς ἐκ προστάγματος ἀνεῖλεν, διδάσκαλον δὲ καὶ διάδοχον αὑτὸς ἑαυτὸν τῆς ἀποστασίας ἐξάρχων καὶ τὴν κλῆσιν εἰς Τίτον μετέθετο. Τρεῖς (43) δὲ ἐνιαυτοὺς ἐν τῇ τοιαύτῃ διατελέσας πλάνῃ, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῆς εὐσεβείας συλαγωγήσας, ἔπειτα (44) τοιαῦτα πράττων ἑάλω καὶ τὸν διὰ πυρὸς (45) ἀπέτισεν

XVIII. Et illi quidem Dei Ecclesiis adjuncti fuere ; maxima pars eorum obstinata in proposito mansit : imo miser quoque Symeon, utpote salutaris doctrinæ C imperitus, et aliunde mente levis ac versatilis, percontatus ac curiose perquirens ea, quæ ad apostatas pertinebant, qui alios ad sententiam revocare debebat, ipse ad perniciosam eorum religionem accessit. Peractis igitur iis, quæ supra dicta sunt, et reversus ad imperatorem, a quo missus fuerat, feram illam (erroris) intra se occultans annos tres, atque fovens, cum jam proximum esset, ut omnibus intra se devastatis foras erumperet, ex imperatoria urbe furtim se subducit, cumque ad memoratam Cibossam remigrasset, Constantini consortes et socios convocat, quem ille jussus interfecerat, seque apostasiæ doctorem et successorem constituit : atque exemplo eorum, qui præcesserant, defectionis præfectorum, mutato nomine se Titum appellavit. D Tribus autem annis in hujusmodi errore transactis, cum multos a pia religione avertisset, in hujusmodi gestis comprehensus, igne debitas pœnas luit, tam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Ἄρα. Ita Noster : præmittit δὲ Coislinianus, præter rem, cum illud δὲ jam præcesserit.

(40) Προστίθησι. Ita noster : ut Coislin. προτίθησι, forte rectius, quia de scopo aliis proposito sermo est.

(41) Λίθον. Non habet Noster.

(42) Τοῦ μετακαλεῖν. Noster μεταβαλεῖν, sed malim illud, quia hoc minus quadrat ad sequens μετέβαλε.

(43) Τρεῖς. Ms. Hamb. habet πρός, mendose.

(44) Ἔπειτα. Ita cum Nostro lego pro ἐπεὶ τὰ Coisliniani, sensu incommodo.

(45) Καὶ τὸν διὰ πυρός. Ita lego ex Nostro, cum Coislinianus καὶ omittat, quod tamen verbum ἀπέτισεν cum ἑάλω conjungit.

ipse quam ejus discipuli, qui resipiscere noluerant. Etenim Justus supra memoratus, qui apostatam manu sua interfecerat, post alias multas, ut fieri solet, confabulationes ac quæstiones apostolicum hoc dictum proferens : *Quoniam in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis, et quæ in terra, visibilia et invisibilia ; sive throni, sive principatus, sive potestates omnia per ipsum et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant* [4]. Hoc, inquam, dictum objiciens, contra Symeonem insurrexit, dicens : Ne forte ipsi decepti essent, sequacesque suos deciperent, non eumdem factorem cœli et terræ, Deumque vere et Patrem Domini nostri Christi prædicantes ; sed præter hunc alium quemdam, quem apostolica eloquia non norunt. Cum ex hujusmodi commotione lis et pugna irreconciliabilis inter eos orta esset ; Justus Coloniæ episcopum convenit, ut apostolici dicti sensum clarius assequeretur : cui ille omnia enarravit, quæ inter sese et sodales suos contigerant. Ille rem Imperatori denuntiavit. Is tum erat Justinianus, qui post Heraclium imperium acceperat, quique mandavit, ut hæc negotia perquisitioni et justo judicio subjicerentur ; ita ut iis, qui resipiscere nollent, aut qui pœnitentiam olim polliciti, nihilominus in apostasia sua perseverarent, ignis supplicium subirent. Et alia quidem multitudo una cum Symeone, qui et Titus vocabatur, acerbo mortis genere periit.

ὄλεθρον, αὐτός τε καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ μυσταγωγηθέντων, ὅσους ἀνεῖλεν τὸ ἀμεταμέλητον. Ὁ γάρτοι προειρημένος Ἰοῦστος, οὗ χειρὸς ἔργον ὁ τοῦ ἀποστάτου κατέστη θάνατος, μετὰ πολλὰς ἄλλας, οἷα εἰκὸς, ὁμιλίας τε καὶ συζητήσεις τὸ ἀποστολικὸν προβαλλόμενος λόγιον τὸ φάσκον· « Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· » τοῦτο δή προβεβλημένος τὸ ῥητὸν ἀντανίστατο τῷ Συμεῶνι, φάσκων, ὡς ἄρα μήποτε αὐτοί τε ἠπατημένοι εἶεν καὶ τοὺς ἑπομένους συναπατῶσιν, οὐ τὸν (46) ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς Θεὸν ἀληθῶς καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπιγράφοντες, ἀλλὰ παρὰ τοῦτον (47) ἕτερόν τινα, ὃν τὰ ἀποστολικὰ οὐκ ἐπίσταται λόγια. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς κινήσεως, ἔριδος αὐτοῖς καὶ μάχης ἀσπόνδου συστάσης, πρόσεισιν ὁ Ἰοῦστος τῷ Κωλωνείας ἐπισκόπῳ, ὡς ἂν τὴν διάνοιαν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ καταλάβοι σαφέστερον, καὶ ἀνακαλύπτει πάντα, ὅσα αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνοῦσιν διεπράττετο. Ὁ δὲ ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ (Ἰουστινιανὸς δὲ ἦν, ὁ μετὰ Ἡράκλειον τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος)· καὶ ὃς ἐρεύνῃ καὶ κρίσει δικαίᾳ τὰ κατ' αὐτοὺς ὑποβληθῆναι κελεύσας, τούς τε ἀμεταμελήτως (48) ἔχοντας, καὶ τοὺς μετάνοιαν πάλαι μὲν ἐπαγγειλαμένους, ὁμοίως δὲ καὶ (49) τὴν ἑαυτῶν ἀποστασίαν περιέποντας (50), τὸν διὰ πυρὸς ὑποστῆναι προσάταξε θάνατον. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος ἅμα Συμεῶνι, τῷ καὶ Τίτῳ, οὕτως τοῦ ζῆν πικρῶς ἀπεστερήθησαν.

XIX. Paulus vero quidam, Armenius genere, cui duo filii erant Gegnæsius et Theodorus, supplicio, quod toti Apostatarum cœtui destinatum fuerat, se fuga subducens, in vicum supra memoratum, Episparim nomine, receptum habuit, ubi impietatem disseminare conabatur. Ab hoc autem Paulo pars defectionis non minima, et detestanda Manichæorum putat se denominationem accepisse, potius quam ex Callinices filiis. Hic filium suum Gegnæsium impietatis magistrum constituit, ejus nomine in Timotheum commutato. Qua de causa frater ejus invidia stimulatur : invidia autem seditionem

ΙΘ'. Παῦλος δέ τις, γένος Ἀρμένιος, δύο παίδων πατὴρ, ὧν (51) τῷ μὲν ἦν Γεγναίσιος (52), τῷ δὲ Θεόδωρος ὄνομα, τοῦ θανάτου διαδιδράσκει (53), ὃς κατὰ πάσης τῆς ἀποστάτιδος μοίρας ἐψηφιστο, καὶ παραγίνεται μὲν εἰς τὴν ἄνωθεν ἡμῖν ὀνομασθεῖσαν Ἐπίσπαριν, καὶ σπείρειν ἐσπούδαζε τὴν ἀσέβειαν. Ἐκ τούτου δὴ τοῦ Παύλου μερὶς οὐκ ἐλαχίστη τῆς ἀποστασίας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔλκειν μᾶλλον ἢ ἐκ τῶν τῆς Καλλινίκης (54) παίδων τὸ μυσαρὸν τῶν Μανιχαίων ἔθνος νομίζουσιν (55). Οὗτος τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Γεγναίσιον εἰς τὸ τῆς ἀθεότητος προκαθίζει διδασκαλεῖον, μετονομάσας Τιμόθεον. Ἐξ οὗ δὴ ῥθό-

[4] Coloss. I, 16-18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Οὐ τόν. Ita malo cum Nostro, quam αὐτὸν cum Coisliniano. Hic enim palmarius error erat Manichæorum, quod *non eumdem* conditorem cœli et terræ, quam Patrem Christi, crederent et profiterentur, quod tamen Justus vi dicti Paulini fieri debere videbat.

(47) Παρά. Ita recte Coislin., at Noster περί.

(48) Ἀμεταμελήτως. Ita ex Nostro, pro ἀμεταμελήτους quod habet Coislinianus. Phrasis Græcis perfamiliaris.

(49) Καί. Rectius non agnoscit me.

(50) Περιέποντας. Ita optime Coislinianus, pro quo Noster mendose περιπεσόντας. Frequenter Photius priori voce usus est.

(51) Ὧν. Ita Noster pro ὧν Coisliniano. Prius certe magis quadrat, referendum scilicet ad παίδων, quam posterius, quod pertineret ad πατήρ. Petrus Siculus astruit lectionem nostram, p. 48.

(52) Γεγναίσιος. Petrus Siculus, l. c. Γεγνέσιος ob similem τὸ αι et ε pronuntiandi rationem.

(53) Διαδιδράσκει. Ita Noster pro διδράσκει. Codicis. Coisliniani Petrus Siculus habet ἀποδιδράσκει eodem sensu.

(54) Καλλινίκης. De hujus filiis vide supra ad § 2.

(55) Μανιχαίων ἔθνος.. Recentiores scilicet illi, qui Pauliciani vocantur, quique non a Paulo illo et Joanne, de quibus l. c. sed a Paulo quodam Armenio, istis recentiore, nominis sui originem repetierunt, majorum scilicet exemplo, qui superioris ætatis doctores suos, quod ex § 3 et 4, constant, recentioribus postponere, eorumque inter se memoriam oblitterare consueverunt. Interim notare hic fas est, videri hoc loco Petrum Siculum a Photio abire, quando, p. 48, diserte Paulicianorum nomen a Paulo et Joanne, Callinices filiis, derivat.

νος μὲν ἐμφύσαι τῷ ἀδελφῷ, καὶ ὁ φθόνος τὴν στάσιν ἀπέτικτεν. Καὶ ἑαυτὴν διαιρεθεῖσα (56) κατενέμετο ἡ ἀσέβεια τῶν ἀδελφῶν καὶ τὴν μήτραν καὶ τὴν ἀσέβειαν, τοῦ μὲν λέγοντος τὴν τοῦ πατρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμενην χάριν, ἑαυτόν τε παρα τοῦ λαβόντος (56*) εἰσδέξασθαι, καὶ τοῦ προνομίου τῆς ἀσεβείας τῷ δευτέρῳ μὴ ἐξίστασθαι· τοῦ δὲ Θεοδώρου ταύτην ἀντισπῶντος ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ μὴ πατρόθεν (57) ἐκ τοῦ λαβόντος δευτέρᾳ δόσει μετασχεῖν, ἀλλ' ἐκ τῆς πρώτης δωρεᾶς, καὶ ὅθεν ὁ πατὴρ ταύτην εἴλκυσεν. Ἔμεινεν οὖν ἡ τοιαύτη στάσις καὶ φιλονεικία μέχρι τοῦ ἐδδελυγμένου τέλους τῆς αὐτῶν δυσσεβεστάτης ζωῆς. Ὁ δὲ ἐκ Γερμανικείας τῆς κατὰ Συρίαν Λέων (57*) τηνικαῦτα τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς (58) ἐνεχειρίζετο· ὃς τὰ περὶ τῶν ἀσεβεστάτων τούτων ἀναμαθὼν, μετάπεμπτον μὲν ποιεῖται τὸν Γεγναίσιον. Οὐκ ἔχων δὲ κρίσιν τὰ τοιαῦτα διερευνᾶν, καὶ τοῦτο καλῶς συνειδὼς, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐξετάζει τὸν αἰτιαθέντα· τῷ δὲ κατὰ καιροὺς τῶν ἱερατικῶν θρόνων τὴν προεδρίαν λαχόντι ἐξεταsθησόμενον ὑπὲρ τῆς θρησκείας διαπέμπει. Λόγων οὖν πολλῶν πρὸς τὸν ἀποστάτην προελθόντων, καὶ τὰ μὲν τῶν ἀσεβημάτων, ὡς ἔθος αὐτοῖς διὰ τῆς ἀρνήσεως ἀποδυομένου, τὰ δὲ, ῥήμασιν ὀρθοδόξοις ἐπιχρωννύντος, καὶ τῷ πολυπλόκῳ τῶν μεταβολῶν ἧς ἔνοχος ἦν ἀποστασίας, διεισδύνοντός τε καὶ διολισθαίνοντος, ἡ τῶν ἀκροατῶν ψῆφος ἀφεώρα πρὸς ἀθώωσιν· καὶ ὁ πάσης ἀσεβείας πλήρης ἀνεύθυνος εἶναι τῶν ἐπικλημάτων ἐνομίζετο. Οἱ δὲ λόγοι, ὡς ἂν ἡ μίμησις εἴποι, τοιούτῳ διετυποῦντο σλήματι· « Διὰ τί, φησὶν ὁ πατριάρχης, ὦ οὗτος, τὴν ὀρθόδοξον ἀπηρνήσω πίστιν; » Ὁ δὲ ἀποστάτης τὸν ἀρνησάμενον τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀναθεμα εἶναι ὑπεκρίνατο, ὀρθόδοξον καλῶν τὸ οἰκεῖον ἀσέβημα, Ἐπεὶ δὲ καὶ δευτέρα προῆλθεν ἐρώτησις· « Διὰ τί οὐ προσκυνεῖς καὶ περιπτύσσεις τὸν σταυρόν τοῦ Χριστοῦ; » ὁ ἀποστάτης πάλιν τῇ ὁμοίᾳ ἀρᾷ τὸν μὴ προσκυνοῦντα τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν περιεπέμπετο, σταυρὸν ὁ πάσης ἀρᾶς ἔνοχος, καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιῶν, αὐτὸν ἀποκαλῶν τὸν Χριστόν (59). Τῇ γὰρ τῶν χειρῶν ἐκτάσει αὐτὸς, φησὶ, διέγραψε τὸν σταυρόν. Καὶ τὰ μὲν ῥήματα ἦσαν τοῦ θεάτρου (60) καὶ κοινὰ, τὰ δὲ διὰ τῶν ῥημάτων δηλούμενα, τῆς ἀποστασίας καὶ μυστικά. Ἐπὶ τούτοις ἐρωτᾶτο· « Τί δήποτε τὴν παναγίαν (61) Θεοτόκον τῆς ὀφειλομένης τιμῆς καὶ προσκυνήσεως οὐκ ἀξιοῖς; » Ὁ δὲ τὸ σύνηθες αὐτοῦ καὶ οὗ μήποτε διέστη, ἀνάθεμα κατὰ τῶν μὴ προσκυνούντων τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, ἀπέῤῥιπτε, προστιθεὶς ἀσπάζεσθαι καὶ σιβάζεσθαι αὐτὴν, ἐν ᾗ ἐξῆλεν

peperit: it aut divisa impietas se ipsam dilaceraret, altercantibus illis tam natura quam impietate fratribus, alio quidem dicente, missam a Patre desuper gratiam ab eo, qui acceperat, se suscepisse: seque præfecturam impietatis secundo non cessuram esse; Theodoro autem hanc ad se trahente, ac dicente se non a Patre ex ejus, qui acceperat, manu quasi secundo dono accepisse, sed ex primo dono, et inde hausisse, unde Pater traxerat. Hæc porro seditio contentioque ad usque finem impiissimæ amborum vitæ perseverarit. Leo autem, Germaniciæ in Syria ortus, tunc Romani imperii sceptra moderabatur, qui compertis impiissimorum hominum gestis, Gegnæsium accersivit. Cum autem probe sciret hæc examinandi jus non sibi competere, reum ad patriarcham illius temporis remisit, qui de religione ejus quæstionem haberet. Multis itaque habitis cum apostata colloquiis, cum ille in quibusdam negando, ut mos ipsis erat, elaberetur, in aliis autem defectionis et apostasiæ suæ sententiam orthodoxis verbis multiplicique vocum mutatione obtegeret, atque ita a crimine declinaret, auditorum calculus jam ad eum innocentem declarandum paratus erat: et omnimodæ impietatis homo innoxius, et ab omni crimine purus existimabatur. Ilujusmodi autem erat, exempli gratia, colloquii forma: « Heus tu, dicebat Patriarcha, quare orthodoxam fidem negasti? » Respondebat apostata, eum, qui orthodoxam fidem negaret, anathema esse, orthodoxam vocans impietatem suam. Hinc altera proposita quæstione: « Quare crucem Christi non adoras, et amplecteris? » Ille vero pari maledictioni eum, qui vivificam crucem non adoraret, subjiciebat. At ille omni exsecratione dignus homo, qui omnia susque deque vertebat, crucem vocabat ipsum Christum, qui manuum extensione crucem delineabat. Ac verba quidem erant theatrica et communia, sed ea, quæ verbis significabantur, apostasiæ propria et mystica. Sciscitabatur iterum: « Cur sanctissimam Deiparam debito honore et adoratione non dignaris? » Ille, consueto sibi more, anathema dixit in eos qui sanctam Deiparam non adorent; adjecitque se illam amplecti et colere, in quam ingressus, et ex qua egressus est Dominus noster Jesus Christus, eamque omnium nostrum esse matrem. Hæc subdolus ille oretenus dicens, secundum exsecrandam ejus initiationem atque sententiam, qua supernam Jerusalem Deiparam esse confingebat simulabatque, in quam præ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) Διαιρεθεῖσα, Ita scribo pro διερεθεῖσα, prout et Hamb. codex et grammaticæ rationes postulant.

(56*) Περὶ τοῦ λαβόντος. Id sibi homo voluisse videtur, quod a Patre per Christum gratiæ dona acceperit, alludens forte ad Ephes. IV, 8.

(57) Ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ μὴ πατρόθεν. Ita ex Nostro restitui pro eo quod legebatur: ἐφ' ἑαυτῷ οὐκ. Consentit Colbertinus, nisi quod pro ἐφ' ἑαυτὸν legit ἐφ' ἑαυτῷ. Eamdem phrasin lege intra § 19. Sensus nostræ lectionis clarus est, scilicet, quod Theodorus eam sibi vindicarit prærogativum, quod a Patre ἀμέσως, nullo interprete aut parario, gratiæ dona acceperit.

(57*) Λέων. Est is Leo Isaurus, qui et diserte a Petro Siculo, p. 48, nominatur.

(58) Ἀρχῆς. Restitui ex Nostro.

(59) Τὸν Χριστόν. Vide supra § 8, ex quo et sequentia illustrari debent.

(60) Τοῦ θεάτρου. Id sibi procul dubio vult, iisdem verbis usuros fuisse alios omnes, qui forte ad hæc audienda admissi erant.

(61) Παναγίαν. Ita Noster: Coislinianus vero ἁγιαν.

cursorem pro nobis ingressum fuisse Christum, Apostoli verba prædicant. Quarta ipsi quæstio proponebatur : « Cur immaculatum ettremendum Christi, Dei nostri, corpus et sanguinem contumeliis afficeret et respueret, neque ipsi participare vellet? » Ille scelestissimus iterum eum, qui corpus et sanguinem Christi, Dei nostri, contumeliis afficeret, et extra participationem ejus maneret, anathemate feriebat, corpus et sanguinem intelligens homo detestandus, non quæ Dominus noster corpus et sanguinem vocanda esse docuit, sed Dominica eloquia. De catholica Ecclesia interrogatus, dum similia responderet, per catholicam Ecclesiam confessus Manichæorum intelligebat, ipsosque hoc honore afficiebat. Hæc secuta sexta de baptismo interrogatio : « Num videlicet ipsum putaret esse purgationem animæ et animæ sordium ac lavacrum remissionis peccatorum. » Ille vero pari artificio alacriterque responsionem dedit, qua baptismum venerabatur et admittebat : at per baptismi vocem ille, omnia miscens et confundens, Dominum nostrum Jesum Christum subindicabat ; scriptum esse enim, ipsum esse aquam viventem. Sic dolosum illud et malis artibus plenum monstrum ; ille, inquam, qui nihil omnino, quod catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ esset, sentiebat, imo potius omnia ipsi contraria fovebat, sectabatur, venerabatur, quoniam ecclesiasticis verbis iis, qui tunc præsentes erant, adversari non videbatur ; quarum involucris vocum ille mortiferum defectionis suæ virus occultabat scelestus ille, ut initio diximus, quasi nullius impietatis reus, sed Ecclesiasticæ doctrinæ sequax evasit. Quamobrem post examen absolvitur, qui duplici dignus erat supplicio, ob paternam scilicet impietatem, et ob fallaciam, qua justum judicium pervertit, ac sibi, impiissimus cum esset, veræ nostræ religionis gloriam conciliavit. Cæterum cum talibus artificiis in judicio absolutus fuisset, ab imperatore decretum petit et impetrat, qua sibi facultas datur domi secure versandi, negotia absque obice gerendi sua, nec calumniatorum linguas ultra metuendi. Ab imperatoria itaque urbe profectus, cum Episparim se contulisset, defectionis discipulos convocat : atque inde Mananalin, ex qua memoratus supra Constantinus prodierat, profugus cum sociis advenit. Ibique annis commoratus multis cum plurimas miser animas corrupisset, pestilentiæ morbo, qui tunc temporis grassabatur, diem clausit extremum, postquam annis circiter triginta impietatis præfectus fuerat. Hic scelestissimus homo ex occulta commistione filium suscepit, Zachariam nomine :

A καὶ εἰσῆλθεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστος, τὴν μητέρα πάντων ἡμῶν. Ταῦτα δὲ ὁ ὀλ·ος τῇ γλώττῃ λέγων, κατὰ τὴν μυσαρὰν αὐτοῦ τελετὴν καὶ διάνοιαν, τὴν ἄνω. Ἱερουσαλὴμ ἐσκηνοποίει καὶ ἀνέπλαττεν Θεοτόκον· ἐν ᾗ καὶ πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν εἰσελθεῖν τὸν Χριστὸν, τὰ τοῦ Ἀποστόλου κηρύσσει διδάγματα Τέταρτον εἰς ἐρώτησιν αὐτοῦ (62) προῦκειτο, τί δή–ποτε ἄχραντον καὶ φρικτὸν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὑβρίζει τε καὶ διαπτύει, καὶ μετασχεῖν αὐτῶν οὐκ ἀνέχεται. Ὁ δὲ τρισαλιτήριος πάλιν τόν τε ἀτιμίαις ὑπάγοντα τὸ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ τὸν τῆς μετοχῆς αὐτῶν ἔξω διαμέ–νοντα τῷ ἀναθέματι παρετίθετο · σῶμα πάλιν καὶ
B αἷμα ὁ κατάρατος ἐννοῶν, οὐχ ἅπερ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ κοινὸς Δεσπότης, σῶμα καὶ αἷμα καλεῖν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὰ Κυριακὰ λόγια. Τὰ ἴσα δὲ καὶ ὅμοια περὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀπαιτηθεὶς καὶ ἀπο–φηνάμενος, τὰ συνέδρια τῶν Μανιχαίων καθολικὴν Ἐκκλησίαν ἐνενόει τε καὶ ἀπεσέμνυνεν. Ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἕκτη ἐρώτησις περὶ τρῦ βαπτίσμα–τος αὐτὸν ἀνεπυνθάνετο. εἰ μὴ καθάρσιον ἡγεῖται τοῦτο τῶν ψυχῶν καὶ ψυχικῶν μολυσμάτων (63) καὶ λουτρὸν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως· Ὁ δὲ πάλιν διὰ τῆς ὁμοίας μηχανῆς καὶ προθύμως ἀπεδίδου τιμῶ–σαν τὸ βάπτισμα καὶ ἀποδεχομένην ἀπόκρισιν τῇ τοῦ βαπτίσματος φωνῇ, ὁ πάντα φύρων καὶ συγ–χέων, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὑποβάλ–λων· γεγράφθαι γὰρ (64) αὐτὸν εἶναι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν.
C Οὕτως δὴ, οὕτως τὸ ὅλιον ἐκεῖνο καὶ κακομήχα–νον τέρας, μηδὲν μὲν τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολι–κῆς Ἐκκλησίας τὸ παράπαν φρονοῦν, μᾶλλον δὲ τἀν–αντία πάντα περιθάλπον τε καὶ περιέπον καὶ τιμῶν, ἐπεὶ πρὸς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἐνομίσθη τοῖς παροῦ–σιν οὐκ ἀπομάχεσθαι λέξεις, ὑφ' αἷς ἐκεῖνος τὸν θά–νατηφόρον τῆς ἀποστασίας ἔκρυπτεν ἰὸν, ἔδοξεν, ὥσπερ ἔφημεν ἀπ' ἀρχῆς, ὁ τρισαλιτήριος ἐκεῖνος οὐκ ἔνοχος ἀσεβείας εἶναι, ἀλλὰ τοῦ φρονήματος ὑπάρχειν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ· ἀπολύεται δὲ διὰ τοῦτο τῆς ἐτάσεως ἠθωωμένος, ὁ διπλῆν ἄξιος ὑπο·
D σχεῖν τιμωρίαν τῆς τε πατρῴας ἀσεβείας καὶ τῆς ἀπάτης, δι' ἧς τῶν τε κρινόντων τὴν ὀρθὴν κρίσιν διέστρεψε, καὶ δόξαν ἑαυτῷ δυσσεβέστατος, ὢν, τῆς ἡμῶν εὐσεβείας, περιέφερεν. Πλὴν ἀλλ' ἐπεί γε τοιαύταις μηχαναῖς τοῦ κριτηρίου ἀπολυθεὶς αἰτεῖ τε (65) καὶ λαμβάνει παρὰ τοῦ βασιλέω : τύπον ἔγ–γραφον, πᾶσαν αὐτῷ διδόντα τὴν ἄδειαν οἵκοι τε διατρίβειν, καὶ τὰ αὐτοῦ ἀνεπηρεάστως πράττειν, καὶ μηδὲν ἔτι τῶν συκοφαντῶν δεδιέναι τὰς γλώσ–σας. Ἀπάρας οὖν τῆς βασιλίδος καὶ καταλαβὼν τὴν Ἐπίσπαριν, συναθροίζει μὲν τοὺς τῆς ἀποστασίας μαθητάς· ἐκεῖθεν δὲ πρὸς τὴν Μανάναλιν, ἐξ ἧς ὁ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(62) Αὐτοῦ. Ita ex Nostro pro Coislinianο αὐτῷ, quod tamen itidem locum suum tueri potest.

(63) Τῶν ψυχῶν καὶ ψυχικῶν μολυσμάτων. Ita Noster, ubi Coislinianus voces τῶν ψυχῶν καί non agnoscit : At veteres baptismum solent omnino animarum purgationem vocare. Eadem fere phrasi cum Nostro uti mihi videtur Theodoretus in *Commentario in Isaiæ* cap. XXXII, ubi aquam baptismi vocat ὕδωρ λυτήριον τῶν ἁμάρτημάτων, καὶ καθαρτήριον τῶν ψυχῶν.

(64) Γεγράφθαι γάρ. Hoc reposui pro γέγραπται γάρ. Neque enim hæc Photius narrat, sed ex interrogati sententia et mente refert.

(65) Αἰτεῖτε. Noster legit αἰτεῖται, mendose.

προειρημένος ὡρμᾶτο Κωνσταντῖνος, φυγὰς σὺν τοῖς ἑπομένοις παραγίνεται. Χρόνους δὲ ἱκανοὺς ἐν αὐτῇ κατατρίψας, καὶ πολλὰς ψυχὰς ἀνθρώπων ὁ δείλαιος διαφθείρας, λοιμικῷ (66) θανάτῳ (ἐπενέμετο ἀνθρώπινον) καὶ αὐτὸς ἀλοὺς τὸν βίον κατέστρεψεν (68), ἐπὶ ἔτη που τριάκοντα προστάτης τῆς ἀσεβείας γενόμενος. Οὗτος οὖν ὁ τρισαλιτήριος υἱὸν ἐκ σκοτίας μίξεως τὸν Ζαχαρίαν (69) τίκτει, ὃν, ὡς ἔφημεν, ἔνιοι τῶν τὰ Μανιχαίων τιμώντων, μισθωτὸν ἡγοῦνται, καὶ τοῦ ποιμένος ἀνάξιον, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ χοροῦ ὑπερόριον.

A quem, ut jam diximus, quidam ex Manichæis mercenarium et pastoris titulo indignum habent, atque a magistrorum choro eliminandum.

Κ'. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ Γεγναισίου ἀποφθαρέντος τὸ τῶν μαθητῶν εἰς δύο σχίζεται (70), οἱ δὲ τὸν Ἰωσὴφ, ὃν καὶ νόθον τινὲς ἐπεφήμιζον· καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν τοῦ μὲν ὅλην οἰκεῖν ἐν ἑαυτῷ διαπληκτιζομένου, θατέρου δὲ ἀντισπῶντος (71) ταύτην εἰς ἑαυτὸν, καὶ κενὸν λείπειν τὸν ἀντιστασιώτην διατεινομένου. Ποῖον δ' ἂν εἴη πνεῦμα, ὃ τούτοις ἂν ἐπιφοιτήσοιεν, εἰ μὴ τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον, καὶ τοιούτων δοχείων ἐπάξιον (72) ; Πλὴν τῆς ἔριδος δι' ἅπερ εἴρηται κατισχυούσης, καὶ χερσὶν ἤδη καὶ πληγαῖς κρινομένης· ὑπεραλγήσας ὁ Ζαχαρίας, οἷα δὴ τῆς πατρῴας ἐλαυνόμενος κληρουχίας, παίει τὸν Ἰωσὴφ, ὡς ἐγγὺς θανάτου τὴν πληγὴν ἐλάσαι. Θατέρου δὲ τῶν στρατηγῶν τῆς ἀποστασίας ἐπὶ γόνυ κλιθέντος, ἔμενεν μὲν ἑκατέρα μερὶς σφοδρώτερον κατὰ τῆς ἑτέρας ἐπανισταμένη. Ἐκαιροφυλάκει δὲ τὴν συμπλοκὴν, τὸ τέλος ἀμφίβολον ἐννοουμένη τῆς μάχης· ἐκρίθη δὲ (73) μᾶλλον, μετ' ὀλίγον χρόνον, θατέραν ἀπὸ θατέρας διαστῆναι, καὶ μὴ τῷ ἀδήλῳ τῆς μάχης καταπιστεύσαντας ἑαυτοὺς πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. Ἑκατέρου δὲ τμήματος μετὰ τὴν περιφανεστάτην διάστασιν οὐχ ὑπ' ἀλλήλων μόνον (74), ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν πέριξ ἐξονειδιζομένου τε καὶ διασυρομένου καὶ εἰς ᾠδὰς καὶ γέλωτα πᾶσι προκειμένου, μελέτη γίνεται παρ' ἑκατέρᾳ μοίρᾳ, πάσης ἐκείνης τῆς περιχώρου ὁρασμῷ λαθραίῳ ἐξοικισθῆναι. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν Σαρακηνῶν τὰ Ῥωμαίων ὅρια κατατρεχόντων, καὶ πολέμου νόμῳ τὴν ἔξοδον ποιουμένων, τὴν ἔφοδον πόρρωθεν ὁ Ζαχαρίας ἰδὼν φεύγει μὲν αὐτὸς ἀνὰ κράτος· λιπὼν (75) δὲ τοῖς πολεμίοις καὶ τοῖς ξίφεσι τοὺς μαθητὰς, μόνος τὸν κοινὸν ἀποδιδράσκει φόνον. Τὸ γὰρ σὺν αὐτῷ πλῆθος ἅπαν τοῦ ζῆν τοῖς ξίφεσιν ἀπηλάσθησαν (76)· ἥτις αὐτῷ πρᾶξις καὶ τὸ μισθωτὸν ἀντὶ

XX. Cæterum, defuncto Gegnæsio, discipulorum turba in duas partes dividitur ; alii quidem Zachariæ societati se adjungunt ; alii Josephum sequuntur, quem nonnulli spurium esse dicebant. Multaque inter hos orta contentione, cum alius Spiritus sancti vim et operationem in se totam habitare affirmaret, alius vero eamdem ipsam in se pertraheret, illaque B vacuum esse adversarium suum probare conaretur. Quinam autem Spiritus ille fuerit, qui in tales homines adveniat, nisi fortasse malignus et impurus hujusmodique receptaculis dignus ? Cæterum accrescente ea de causa contentione, cum jam manibus et plagis decerneretur, admodum indignatus Zacharias, quod paterna hæreditate pelleretur, Josephum ita feriit, ut in mortis periculum adduxerit. Altero autem ex ducibus pene prostrato, utraque factio ultro citroque urgebat, tempusque certaminis observabat secum reputans, ancipiti marte congrediendum esse. Modico elapso tempore e re fore visum est, ut altera ab altera factione separaretur, ne incerto pugnæ exitu mutua se internecione delerent. Cum autem post C dissensionem ita conspicuam, non modo sese mutuo opprobriis impeterent, sed etiam vicinorum conviciis, cantibus, derisioni paterent, inter se utrinque consultant, ut occulta fuga sedes mutarent. Interea vero cum Saraceni Romanorum fines incursarent, ac belli more expeditionem agerent, eorum inversionem antevertens Zacharias fugam fecit, discipulosque relinquens inimicis et gladiis expositos, solus se subducit, ita ut cæsa tota suorum multitudine ipse incolumis evaserit ; hinc porro factum est, ut pro pastore mercenarius a multis audierit. Joseph vero, qui pedum velocitati non tantum fide-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(66) Λοιμικῷ. Ita scribo cum Nostro pro λυμικῷ seu *fero* ut interpretatio habet, quod ex pronuntiatione cum altero illo facile permutari potest. Ex pestilentia scilicet obiit homo, quæ eo tempore vehementer grassata in homines a nostro dicitur. D

(67) Ἐπενέμετο. Sic restituo ex nostro et Colbertino pro ἐπεμαίνετο Coisliniani, quod ex vitiosa pronuntiatione ortum est, in primis si scriptum a Photio credas ἐπενείματο, quod est apud Thucydidem. Ἐπινέμεσθαι enim de morbis depopulantibus, ac speciatim de pestilentia Atheniensi : Ἐπενείματο δὲ Ἀθήνας μὲν μάλιστα. Accedit, quod Petrus Siculus, p. 50, scribit, eum ὑπὸ τοῦ βουβῶνος obiisse.

(68) Τὸν βίον κατέστρεψε. Vides hic, quod obiter moneo, exprimi vocem βίος, quæ in ejusmodi phrasibus alias ut plurimum omittitur. Lege cl. Lambertii Bos *Mysterium ellipseos Gr. Linguæ*. p. 18. Eadem phrasi hic utitur Petrus Siculus.

(69) Ζαχαρίαν. Abit hinc nonnihil Petrus Siculus p. 50, et hiulca nec cohærens videtur Photii, si cum sequentibus compares, narratio, quæ in Petro Siculo rectius sibi constat.

(70) Ἑταιρίζονται. Lege de hac voce Gottfridum Olearium, in Præfat. ad *Vitam Apollonii*, p. 37.

(71) Ἀντισπῶντος. Vide supra § 18, not. 50.

(72) Ἐπάξιον. Non habet ms. noster, quo tamen ad sensum perficiendum opus est.

(73) Δέ. Hoc malim cum nostro pro δὴ Coisliniano.

(74) Μόνον. Ita lego cum Nostro pro μόνων Coisliniano.

(75) Λιπών. Sic Noster rectius pro λείπων. Desertis enim discipulis in fugam se dedit.

(76) Ἀπηλάσθησαν. Noster ἀπηλάσθη, utrumque recte. Colbertinus habet ἀπηλάθησαν, quod Grammaticæ rationes itidem ferunt. Cæterum ut Græci ἀπελαύνεσθαι ἀρχῶν, ἀπελαύνεσθαι γάμου dicunt, ita Noster commode scribere potuit ἀπελαύνεσθαι τοῦ ζῆν.

bat, quantum Zacharias, sed versutia et artibus plus valebat, cum in ipsa hostium invasione illius circa fidem dissensionis causa aufugeret; technis fidens, ut supra diximus, ac procul inimicorum agmen adveniens conspicatus, gradum e fuga revocat, revertique jubet jumenta et currus, ac se suosque fingens esse transfugas et deditos, in occursum hostium venit, quasi scilicet sponte cum sociis suis accederet, cumque dolis suis fidem adderet, atque juratus illorum se rebus prospicere confirmaret, cum sequacibus suis incolumis sine ullo rei familiaris damno dimissus est. Postea captato fugæ tempore ubi occasionem sibi offerri vidit, cum sequacibus sæpius memoratum vicum, Episparim nempe, se recipit, ubi splendide ab incolis exceptus est. Locus quidem ille hominum defectioni deditorum quasi officina erat, ita ut in ejus ingressu lampades accenderentur, aliaque honoris signa adjicerentur, qualia Christi discipulis debentur. Sic amice susceptus aliquo tempore ibidem versatus est, alios decipiens et deceptus ipse, asseclasque suos in perniciei barathrum deprimens. Quidam porro Cricoraches nomine, qui inter regionis magistratus numerabatur, doctrina pius, honestis moribus, religionis studio admirabilis, qui illos Dei osores detestabatur, ubi comperit seductorem in illo vico degere, et defectionem magis magisque propagari, collecta militum manu, in locum, ubi apostasiæ mysteria celebrantur, se contulit, obsessaque domo, impietatis principem, ut solet fieri, in repentinis hujusmodi expeditionibus, dum alii ad alia vertuntur, capere non potuit; fuga quippe se subduxerunt: discipulos autem ejus comprehendit, et grassantem tanti mali pestem coercuit et dissipavit. Ferox autem ille apostasiæ doctor Josephus, qui etiam Epaphroditus vocabatur, vi expulsus ex eo loco, ut dictum est, et fuga dilapsus in Phrygiam, brevi postea tempore Antiochiam Pisidiæ contendit; ubi advena cum esset, totusque ab

ΚΔ'. Μιχαὴλ μέντοιγε (58) τοῦ βασιλέως, τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα διέποντος, ὃς ἐκ τῆς βασιλείου στολῆς εἰς τὸ τῶν μοναχῶν ἠμείφθη σχῆμα, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος Λέοντος οὐκ ἐν τῷ ῥᾳθύμῳ τὴν ἀναζήτησιν καὶ ἔρευναν τῆς ἀποστασίας τιθεμένων, ἀλλὰ καὶ σπουδὴν τὴν πρέπουσαν ἀναδεξαμένων, στέλλονταί τινες τῶν οὐκ ἀσήμων ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, τοὺς, εἴ τινες ἂν φωραθεῖεν τῆς τοιαύτης κάτοχοι θεομαχίας, ἐπείπερ πολλάκις αὐτοὺς αἱ τῶν ἀρχιερέων καὶ ἱερέων νουθεσίαι καὶ παραινέσεις οὐδὲν οὔτε ὤνησαν, οὔτε μεταβάλλειν (59) ἔπεισαν τὴν ἀσέβειαν, τούτους οὕτως ἀμεταθέτως ἔχοντας ὡς κοινὴν λύμην καὶ φθορὰν τοῦ γένους πρὸς τὸν διὰ ξίφους θάνατον ὑπάγειν. Ἦκεν οὖν τὰ προστάγματα καὶ εἰς τὴν καλουμένην χώραν τῶν Ἀρμενιακῶν. Θωμᾶς δὲ ἦν τηνικαῦτα Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος καί τις ἕτερος Παρακοιμώμενος ἐπώνυμος ἐξάρχων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ὅσοι τῆς κατὰ τὸν βίον σεμνότητος εἶχοντο, καὶ τῆς ὑψηλοτέρας πολιτείας ἐποιοῦντο ἐπάγγελμα συντηρεῖν τὰ δέσμια. Τούτων τοίνυν τῶν ἀνδρῶν ἑκάτεροι ἅμα συνεδριάζειν μετὰ καὶ ἑτέρων τινῶν λογίων βασιλικὸν δεξάμενοι θέσπισμα, οὓς ἂν τῶν ἀποστατῶν ἡ πολιτικὴ χεὶρ εὕρισκέν τε καὶ συνελάμβανεν, καὶ πρὸς αὐτοὺς διεπέμπετο, ἐξήταζόν τε καὶ ἐλογοθέτουν λεπτομερέστερον, καὶ τοὺς ὑπαιτίους τῶν ἀναιτίων φυλοκρινοῦντες τοὺς μὲν ἀπέλυον, ἔστι δ' οὓς καὶ ἐπιτιμίοις ἐκκλησιαστικοῖς καθυπέβαλλον, τοὺς δὲ παντελῶς ἀνιάτους οἱ πολιτικοὶ νόμοι, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀρχόντων παρελάμβανεν τὸ δικαιωτήριον (60). Οὕτω δὴ τῆς ἐρεύνης τε καὶ κρίσεως καὶ τοῦ λογοθεσίου (61), καὶ τῆς πράξεως προϊούσης μερίζονται τῶν εἰρημένων κριτῶν τὴν σφαγὴν οἵ τε λεγόμενοι Κυνοχωρῖται (62), καὶ οὓς ἐπωνόμαζον Ἀστάτους· Ἦσαν δὲ οὗτοι τῶν τοῦ Σεργίου μαθητῶν οἱ λογάδες. Οἱ μὲν οὖν Ἄστατοι μηδενὸς ἑτέρου δεηθέντες αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς δόλῳ καὶ προδοσίᾳ κατασφάζουσιν τὸν εἰρημένον ἔξαρχον. Τοῖς δὲ Κυνοχωρίταις ἐπείπερ ἐνέδει στρατηγὸς τοῦ μιάσματος, εἷς τῶν εἰρημένων Ἀστάτων ἐφίσταται, καὶ κατασφάζουσι καὶ αὐτοὶ τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ Θωμᾶν. Ἀναίδην δὲ τούτων οὕτω παρανομηθέντων, ὡς ἔφην, ἑκατέρας μιαιφονίας ἀρχιτέκτονες, φεύγουσι μὲν σὺν τοῖς ἑπομένοις σπουδῇ (63) ἀπὸ πάσης γῆς, ἣν ὁ Χριστιανῶν ἐκόσμει θεσμὸς, παραγίνονται δὲ ἐν Μελιτινῇ πόλει τῆς δευτέρας Ἀρμενίας, πολιτείαν οὖσαν τότε τῶν μισοχρίστων Σαρακηνῶν, ἧς καὶ Ἀμηρᾶς (64) ἦρχεν, ὃν ἐπεκάλουν Μονοχεράρην (65)· καὶ οὗτος ὁ μισόχριστος τοὺς μισοχρίστους

XXIV. Michael vero, qui imperatoriam vestem in monachalem commutavit, et ejus successor Leo, de hujusmodi apostasia perquisitionem fieri non indiligenter curarunt, sed qua par erat sollicitudine per omnes imperii Romani fines viros dignitate præstantes miserunt, ut quandoquidem ab episcopis et sacerdotibus frequenter moniti impii illi nec obtemperaverant, nec resipuerant, si quos deprehenderent tali impietati obnoxios, qui ad meliorem se frugem recipere nollent, quasi communem pestem et generis humani perniciem gladio plecterent. Hæc itaque jussa venerunt in regionem Armeniacorum dictam. Thomas vero tunc Neocæsareæ episcopus erat, aderat et alius quidam nomine Paracondaces, qui tunc temporis eminebat inter eos, qui honestate morum præditi, sublimiorem vitæ rationem profitebantur. Ambo igitur imperatorio decreto cum aliis quibusdam eruditis viris consultare jussi, apostatas a politica manu ad hoc deputata deprehensos et oblatos examinabant, et minutatim interrogabant, sontesque ab insontibus sequestrantes, alios quidem absolvebant, nonnullos ecclesiasticis pœnis subjiciebant; penitus insanabiles politicis legibus et magistratuum tribunali tradebant. Dum examen, judicium, interrogatio et acta sic procederent, Cynochoritæ, ut vocabant, et ii qui dicebantur Astati; erant autem selecta pars discipulorum Sergii; prædictorum judicum cædem patrandam inter se dividunt. Astati igitur, nulla petita ope, memoratum præfectum dolo et proditione confodiunt, Cynochoritæ vero cum duce ad exsecrandum facinus egerent, assumpto ex Astatis uno, episcopum Thomam a Deo constitutum obtruncant. His audacter gestis, Astati, qui, ut supra dixi, utriusque parricidii auctores erant, cum sequacium turma festinantes fugiunt ab universis regionibus, quæ Christiana lege utebantur, et Melitinam secundæ Armeniæ urbem, se conferunt, quam tunc Christi osores Saraceni incolebant, quibus Ameras, nomine Monocherares imperabat, qui, Christi inimicus, Christi inimicis profugis benigne exceptis, et omni metu liberatis, Argaum sic dictum oppidulum dat incolendum. Confluente autem eodem impiorum multitudine, ita ut jam prædatoriis incursibus pares essent, vicini Christiani multi ab iis frequenter in captivitatem abducti sunt: et malo in dies invalescente non modo veteres impietatis cultores libere potuerunt in ea perseverare, sed etiam quosdam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(58) Μιχαήλ, Curopalates scilicet, cognomine Rhancabe, de quo ejusque successore Leone legatur Cedrenus, p. 396 seq.

(59) Μεταβάλλειν. Noster μεταβαλεῖν.

(60) Δικαιωτήριον. Optime: noster δικαιότερον, non sine mendo.

(61) Λογοθεσίου. Medii ævi vox, sicut et proxime antecedens λογοθετέω vide Dufresn. in *Glossario Græc.* p. 821.

(62) Κυνοχωρῖται. De his vide Cedrenum, p. 433.

(63) Σπουδῇ. Ita noster diserte, et procul dubio recte: sensus enim optime respondet. Cl. Montfauconius ex Coisliniano habet σπουδῆς addito asterisco, quasi aliquid (ni conjectura me fallit) deesset. Sed omnia sibi constant, et gignendi casus natus est ex sequentibus vocibus πάσης γῆς.

(64) Ἀμηρᾶς. Non ignotum historicis hujus ævi nomen: vide Cedrenum, p. 350. Idem vero de re nostra exponit, p. 44.

(65) Μονοχεράρην. Ita Colbertinus et noster, cum quibus Petrus Siculus, p. 70. Coislinianus itaque Μονοχεράνης scribens, in mendo cubat.

ex captivis ad eam amplectendam cogere. Contigit autem, ut Sergius, cujus frequens mentio facta est, postquam aliquo tempore cum transfugis versatus fuerat, iisdem in impietate confirmandis intentis debitas cœlitus pœnas lueret. Ligna cædendi tempus erat, nec lignariæ artis imperitus erat Sergius, solebatque illam exercere, truncosque in asseres secare. Cum autem in montem Argai proximo huic operi vacaret, Tzanio quidam Nicopolitanus, religione pius, animo manibusque strenuus, ut vidit illum Dei hostem præstigiis suis fidentem, et veneficiis vitam concredentem, ita ut solus ligna cædere auderet, magna et ingenti contra seductorem emissa voce, quæ terrore stuporeque hominem replevit, inermis cum esset, securem e manibus ejus abstulit, scelestumque ita percussit, ut mors ejus sequeretur. Sic fallaciæ ille vere spiritus, pernicies humanarum animarum, acerba illa et profunda apostasiæ radix, extremum et pessimum malorum omnium, quæ ante fuerunt, manus et artis suæ instrumento obtruncatus impiorum, superborumque sermonum, vanarum promissionum et exspectationum, ipsiusque vitæ finem accepit, et in ignem inexstinguibilem æternumque cum impia sua sententia amandatus est.

A φυγάδας τά τε ἄλλα φιλοφρονησάμενος δεξιῶς καὶ παντὸς ἐλευθερώσας ἀνθρωπίνου δέους, τὸ Ἀργαοῦν (66), πολίχνιον οὕτω καλούμενον ἐπιχωρίῳ γλώττῃ, οἰκεῖν ἐπιτρέπει· ἀθροίσματος δὲ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ τῶν τὴν ἀποστασίαν φρονοῦντων συνερρυηκότος, ὡς καὶ εἰς λῃστρικὴν ἐξαρκεῖν ἐπιδρομήν τε καὶ χεῖρα, πολλὴ καὶ πολλάκις τῶν πλησιοχώρων Χριστιανῶν αἰχμαλωσία τοῖς ἀθέοις ἐπετηδεύετο. Κἀκεῖθεν κραταιούμενον τὸ κακὸν οὐ μόνον τοὺς ἀπ' ἀρχῆς θεραπευτὰς ἀδεῶς ἐδίδου τὴν ἀσέβειαν θρησκεύειν, ἀλλὰ καὶ τινας τῶν αἰχμαλωτιζομένων πολλὴν παρεῖχεν τὴν ἐξουσίαν συναναγκάζειν, εἰς τὴν αὐτὴν αὐτοῖς καταπίπτειν ἀθεότητα. Γίνεται δὴ καὶ Σέργιος, οὗ πολλάκις ἔσχε μνήμην ὁ λόγος, ἐκεῖσε, καὶ χρόνον τινὰ τοῖς φυγάσι διατρίψας, καὶ B βαθύνας αὐτοῖς ἐπὶ πλέον τῆς ἀσεβείας τὰ δόγματα, τὴν ἄνωθεν ὅμως δίκην οὐ διδράσκει (67). Ξυλουργίας ἦν ὁ καιρὸς, καὶ τεκτονικῆς ὁ Σέργιος οὐκ ἀμελέτητος ἦν, καὶ δὴ καὶ συνήθης ἦν κεχρῆσθαι τῇ τέχνῃ, καὶ εἰς σανίδας ἀποξέειν τῶν πρέμνων τὰ ἐπιτήδεια. Οὗτος κατὰ τὸ σύνηθες εἰς τὸ παρακείμενον ὄρος τοῦ Ἀργαοῦ παραγεγονὼς ἔπραττε τὰ αὐτοῦ, καὶ εἰς σανίδας τὰ ξύλα ἀπέξεεν· πρὸς ταύτῃ δὲ ὄντα τῇ ἐργασίᾳ Τζανίων (68) ὄνομα, γένος ἐκ Νικοπόλεως, εὐσεβῆς τὴν θρησκείαν, ὡς εἶδεν οὕτω τὸν θεομάχον ταῖς μαγγανείαις (69) πεπιστευκότα, καὶ καταμόνας ξυλουργεῖν ἐπηρμένον, μέγα τι καὶ διάτορον κατὰ τοῦ ἀπατεῶνος ἐμβοήσας καὶ τῇ φωνῇ φόβου τε καὶ ἐκπλήξεως πληρώσας, ἀφαιρεῖται μὲν αὐτός, (70) ἄνοπλος ὤν, τὴν ἀξίνην τῶν χειρῶν, παίει δὲ τὸν πλάνον καιρίαν, καὶ αὐταῖς ταῖς πληγαῖς ὁ πικρὸς ἐπηκολούθησε τοῦ ἀλιτηρίου θάνατος. Οὕτω μὲν δὴ, οὕτω τὸ τῆς ἀπάτης ὡς ἀληθῶς πνεῦμα, ὁ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ὀλετὴρ, ἡ πικρὰ καὶ βαθεῖα τῆς ἀποστασίας ῥίζα τὸ ἔσχατον καὶ χεῖρον τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντων κακῶν τῆς οἰκείας αὐτοῦ χειρὸς καὶ τέχνης τῷ ὅπλῳ κατακοπεὶς, τῶν τε θεομάχων καὶ ὑπερηφάνων λόγων, καὶ βδελυκτῶν καὶ ἀνοσίων ἔργων καὶ τῶν ἀμηχάνων ὁποσχέσεων καὶ ἐλπίδων, καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς ἐξεκόπη, καὶ εἰς τὸ ἄσβεστον πῦρ καὶ (71) αἰώνιον αὐτῷ τῷ θεομάχῳ φρονήματι παρεπέμφθη.

XXV. Tertius et quadragesimus et trecentesimus post sexies millesimum a creatione mundi annus complebatur, cum impius ille morte scelera luit. Discipulos autem reliquit apostasiæ improbitatisque suæ, qui in mysticis maleficiis suis atque præstigiis primas tenebant, tres numero, Michaelem, Kanacarem et Joannem, quibuscum annumerabatur memoratus supra Theodotus; post illos autem Basilius et Zosimus, et alii complures. Sedhi illius scelestissimi hominis ter maledicti discipuli, quos decepta plebs comperegrinos appellat, populum in Argai locum congregatum, tametsi acerbam et divi-

C ΚΕ'. Τρίτον καὶ τεσσαρακοστὸν καὶ τριακοσιοστὸν πρὸς τοῖς ς' ἀπ' ἀρχῆς τῆς κοσμογενείας ἠνύετο ἔτος (72), ὅτε τὸν βίαιον (73) ὁ θεομάχος οὗτος ἀπέτισε θάνατον. Λείπει δὲ μαθητὰς τῆς αὐτοῦ μυσαρότητος καὶ ἀποστασίας, οἳ τὸ πρωτεῖον ἐν ταῖς μυστικαῖς μαγγανείαις τε καὶ γοητείαις ἔφερον, τρεῖς, ὧν ὁ μὲν Μιχαὴλ, ὁ δὲ Κανακάρης (74), ὁ δὲ τρίτος Ἰωάννης ὠνομάζετο, οἷς καὶ ὁ μνημονευθεὶς ἄνωθεν Θεόδοτος συνητάζετο. Οἱ δὲ μετ' ἐκείνους Βασίλειός τε καὶ Ζώσιμος, καὶ ἕτεροι πλείους ἦσαν· ἀλλ' οὗτοί γε οἱ τοῦ τρισαλιτηρίου ἐκείνου τρισκατάρατοι μαθηταὶ, οὓς καὶ συνεκδήμους τὸ ἠπατημένον

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(66) Ἀργαοῦν. Ita Coislinianus, et Petrus Siculus, p. 70, et Cedrenus, p. 444. Deserendi itaque sunt noster et Colbertinus, quorum uterque legit Ἀργοῦν.

(67) Διδράσκει. Noster διαδιδράσκει, quod præferendum puto. Photius enim amat compositis uti pro simplicibus.

(68) Τζανίων. Confer Petrum Siculum, p. 70.

(69) Μαγγανείαις. Magicas artes jam alias Noster Manichæis exprobravit. Eadem dica pluribus aliis hæreticis scripta est a veteribus: vide Spenceri Notas ad Origenem, *Contra Celsum*, p. 6 seqq.

(70) Ἄνοπλος. Noster ἄοπλος· utraque forma D apud Græcos adhibetur.

(71) Καὶ Addidi ex nostro, quod orationis series postulat.

(72) Ἔτος. Addidi ex nostro, ad sensum complendum.

(73) Τὸν βίαιον-θάνατον. Noster legit τὸν βίον θανάτου. Sed insueta hæc phrasis est: itaque malim acquiescere in lectione Coisliniani codicis.

(74) Ὁ δὲ Κανακάρης. Ita scripsi ex nostro, pro quo Coislinianus: τὸν δὲ κανακάρην. Illud magis respondet τῷ, ὠνομάζετο· cum altera illa lectio sine ellipsi locum habere non possit.

πλῆθος ἐπονομάζουσιν, τὸν ἀθροισθέντα λαὸν ἐν τῷ 'Αργαοῦ, καίτοι τὸν πικρὸν καὶ θεήλατον τοῦ διδασκάλου θάνατον ὄψει λαβόντες, καὶ οὐδὲν, ὧν ἐθεομάχει καὶ ἐτερατεύετο, προελθόν, ὅμως τοῖς ὁμοίοις κακοῖς διεφθείροντό τε καὶ κατελυμαίνοντο, οὐκ ἔτι μὲν εἰς ἕνα τινὰ ἢ εἰς δύο τὸ διδασκαλικὸν τῆς θεομαχίας ἀναφέροντες ἀξίωμα, ὁμοτίμως δὲ ἀλλήλοις αὐτοὶ κατὰ πλῆθος τῆς πλάνης τῷ πλήθει καθηγούμενοι· Ὅμως δὲ καὶ ὑποβεβηκότας αὐτῶν τινας ἑτέρους ἔταττον, οὓς καὶ νοταρίους ὠνόμαζον, καί τινα τῶν ἀποῤῥήτων καὶ βδελυκτῶν ὀργίων εἰς ἐποψίαν καὶ τελεστικὴν ἀφώριζον ἐπιμέλειαν.

A nitus immissam magistri mortem viderant, et nihil eorum, quæ ille portentose confinxerat, accidisset, populum, inquam, illum corrumpere, et pessumdare pergebant : nec ultra impietatis magisterium ad unum vel duos referebant. Sed pari inter se honore multitudini præficiebantur : attamen quosdam inferioris, gradus constituerunt, quos appellabant notarios, quibus curam quamdam et officium in abominandis suis orgiis et initiationibus assignabant.

ΚΣ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς ἀναφαίνεται καιροὺς (75) καὶ ὁ τρισαλιτήριος Καρβέας (76), ἀνὴρ δεινὸς μὲν ὑπελθεῖν ὄχλον, στεγανὸς δὲ κρύπτειν τὸ ἀνέκφορον, καὶ τοῖς χείλεσιν ἄλλα προφέρειν παρὰ B τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ μελέτην πιθανώτατος, καὶ πίστιν μὲν οὐδ' ἥντινα στέργων, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν 'Αράβων (77) θειάζειν ἐσχηματίσατο· πλὴν τῆς ἀποστάσίας ἐραστὴς καὶ λέγεσθαι καὶ νομίζεσθαι κλέος ποιούμενος, οὐδὲ τῆς κατὰ πόλεμον ἐμπειρίας (78) ἀγύμναστος. Διὸ καὶ τῆς ἀποστατικῆς ἐκείνης πληθύος ἤδη πρὸς χεῖρα πολεμικήν τε καὶ βαρεῖαν ἀδρυνομένης, ἄρχειν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἠρέθη, ὃς ἐπὶ μᾶλλον αὔξων τε καὶ κρατύνων τὸ θεομάχον ἄθροισμα, ἐπεὶ τῇ βαρύτητι τοῦ πολυχνίου στενοχωρούμενος εἶδε τοὺς ὑπὸ χεῖρα, πόλιν ἄλλην εὐρυχωροτέραν ἐγείρει, ἣν ἐπωνόμαζε Τεφρικὴν (79), καὶ ταύτην τοῖς ἑπομένοις πολίζει, ὁμοῦ μὲν καὶ τὴν ἐπιφερομένην τῶν Μελιτινιτῶν (80) ἀποκλίνων τυραννίδα. Καὶ γὰρ εἰ κατ' ἀρχὰς φιλοφρόνως ὑπεδέ- C ξαντο, ἄλλ' οὖν πλουτοῦντας ὁρῶντες, καὶ πλέον ὧν ἤλπιζον, ταῖς καθ' ἡμέραν λῃστρικαῖς ἐφόδοις εἰς εὐπορίαν ἐπιδιδόντας οὐκ ἔτι τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῖς ἐπιβάλλειν φθόνου χωρὶς καὶ πλεονεξίας ἠδύναντο. Διὸ λαφυραγωγοῦντες αὐτοὺς τέχναις πολλαῖς καὶ μεθόδοις οὐκ ἐνέλιπον. Μία τοίνυν καὶ αὐτὴ αἰτία, ὅτι, ἣν ὡς ἀπωτέρω τῆς προτέρας οἰκήσεως πολίζειν ἔγνω τὸ ὑπήκοον. Ἔτι δὲ καὶ τῷ ἀνεπιμίκτῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰς τὰς δαιμονιώδεις καὶ ἐκτόπους τῶν πράξεων, ἅτε δὴ καθ' ἑαυτοὺς ὄντας, ἀδεῶς χωρεῖν καὶ σὺν παῤῥησίᾳ προνοούμενος. Ἐκ γειτόνων γὰρ ἔχοντες πρότερον τοὺς Σαρακηνοὺς, ἐσέβοντο μὲν (81) τὰ αὐτῶν, ἐσέβοντο δὲ καὶ τὰ ἐκείνων· ἀλλὰ τα μὲν (82) ἐκείνων θεατρίζοντες, τὰ δὲ οἰκεῖα μυστηριαζόμενοι.

XXVI. Sub hoc tempus eminebat sceleratissimus Carbeas, vir ad subornandam plebem acutus, callidus ad ea occultanda, quæ efferre par non erat, et B ad alia persuadenda, quam quæ in corde latebant, nullam revera tenens fidem, quippe qui Arabum religionem se admirari simularet : cæterum apostasiæ amatorem et dici et existimari honori et gloriæ sibi esse ducebat, neque bellicæ rei imperitus erat. Quamobrem cum apostatica illa multitudo jam eo incrementi venisset, ut militarem manum suppeditare posset, ad imperium ab illa evectus est, utpote qui impiissimum cœtum et augere et confirmare posse crederetur. Cum autem oppiduli angustia pressos cerneret subditos, aliam ampliorem urbem excitavit, quam Tephricam nominavit, ipsamque sequacibus suis incolendam dedit, ut imminentem Melitinorum tyrannidem declinaret. Nam etiamsi initio perhumaniter ab illis excepti fuissent, et C tunc cum illos divites esse cernerent ac quotidianis deprædationibus rerum copia crescentes, non poterant eos sine invidia et cupiditate respicere. Quare non cessabant eis insidiari, ut spolia eriperent. Quæ quidem una ipsi causa fuit, cur procul a prima habitatione subditos suam sedem ponere decreverit. Ad hæc autem curabat, ut separati a cæteris hominibus, dæmoniacis et absurdis rebus seorsim positi liberius et cum fiducia vacarent. Cum enim antea vicinos haberent Saracenos, eorum simul ritus et suos observabant ; sed eorum ritus theatrico more, suos vero mystico cultu.

ΚΖ. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ἐπίκαιρος ἐδόκει πρὸς D τὰς καταδρομὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἣν ἀνέστη πόλις. Μᾶλλον τε γὰρ ἐπλησίαζε τοῖς αὐτῆς ὁρίοις. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις αὐτομολεῖν ἐκεῖθεν ἐβούλετο τῶν τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν ἐγκόλπιον φερόντων, ἑτοιμοτέραν

XXVII. Præterea urbs illa a se structa opportuna videbatur esse ad Romanum imperium incursandum, utpote illius finibus vicinior. Quin etiam si quis inde transfugere vellet ex iis, qui eidem impietati assentiebantur, paratiorem ad fugam et

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(75) Καιρούς. Noster καιριάς, mendose.

(76) Καρβέας Ita rescripsi ex nostro pro καρβέας Coisliniani Codicis. Nobiscum facit Petrus Siculus, p. 72, et Cedrenus, p. 444, qui rem hanc, prout gesta est, data opera recitat.

(77) Ἀράβων. Recte, pro quo noster Ἀῤῥάβων,

(78) Ἐμπειρίας. Addit noster ἦν, quo tamen opus non est.

(79) Τεφρικήν. Ita recte noster, pro quo Coisli-nianus male Τεφικόν, pejus Petrus Siculus Τιβρικήν. Pro nostra scriptione facit et codex Colbertinus, et Cedrenus, p. 444.

(80) Μελιτινιτῶν. Recte, pro quo noster mendose Μελιπνιτῶν.

(81) Ἐσεβόν. Bis, pro quo utrinque noster ἐσέβοντο. Sed bene habet utraque verbi forma.

(82) Ἀλλὰ τὰ μέν. Sensus est, Saracenorum instituta eos publice et in conspectu aliorum, domestica vero clam et occulte sectatos esse.

secessum ob vicinitatem locum habebant. Bella vero deinde non prædationibus gessit, sed justis præliis et aciebus, sive solus cum suis sive cum Saracenis dimicaret : quandonam autem vicerit, et quandonam superatus fuerit, alterius est instituti temporisque referre. Quod vero vicinas sibi imperii Romani regiones innumeris affecerit calamitatibus, ipsa mali magnitudine plus quam verbis, posteri nostri cognituri sunt.

XXVII. Postquam autem sanguinarius ille et exsecrabilis homo longis temporibus intolerabilia perpetrasset, sero tandem et vix ægritudine consumptus periit. Ejusque tyrannidis et impietatis successor declaratur ejus gener ex filia, et consobrinus genere, cui nomen Chrysocheres ; quo tempore hanc historiam describentes, quod futurorum notitiam nec habeamus, nec polliceamur, ultra progredi non possumus. Quod si quis eam spem dederit, quæ ex benignitate pendet, quæque humani generis amantes non fallit unquam, nec in errorem inducit, fortasse non nimis audacter scribatur, non multo abhinc tempore futurum esse, ut apostatici hujus et impii cœtus audacia, dogmata et robur dissolvantur et destruantur. Cæterum hic liber, unde initium duxerit error, repræsentavit, nec non quomodo secundo jacto semine hæc ipsa amaritudinis radix surculos impietatis emiserit, ac etiam, quomodo usque ad tertiam vicem zizania repullulaverint : item quænam et quot fuerint defectionis Ecclesiæ, ut vocabant, qui magistri, et quomodo illi sacras voces adulteraverint, quibusnam iterum verbis suam ipsi sententiam obumbrent, et alia multa, quæ postquam cursim historia enarravit ; ad secundum librum remittit tum impiorum dogmatum refutationem, eorum maxime, quæ hactenus depulsa non fuere, tum, si qua alia, quæ dici oportuit, prætermiserit : si tamen divina gratia negotiis obruto Scriptori requiem et vacationem concesserit.

εὗρισκε διὰ τὸ γειτόνημα τὴν πρὸς αὐτὸν κατάφυγήν τε καὶ ἀναχώρησιν. Οὓς μὲν οὖν ἐκεῖνος διήνεγκεν οὐκ ἔτι ληστρικοὺς, ἀλλ' ἐκ παρατάξεώς τε καὶ τοῖς Σαρακηνοῖς συνταττόμενος. Ἐν οἷς τε τὸ πλέον ἔσχε, καὶ ἐν οἷς ἀπηνέγκατο τὸ ἧττον, ἄλλης τέ ἐστιν ὑποθέσεως, καὶ ἰδιάζοντος χρόνου. Ὅτι δὲ παντοδαπῶν ἐπλήρωσε συμφορῶν τὰς τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς πλησιαζούσας αὐτῷ χώρας, το μέγεθος ἐξαρκεῖ τοῦ πάθους ἀντὶ λόγου, τοῖς μεθ' ἡμᾶς παρασχεῖν ἀνεπίληστον (83) τὴν γνῶσιν.

ΚΗ'. Πλὴν ἀλλ' ὄγε παλαμναῖος ἐκεῖνος χρόνοις μακροῖς τὰ ἀνήκεστα δράσας, ὀψὲ καὶ μόλις νόσῳ τὸν βίον κατέστρεψε, καὶ τῆς ἐκείνου τυραννίδος καὶ τῆς ἀσεβείας διάδοχος ἀναδείκνυται ἐπὶ παιδὶ μὲν γαμβρὸς, ἐκ τοῦ γένους δὲ τὸ ἀνεψιὸν ἕλκων, καὶ τὸ ἐπώνυμον Χρυσοχέρης (84). Καθ' οὓς καιροὺς τήνδε τὴν συγγραφὴν ὁ λόγος ἀναταξάμενος τοῦ πρόσω (85) χωρεῖν, ἅτε δὴ τῶν μελλόντων τὴν γνῶσιν οὔτε ἔχων, οὔτε ἐπαγγειλάμενος ἀπίστη. Εἰ δὲ καὶ τὰς ἐλπίδας δοίη τις, ὅσαι γε μάλιστα εἰς τὴν θείαν εἰσὶν εὐμένειαν ἠρτημέναι καὶ τῆς τοῦ γένους (86) ἐρῶσι σωτηρίας μὴ σφαλερὰς μηδὲ πλάνους εἶναι, τάχα ἂν οὐ νεανιεύσαιτο ἡ γραφὴ οὐκ εἰς μακροὺς προαγορεύουσα (87) χρόνους, ῥυῆναί τε καὶ διαφθαρῆναι τοῦ ἀποστατικοῦ τούτου καὶ ἀθέου πληρώματος, καὶ τὸ φρύαγμα καὶ τὰ δόγματα καὶ τὴν ἰσχύν. Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν παρὼν λόγος ὅθεν τε τὰς πρώτας ἀρχὰς εἶχεν ἡ πλάνη, καὶ ὅπως δευτέρας ἐπισπορᾶς αὐτὴ τῆς πικρίας ῥίζα βλαστοὺς ἀνέδωκε τῆς θεομαχίας, καὶ ὡς καὶ μέχρι τρίτης προῆλθε προβολῆς ζιζανίων· τίνες δὲ τῆς ἀποστασίας αἱ καλούμεναι Ἐκκλησίαι καὶ πόσαι, καὶ τίνας ἔσχε διδασκάλους, ὅπως τε τὰς ἱερὰς κατακιβδηλεύσουσι φωνὰς, καὶ οἷς αὐτῶν τὸ δυσσεβὲς ἐπισκιάζουσι φρόνημα, καὶ ὅσα ἄλλα κατ' ἐπιδρομὴν ἡ ἱστορία διεπεράνατο, ταῦτα διελθὼν εἰς τὸν δεύτερον ἀνατίθεται λόγον τάς τε κατ' ἔπος (88) τῶν δυσσεβῶν δοξασμάτων ἀνασκευὰς, ὅσα μάλιστα μὴ μέχρι νῦν τὸν ἔλεγχον ὑπεσχε, καὶ, ει τι ἄλλο ῥηθῆναι δέον, παρῆκεν, ἂν ἄρα τὸν γράφοντα τῆς πολλῆς συνοχῆς ἀνοχὴν ἡ φιλάνθρωπος ἰδεῖν παρασκευάσει καὶ θεία εὐμένεια.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) Ἀνεπίληστον. Ita scripsi ex nostro pro ἀνεπίπληστον Coisliniani. Photius scilicet innuit, horum hominum fraudes tam longe lateque grassatas esse, ut eorum memoriam apud posteros nulla oblivio deletura sit ; nec verbis opus esse, sed rem ipsam, et, quæ hinc consecuta sint, mala inspici debere.

(84) Χρυσοχέρης. Noster Χρυσοχάρης, *Cedrenus* p. 470. χρυσόχειρ, Petrus Siculus denique χρυσοχέρις, quod idem est cum χρυσοχέρης, nec nisi pronuntiatione unius litteræ differt. De bello contra hunc gesto legatur Cedrenus ibidem.

(85) Τοῦ πρόσω. Noster τὸν πρόσω, mendose ; referendum enim est ad sequens ἀπέστη.

(86) Καὶ τῆς τοῦ γένους. Ita scripsi ex nostro, pro eo quod habet Coislinianus : Καὶ τῆς τοῦ γένους ἐρῶσι σωτηρίας μὴ σφαλερᾶς μηδὲ πλάνης εἶναι. Ibi voces σφαλερᾶς et πλάνης referri debent ad σωτηρίας, quod tamen fieri non potest, sine sensus præjudicio nec in versione Latina factum est. Itaque hanc puto esse mentem Photii ex nostra lectione, secundum quam σφαλερὰς et πλάνους ad vocem ἐλπίδες pertinet : *Spem, divina gratia innixam, non solere fallere aut in errorem seducere homines, de salute sua sincere sollicitos.* Sic omnia cohærent. Cæterum quod vox γένος simpliciter posita *genus humanum* denotet, tralatitium est, et vel Libanii exemplo tomo I Opp. p. 182, constat.

(87) Προαγορεύουσα. Ita malo cum nostro legere, quam cum Coisliniano προσαγορεύουσά. *Prædicere* enim hic Photius futura instituebat.

(88) Ἔπος. Ita recte, pro quo noster habet ἔτος ; id est, *annus* mendose, cum hic non de recensione sermo sit, Annalium more facta, sed de confutatione errorum scripto instituta. Cæterum Petrus Siculus *Historiam Manichæorum* æque ac noster ad Chrysocherin perduxit, et, quæ huc pertinent, a seipso, regiis auspiciis illuc misso, visa esse refert, ac cætera secuturis libris persecuturum se pollicetur.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Ἀπορίαι καὶ λύσεις τῶν Μανιχαίων.

Α'. Εἰ ὁ Ἀγαθὸς μὲν τὴν ψυχὴν δημιουργεῖ, ὁ δὲ πονηρὸς τὸ σῶμα, πῶς ἠνέσχετο ὁ Ἀγαθὸς ἑνωθῆναι τὸ πλάσμα αὐτοῦ τῷ πλάσματι (89) τοῦ Πονηροῦ; πῶς δὲ καὶ ὑπέμεινε τὴν ἕνωσιν ὁ Πονηρός; Ἡ γὰρ ἕνωσις ἢ ἀγαθοποιήσει τὸ σῶμα, ὅπερ οὐ χρὴ τὸν Ἀγαθὸν τοῦ Κακοῦ τὸ ἔργον ἀγαθοποιεῖν· ἢ κακοποιήσει τὴν ψυχήν, ὅπερ πολὺ ἀτοπώτερον, ἡττᾶσθαι τὸ δημιούργημα τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ πλάσματος τοῦ Πονηροῦ. Διατί δὲ καὶ ἠνέσχετο ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἑνωθῆναι τῷ ἔργῳ τοῦ Πονηροῦ, καὶ κακωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ; ὁ Πονηρὸς δὲ πάλιν πῶς ὑπέστη ἀγαθύνεσθαι τὸ ἔργον αὐτοῦ (90); χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων τίς ἀπήρξατο τῆς ἑνώσεως; Εἰ μὲν γὰρ ὁ Ἀγαθὸς, πῶς οὐκ ἐκακώθη κατὰ τοῦτο τὸ πονηρὸν ἔργον προσλαβόμενος; εἰ δὲ ὁ Πονηρὸς, δῆλον ὡς καὶ αὐτὸς ἠγαθύνθη κατὰ τοῦτο, ἔρωτα λαβὼν Ἀγαθοῦ δημιουργήματος, τό τε Ἀγαθὸν γέγονεν ἅμα Πονηρόν τε καὶ Ἀγαθόν. Ἡ γὰρ ἕνωσις τὴν ἑκατέρου φύσιν τῇ κοινωνίᾳ συγχέουσα, τό τε οἰκεῖον ἐλωβήσατο καὶ τὸ ἀλλότριον ᾠκειώσατο· ὥστε καὶ ὁ ἀγαθὸς πονηρόν τε ἅμα καὶ ἀγαθὸν ἐποίει τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ὁ Πονηρὸς πονηρόν τε ἅμα καὶ ἀγαθόν. Οὗ τι ἂν εἴη ἀνοητότερον ἢ ἀτοπώτερον; Οὕτω μὲν οὖν, εἰ συμπροῆλθε τῇ τῶν ἔργων δημιουργίᾳ καὶ ἡ ἕνωσις· εἰ δ' ἦν ἀλλήλων ποτὲ κεχωρισμένα ταῦτα καὶ ὑφ' ἑκατέρου πλάστου προνοίας τε καὶ ἐπιμελείας τὸ οἰκεῖον πλάσμα ἠξιοῦτο, ἀμιγὲς συντηρούμενον τοῦ ἀντικειμένου, τίς ἦν αὐτὸς ὁ τότε τῆς διακρίσεως λογισμός; καὶ πόθεν ὕστερον εἰς τὴν τῆς ἑνώσεως ἠλλοιώθησαν; Ἦ γὰρ πρότερον πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον καὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ πλάσματος συνετήρει ἑκάτερος ἀνεπίμικτον, ἢ ἀσύμφορον εὑρόντες, ἐκεῖθεν ἐσωφρονίσθησαν πρὸς τὴν ἕνωσιν. Καὶ πόσας ἄλλας δυσσεβείας τε καὶ ἀνοίας βρύει ἡ πρώτη τῆς πλάνης ὑπόθεσις οὕτω θεομάχον τε καὶ ἐμμανὲς καὶ ἀνόητον, τὸ ἄλλον μὲν τῆς ψυχῆς, ἕτερον δὲ τοῦ σώματος δημιουργὸν τερατεύεσθαι!

Β'. Τὸ δὲ φάσκειν τοὺς ἐν τῇ πλάνῃ κατεχομένους ὡς ἐνοχλεῖ ἡμᾶς πρὸς κακίαν ὁ Πονηρὸς, τῆς ἀληθείας ἐστὶν, ἀλλ' οὐ τῆς πλάνης ὁδός. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ παρατραπῆναι μερίζειν ἡμᾶς τὸν ἄτμητον καὶ ἀδιαίρετον τοῦ Θεοῦ ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν εἰς δύο, τῆς πολυμηχάνου καὶ σφοδρᾶς ὀχλήσεώς ἐστι τοῦ Πονηροῦ. Πλὴν ἐκεῖνος μὲν δυνατός ἐστιν ὀχλεῖν, οὐδὲ ἡμεῖς δὲ ἀδυνατοῦμεν διακρούσασθαι τὴν ὄχλησιν αὐτοῦ. Διακρουόμεθα δὲ διά τε σώματος καὶ ψυχῆς. Ὥστε εἰ τὸ σῶμα ἡμῶν δύναται διακρούσασθαι τὴν ὄχλησιν τοῦ Πονηροῦ καὶ οὐ διακρούσασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταβαλεῖν αὐτοῦ πᾶσαν

SERMO II.

Dubia et solutiones Manichæorum.

I. Si Bonus (Deus) animam quidem format, Malus vero corpus, quomodo Bonus ille creaturam suam cum creatura Mali istius conjungi passus est? imo qui conjunctionem eamdem Malus admisit? aut enim compositio illa bonum efficiet corpus, quod certe non convenit, quia sic Bonum Mali operi prodesset: aut malam efficiet animam, id quod longe foret absurdius, quia hoc modo opificium Dei ab opere mali superaretur. Quæ vero causa fuit, cur Deus bonus opus suum jungi pateretur operi Mali, a quo malo inficeretur, et qui vicissim sustinuit Malus, ut opus suum redderetur bonum? Præterea vero quis unionis illius auctor est? Si Bonus, quomodo is non malus effectus est, malo scilicet opere recepto; sin Malus, manifestum est eum in tantum Bonum evasisse, cum amore in bonum opus ferretur, sicut vicissim Bonum simul et bonum et malum factum oportuit. Conjunctio enim illa utriusque naturam miscens et confundens id, quod altera habebat proprium, injuria affecit, alienum vero sibi vindicavit, adeo ut et Bonus opus suum eadem opera bonum ac malum, Malus vero malum et bonum efficeret, quo nihil potest esse vel absurdius vel insolentius. Atque ita res se omnino habuit, siquidem juxta cum formatione operum illorum et ipsa conjunctio locum habuit: quod si vero aliquando a se invicem sejuncta illa fuere, alterutrum alterius conditoris curam ac providentiam sibi propriam habuit, et ab oppositi labe immune permansit, quomodo in cogitationem discriminis venerunt, et quomodo postea aliam de conjunctione facienda susceperunt? Aut enim prius uterque seipsum et opus suum in proprium commodum intaminatum conservavit, aut, cum id sibi noxium esse intelligerent, facti prudentiores in conjunctionem consenserunt. Taceo impia et absurda alia, quibus primum erroris hujus fundamentum abundat. Adeo Deo oppositum furoreque ac insania plenum est, alium quidem animæ, alium vero corporis fingere conditorem.

II. Quod vero illi, qui ita errant, dicunt, malum nos ad militiam compellere, id omnino veritati, non autem errori patrocinatur. Quod enim incitamur, ut indivisibilem et inseparabilem Dei potestatem ac imperium in duo dividamus, id quidem a doloso et vehemente impulsu Mali proficiscitur. At ille quidem tentare nos et impetere potest, nobis vero irritamenta ejus propellere omnino licet. Propulsamus vero tum corpore, tum anima. Quod si vero corpus nostrum impulsus ejus propulsare valet, imo non propulsare solum, sed omnes quoque artes ejus frangere quomodo ejus conditor fuerit? Quod enim

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(89) Πλάσμα. Cum hac voce frequenter utatur Noster, semel monuisse sufficerit, eam ipsi semper rei conditæ seu *creaturæ* notione usurpari. De aliis vocis significatibus lege Ezech. Spanhemium, ad Juliani Orationes, p. 18 et 19.

(90) Τὰ ἔργα αὐτοῦ. Similia his, et fortiora alia argumenta Manichæis opponit Titus Bostrensis, lib. I, apud Cl. Basnagium in *Lectionibus*, *Canisianis* p. 92 seq.

creatura Dei præceptum Domini sui negligere, et ab inimico opposito decipi possit, id argumentum est arbitrii in utramque partem liberi, cujus nobis copia in creatione facta est. Anima enim libera est. *Et ecce proposui tibi ante oculos mortem et vitam* [8]. Jam vero quod totum, quantum est, malum est, quomodo repugnare principio suo potest? Quomodo enim, judicio destitutum, a malo descivit? vel quomodo in bonum deflexit, et pristinum imperium vicit? Itaque fieri non potest, ut ad duo opposita principia corporis et animæ creatio referatur.

III. Præterea vero, idque recte, monent; hostem in animam eorum, qui se sponte ipsi dederent, ita non esse dominatum, ut tenebris obducti nullum prorsus veritatis radium ullo modo admittere potuerint. Aiunt itaque Deum bonum fuisse ab æterno, et esse et fore, eumdemque nec videri nec comprehendi posse. Atque is quidem splendor est radii veritatis; tenebræ vero cum tempore magnas accessiones nactæ ipsorumque intellectui offusæ rationem ita obcæcant, ut insanientes dicant malum prodiisse ex tenebris et igne, id quod multo risu vel potius lacrymis non sistendis dignum est, et pro incredibili animæ monstro habendum. Si enim de tenebris et igne sensibili ipsis sermo est, et illud, quod inde natum est, pro sensibili habendum fuerit. Itaque Malum principium sensibile est. Quod si vero tenebræ illæ et ignis mente tantum percipi possunt, multo magis ejusmodi quid fuerit Malum, tanquam quod hinc profectum est. Itaque tenebræ illæ ac ignis aut æterna erant æque ac Deus, aut postea demum orta? Ubi vero erat tunc Malum, illis jam exsistentibus? Si vero postea demum prodierunt, quis illa in lucem produxit? Tenebræ enim, quæ ratione tantum intelliguntur, ab initio tales fuerunt, neque permittunt, ut illarum conditorem culpa vacare credamus. Similiter nec ignis, qui scilicet anime tantum cerni potest, auctor fuisse potuit principium mali. Et quomodo principium esse potest, quod aliis originem suam debet? Et quot alia afferre possit is, qui stultam hanc conjunctionem sub rationis examen vocare voluerit?

IV. Cur nempe tenebræ solæ suffecerunt illi producendo? cur nec ignis suffecit? quis utraque illa ad productionem principii mali conjunxit? quomodo non potius illa pro principio agnoscuntur? Quid vero de illis factum est? et quid nunc agunt, post-

A μηχανὴν, πῶς ἐστιν ἐκεῖνος πλάστης αὐτοῦ; Τὸ μὲν γὰρ ποίημα τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς ὀλιγωρῆσαι Δεσποτικῆς, καὶ τῆς ἀπάτης γενέσθαι τοῦ ἐχθροῦ, γνώμης ἐστὶ τῆς ἐπ' ἄμφω ῥέπειν, ἐν τῇ πλάσει δεδομένης ἡμῖν· αὐτεξούσιον γὰρ ἡ ψυχή (91)· Καὶ ἰδοὺ τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὸν θάνατον καὶ τὴν ζωήν· τὸ δὲ ἤδη τὴν ὁλοκληρίαν ἔχον τοῦ κακοῦ, πῶς οἷόν τέ ἐστιν καταστρατηγῆσαι τῆς ἀρχῆς; Πόθεν γὰρ κρίσιν οὐκ ἔχον ἐξέστη τοῦ χείρονος; πῶς δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον ἔκλινε, καὶ τῆς προαγούσης ἰσχύος ἐκράτησεν; Ὥστε ἀδύνατον εἰς ἀντικειμένας ἀναφέρεσθαι ἀρχὰς τοῦ σώματος τὴν δημιουργίαν (92) καὶ τῆς ψυχῆς.

B Γ'. Ἀλλὰ γὰρ ἔτι φασὶ καλῶς γε φάσκοντες· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' οὕτω κατεκράτησεν οὐδὲ τῶν ἐκόντων προδεδωκότων ἑαυτοὺς τῆς ψυχῆς ὁ ἐχθρὸς, ὡς μηδαμῇ πρὸς μηδεμίαν ὅλως τῆς ἀληθείας αἴγλην τοὺς ἐσκοτισμένους ἐπιστρέφεσθαι. Διό φασιν, ὅτι ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται (93), καὶ ὅτι ἀόρατος καὶ ἀκατάληπτος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ τῆς ἀκτῖνός ἐστι τῆς ἀληθείας· τῷ χρόνῳ δὲ τὸ σκότος δύναμιν πολλὴν λαβὸν αὐτίκα καταχεόμενον αὐτῶν τῆς διανοίας, τυφλοῖ τοὺς λογισμοὺς καὶ παρανοεῖν καὶ λέγειν, ὡς ὁ Πονηρὸς γέγονεν ἐκ τοῦ σκότους τε καὶ τοῦ πυρὸς ὃ πολλοῦ γέλωτός ἐστιν ἄξιον, μᾶλλον δὲ δακρύων ἀεννάων (94) καὶ ἀδιανόητον γέννημα ψυχῆς. Τὸ γὰρ σκότος καὶ τὸ πῦρ εἴ μὲν αἰσθητόν λέγουσιν, πάντως καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν προελθὸν αἰσθητόν· ὥστε ὁ πονηρὸς αἰσθητός ἐστιν. Εἰ δὲ νοητόν ἐστι τὸ σκότος καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο, μᾶλλόν C ἐστιν ὁ Πονηρὸς καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν προελθόν. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ σκότος καὶ τὸ πῦρ ἄρα συναΐδιά ἐστι τῷ Θεῷ ἢ ὕστερον γέγονε; Καὶ ποῦ ἦν τότε ὁ Πονηρὸς ὅτε ταῦτα ἦν; εἰ δὲ ὕστερον γέγονε, τίς ὁ προαγαγὼν αὐτά; Τὸ γὰρ νοητὸν σκότος ἀπ' ἀρχῆς ὑπάρχὸν σκότος, οὐδὲ τὸν προαγαγόντα αὐτὸν ἀθῶον ἀφίησιν· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τὸ πῦρ, εἴπερ νοητὸν ὂν τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς κακίας γέγονε προβολεύς. Καὶ πῶς ἀρχηγὸς ὁ ἐξ ἑτέρων τὴν ὕπαρξιν λαβών; καὶ πόσα ἄν τις εἴποι τὴν ἄλογον ταύτην συζυγίαν λογοθετῶν;

Δ. Πῶς οὐκ ἤρκεσε τὸ σκότος μόνον προαγαγεῖν; πῶς οὐχὶ τὸ πῦρ; τίς ὁ συναγαγὼν ταῦτα μᾶλλον; D καὶ τί γέγονε; τί δὲ ποιεῖ, τοῦ ἐξ αὐτοῦ προελθόντος ἁρπάσαντος τὴν ἀρχήν; Ἄλλως τε δὲ, εἰ ἐγένετο ὁ Πονηρὸς ἐκ τοῦ σκότους καὶ τοῦ πυρὸς,

[8] Deut. xxx, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(91) Αὐτεξούσιον. In *Lect. Canisian.* hanc arbitrii libertatem contra Manichæos diligenter astruit Titus Bostrensis, lib. II, fere toto, apud Cl. Basnag. p. 94 seqq. gentiles quoque eam agnovisse et in abusum ejus vitiorum causam retulisse luculentis eorum locis constat, quorum amplam habes segetem apud Thomam Gataberum, in Notis ad Antonini, lib. II, § 9; et Petr. Danielem Huetium in *Alnetanis Quæstionibus* lib. II, cap. 10, p. 166 seqq. Elegans mihi semper visum est Maximi Tyrii in hac causa judicium, quod legitur in Dissertationibus ejus dissert. 25: Θεὸς ἐπέθηκε τὴν ψυχὴν γηΐνῳ σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, καὶ παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ ἀφῆκε θεῖν, ἔχουσαν μὲν παρ' αὐτοῦ ῥώμην τέχνης, ἔχουσαν δὲ καὶ ἀτεχνίας ἐξουσίαν.

(92) Τὴν δημιουργίαν. Disputat hanc in rem fusius Titus lib. II, p. 76.

(93) Καὶ ἔσται. Tres illas temporis differentias ad describendum Deum gentiles quoque adhibuerunt. Lege Julii Cæs. Bulengeri *Eclogas Arnobianas*, p. 28, et Theod. Janssonii Almelovenii *Opuscula*, p. 107 seq. Confer Philologos ad Apocalyps. I, 4.

(94) Ἀεννάων. Ita lego, pro eo quod in ms. est ἀνεννάων.

πῶς πάλιν τοῦ σκότους καὶ τοῦ πυρὸς ποιητὴν λέγουσιν τὸν Πονηρόν; Εἰ δὲ οὐκ ἔστι τοῦ πυρὸς ὁ Πονηρὸς ποιητής, ἔστι δὲ τὸ πῦρ αἰσθητὸν, πῶς λέγουσιν, ὅτι ὁ ἀγαθὸς Θεὸς οὐδὲν ἐποίησεν αἰσθητόν; Εἰ γὰρ αἰσχυνθείη τὸ ἀναίσχυντον αὐτῶν τῆς πλάνης, δοῦναι τῷ Πονηρῷ τὴν γένεσιν τοῦ πυρὸς, ἵνα μὲν νῦν μὲν πλάστην, νῦν δὲ πλάσμα τὸ αὐτὸ διελέγχοιτο ληροῦσα, εἰς οὐδὲν ἐλάττονα γινωσκέτω καταστρέφουσα αἰσχύνην· ὁμολογήσει γὰρ καὶ ἄκουσα καὶ σιγῶσα τοῦ ἀγαθοῦ εἶναι Θεοῦ δημιούργημα, ὅπερ αὐτοῦ πάσῃ σπουδῇ καὶ μηχαναῖς ἁφῃρεῖτο πάσαις. Πάντως γὰρ τὸ αἰσθητὸν πῦρ, ὅσον ἂν ἐσκοτίσθησαν, οὔτε ἄναρχον, οὔτε ἀΐδιον ἐροῦσιν.

A quam illud quod progenuerunt, principatum sibi vindicavit? Præterea, si Malum ex tenebris et igne prodiit, quomodo vicissim Malum tenebrarum et ignis tradunt auctorem? Si vero Malum non est principium ignis, ignis vero sensibus subjectus est, quomodo dicunt, deum bonum nihil, quod ad sensus pertinet, condidisse? Si enim impudentissimos homines pudere posset hujus erroris, quo ignis originem in Malum referunt, caverentque adeo sibi, ne nunc quidem conditorem, nunc vero opus ipsum iisdem criminationibus impeterent; vel sic tamen rem non minus pudendam admissuros se esse sciant. Profitebitur enim factio hæc etiam invita et tacita, boni dei esse opus, quod antea omni studio et opere omni ipsi surripiebat. Omnino enim ignem sensibus perceptibilem, quantumcunque etiam obtenebrati sint, nec initio carere, nec æternum esse dicent.

Ε'. Εἶτα τοῦ σκότους πάλιν, εἰ καὶ μὴ πάντες αὐτῶν, ἔνιοι δὲ ὅμως ἀναδύντες λέγουσι, τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἔχειν μὲν τὰ ἐπουράνια, καὶ δημιουργὸν εἶναι τοῦ οὐρανοῦ καὶ χορηγὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις πράξεων, οὐ μέχρι πολλοῦ δὲ τὴν ἀχλὺν ἀποσκευασάμενοι πάλιν δυσφημοῦσιν, οὔτε τῆς γῆς δημιουργίαν, οὔτε τῶν ἐν μέσῳ αὐτῷ συναρμόττοντες, ἕτερον δὲ δημιουργὸν ἐπεισάγοντες· τινὲς δὲ αὐτῶν (πολυσχιδὴς γὰρ ἡ πλάνη) καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν καὶ τὰ ἐν μέσῳ πάντα τετολμήκασι λέγειν ποιήματα τοῦ Ἐχθροῦ. Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ὁ οὐρανὸς κατὰ τὴν ἐκείνων ἐμβροντησίαν ἔργον τοῦ Πονηροῦ, πῶς ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἀναπαύεται; καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς περιέχει τὸν ἀέρα καὶ τὴν γῆν καὶ τὸ ὕδωρ (καὶ γὰρ καὶ τὰ καταχθόνια περιέχεται ἐν αὐτῷ), πῶς ὁ οὐρανὸς τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ οἶκος ὢν τὰ τοῦ Πονηροῦ ἔργα, τουτέστι γῆν καὶ πῦρ καὶ ἀέρα περιέχει, καὶ οὐ περιέχει μόνον, ἀλλὰ καὶ διακυβερνᾷ; Ἐκ γὰρ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῆς δύσεως, καὶ τῶν ἄστρων, ἃ εἰσι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ γῆ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ πῦρ, τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, καὶ τῆς εὐκρασίας ἀπολαύουσι, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν ἐπὶ κοινῷ καρποῦνται συμφέροντι καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν ἁρμόζονται. Ἀλλ' εἰ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὁ οὐρανὸς, πῶς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εὔχεσθαι τὴν θαυμασίαν ἐκείνην καὶ φρικτὴν ἐκδιδάσκων καὶ παραδιδούς. Πάτερ ἡμῶν, φησὶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; καί· Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς; Πῶς οὖν ἐν ἀλλοτρίῳ κτίσματι ὁ πάσης δημιουργὸς κτίσεως ἐνοικεῖ, καὶ τῷ τε Πονηρῷ (95) καὶ ἔργον ὑπάρχοντι Πονηροῦ. Ἀλλαχοῦ δὲ συμπαθεῖς εἶναι πρὸς ἀλλήλους νομοθετῶν ὁ Σωτὴρ, Ἐὰν ἀφῆτε, φησὶ, τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Καὶ πάλιν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ κατακολουθεῖν παραινῶν, ἐπεὶ αὐτὸς πρῶτον ὑπερφυῶς ἐτελείωσε τὸ θέλημα αὐτοῦ, Ὅστις ἂν, φησὶ, ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς,

B V. Tum vero, si non omnes, aliqui certe eorum, ex tenebris emersi dicunt, bonum quidem deum cœlestia tenere, et opificem esse cœli, ac hominibus bonarum actionum auctorem exsistere; at iidem caliginem suam non magna ex parte amoliti iterum nugantur, quando nec terræ, nec eorum quæ in ipsa sunt, creationem ascribunt, sed alium potius conditorem introducunt. Quidam vero eorum (in multas enim partes error abit), et cœlum ipsum, et quæ in eo sunt omnia, hostis audent fetus pronuntiare. Enimvero si pro stupore eorum, cœlum Mali opus est, quomodo bonus deus in cœlestibus habitat, et si cœlum comprehendit aera et terram, et aquam (nam et subterranea eo continentur), quomodo cœlum, Dei cœlestis habitaculum exsistens, C Mali opera, hoc est, terram, ignem et aerem continet, nec continet solum, sed et gubernat? Ex ortu enim et occasu solis, astrorumque, quæ cœli sunt, et terra, et aqua, et aer, et ignis, divinis auspiciis, tum bona sua temperatura gaudent, tum mutua inter se permutatione in commune bonum perfruuntur, humanoque generi aliisque animantibus ad præsentes necessitates opitulantur. Quod si vero principii mali opus cœlum est, quomodo Servator noster venerandam illam et mirandam precandi formulam docens et præscribens *Pater noster*, inquit, *qui in cœlis es* [9]. Iterumque: *sanctificetur nomen tuum, sicut in cœlo et in terra* [10]. Quomodo itaque in aliena creatura omnis creaturæ opifex habitat, quæque et mala sit et mali principii opus. Alibi quoque D Servator homines in se invicem indulgentes esse cupiens: *Si remiseritis*, inquit, *hominibus lapsus eorum et vobis Pater vester cœlestis vestros remittet* [11]. Alibi idem voluntati Dei obsecundandum præcipiens, sicut et ipse primum voluntatem ejus eminenter implevit: *Quicunque*, inquit, *voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, perfecerit, is et frater meus, et soror et mater exsistit* [12]. Ex misericordia scilicet hominum amantissima id donans aliis, quod

[9] Matth. VI, 9. [10] ibid. V, 9, 10. [11] ibid. 14. [12] Matth. XII, 50.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(95) Τῷ τε. Ita scripsi pro τότε, quod in ms. exstat.

ipse natura possidebat: ipse enim Filius Patris non secundum gratiam, sed secundum naturam est. Cum vero ut homo voluntatem ejus perfecisset, eos, qui imitatione idem exprimunt, in filios recipit, fratrumque nomine cohonestat. Et quid, quæso, quisquam obverterit eis, per quæ Servator Patrem suum cœlestem et in cœlis exsistentem prædicat? Et quid cætera commemorem? quomodo sacerrimorum hominum impudentia non frangitur, audita Domini voce: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ* [13]. Ubi eum non solum cœli, sed et terræ Dominum aperte pronuntiat? et quid hoc testimonio clarius est, quidque magis valere potest ad efficiendum, ut Patrem Domini nostri Jesu Christi opificem et Dominum totius universi constituamus, et de defectionis ejus impietate triumphemus?

VI. Cumque alibi Petrus, apostolorum coryphæus, communem nostrum Magistrum et Deum professus esset, is hujus professionis præmium ipsi quasi relaturus beatum quidem eum prædicat, revelationem vero hanc Patrem in cœlis ipsi exhibuisse docens: *Beatus es*, inquit, *fili Jonæ, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus in cœlis. Ego vero dico tibi: Tu es Petrus, et in hac petra ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferorum ei non prævalebunt. Et dabo Tibi claves regni cœlorum; et quidquid ligaveris in terra, ligatum erit in cœlis, et quidquid solveris in terra, solutum erit in cœlis* [14]. Millia ejusmodi in confutationem impiæ hujus sententiæ ex sacris Libris afferre liceret. Perpende vero et hoc: *Jesus baptizatus confestim ex aqua ascendit* [15]. En linguam impia declamantem! Boni Patris Filius optimus in creatura Dei baptizatus exscendit; et: *Ecce cœli super ipsum aperiuntur* [16]! En tibi aliam malæ manus creaturam! cur vero aperti sunt, et cujus causa? *Vidit*, inquit, *Spiritum Dei descendentem instar columbæ* [17]. Tertium hæc pauca verba de impietate triumphandi argumentum suppeditant. Quomodo enim per rem, a malo profectam principio, Spiritus Dei adumbratur? Prodit illa ex operibus hostis atque inde progressa descendit in Christum. Accedit quartum impietatis argumentum. Vox enim e cœlo sonat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo delectatus sum* [18]. Considera, quæso, singulas voces, ut cum eis invicta impietatis confutatio

αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστί. φιλανθρώποις δωρούμενος σπλάγχνοις, ὅπερ αὐτὸς εἶχε κατὰ φύσιν. Αὐτὸς μὲν γὰρ Υἱὸς τοῦ Πατρος οὐ κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· πληρῶν δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τὸ θέλημα αὐτῶν τοὺς κατὰ μίμησιν πληρωτὰς εἰς υἱοθεσίαν ἄγει, καὶ τὸ τῶν ἀδελφῶν χαρίζεται ὄνομα. Καὶ τί ἄν τις ἀναλέγοι, δι' ὧν οὐράνιον καὶ ἐν οὐρανοῖς ὁ Σωτὴρ τὸν Πατέρα ἀνυμνεῖ; Τί δὲ τἄλλα λέγω; πῶς τῶν παλαμναίων οὐ καταδύεται τὸ ἀναίσχυντον τῆς Δεσποτικῆς ἐχούσης (96) φωνῆς· « Ἐξομολογοῦμαί σε, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς; » οὐ γὰρ μόνον ἐνταῦθα τοῦ οὐρανοῦ Κύριον, ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς τρανολογεῖ· καὶ τί ταύτης τῆς μαρτυρίας σαφέστερον; τί δὲ δυνατώτερον καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δημιουργὸν καὶ Κύριον παραστῆσαι τοῦ παντὸς, καὶ τὸ θεομάχον τῆς ἀποστασίας θριαμβεῦσαι;

ϛ'. Θεολογήσαντι (97) δὲ πάλιν τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ τὸν κοινὸν ἡμῶν Διδάσκαλον καὶ Θεὸν, ὥσπερ τῆς θεολογίας αὐτὸς ἀνταποδιδοὺς μισθὸν, μακαρίζει μὲν τὸν θεολόγον θεοπρεπῶς· τὴν ἀποκάλυψιν δὲ ταύτην τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα ἐκδιδάσκει παρασχεῖν αὐτῷ· Μακάριος εἶ, φησὶ, βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Κἀγὼ δέ σοι λέγω· Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ἅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ μυρία ἄν τις εἰς ἔλεγχον τῆς ἀσεβοῦς διανοίας ἐκ τῶν ἱερῶν συναγάγοι Λογίων. Ὅρα δὲ καὶ τοῦτο· Βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἄνεισιν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Ὦ γλώσσης μελετώσης δυσσέβειαν! Ἐν τῷ πλάσματι τοῦ Πονηροῦ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀγαθὸς Υἱὸς βαπτισθεὶς ἐκεῖθεν ἄνεισι, καὶ Ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί! Ἄλλο πλάσμα πάλιν πονηρᾶς χειρός· διατί δὲ ὠτεῴχθησαν, καὶ τίνος χάριν; Εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, φησὶ, καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν. Τρίτος οὗτος τῆς ἀσεβείας ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν θρίαμβος. Πῶς γὰρ ἐν τῷ σχήματι τοῦ πλάσματος τοῦ Πονηροῦ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα τυποῦται, καὶ κάτεισιν ἐκ τῶν ἔργων τοῦ Ἐχθροῦ, κἀκεῖθεν κατιὼν ἔρχεται ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν; Καὶ τετάρτη στήλη (98) τῆς

[13] Matth. xi, 25. [14] ibid. [15] Matth. iii, 16. [16] ibid. 16. [17] ibid. [18] ibid. 17.

VARLÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Ἐχούσης. Legerem libenter ἠχούσης, ex ἠχεῖν.

(97) Θεολογήσαντι. Θεολογεῖν idem hic esse, quod *Deum aliquem profiteri*, pro *Deo habere*, ex Matthæi loco allegato, et Petrina confessione ibi memorata, per se patet. Atque ista vocis notio antiqua admodum et Doctoribus Christianis perfamiliaris est. Vide Jo. Gaspar. Sviceri *Thesaurum ecclesiast.*, p. 1355; Dionysium Petavium, in præfat. ad tomum I *Dogmatum theologic.*, et eos, qui ad cognomen Joannis evangelistæ, qui *Theologus* vocatur, commentati sunt. Similem significatum vocis θεολογία, qui et hic paulo post occurrit, respectu *Christi* in primis vindicavit luculentis veterum locis Jo. Pearson in Notis ad Ignatii *Epistolas*, p. 7, Alias θεολογεῖν et θεολογία de laudatione et celebratione Dei adhiberi ostendit Henr. Valesius ad Eusebii *Histor. eccles.* x, 3, pag. 190.

(98) Στήλη. Proprie columnam, tum vero titulum ac inscriptionem, columnis inscribi solitam, et aliam quamcunque, ac hinc notam cum dedecore conjunctam denotare solet, qui postremus significatus hic quoque locum obtinere videtur, quem alias in vocibus hinc derivatis στηλιτεύω et στηλιτευ-

ἀσεβείας· φωνὴ δίδοται ἐκ τῶν οὐρανῶν· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Ἐπισκόπει μοι, ἀγαπητέ, καθεκάστην λέξιν, ὅπως αὐταῖς συμπρόεισιν ὁ κατὰ τῆς ἀσεβείας ἄφυκτος ἔλεγχος· Οὗτός ἐστι, φησίν, ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. Τίς οὗτος ὁ ἐν ὕδατι βαπτιζόμενος, ᾧ ἀνεῳχθησαν οἱ οὐρανοί, ἐφ' ὃν τὸ Πνεῦμα τὸ ἐμὸν ἐν μορφῇ περιστερᾶς καταβαῖνον ἐκ τῶν οὐρανῶν συνεπιμαρτύρεται τοῦ βαπτιζομένου τὴν υἱότητα; Πάντα ἐμὰ διὰ τῶν ἐμῶν κτισμάτων, ὁ ἐμὸς Υἱός, τὸ θέλημα πληρῶν τὸ ἐμόν, τὴν σωτηρίαν καταπράττει τοῦ κόσμου· μόνης δὲ τοῦ Πνεύματος ἐξουσίας, τῷ ὁμοφυεῖ συμπαρούσης καὶ ἀνακηρυττούσης τῷ πράγματι τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος. Ἑτέρωθεν δὲ πάλιν τοῖς πάντα πράττουσι, πρὸς τὸ ἀρέσκειν ἀνθρώποις, ἐπιτιμῶν. Μισθὸν, φησὶν, οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Καὶ πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Καί· Εἷς ἐστιν ὁ Πατὴρ ὑμων ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τί δὲ καὶ ἀνέβλεπεν ὁ ἀγαθὸς Υἱὸς τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀλλότριον ποίημα τὸν οὐρανὸν, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς τὰ ὦτα ἐμβαλὼν τοῦ κωφοῦ ἥπτετο τῆς γλώσσης, πτύσας καὶ τῆς κωφώσεως ἀπέλυε τὸν κωφόν; Ἄλλο πάλιν πλάσμα πονηρὸν, ὡς οἱ θεομαχοῦντές φασιν. Τί δὲ, λέγοντος αὐτοῦ· Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦκεν ἡ φωνὴ λέγουσα, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω; Ἤδει μὲν γὰρ αὐτὸς ὅτι καὶ ἐδόξασε καὶ δοξάσει. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἤτει τὸν Πατέρα· αὐτὸς γὰρ ἔχων πάντα τοῦ Πατρὸς, καὶ μόνος εἰδὼς τὸν Πατέρα, οὐδὲ τοῦτο ἠγνόει· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ παρὸν τῶν ἀκροωμένων πλῆθος σαφῶς ἐπιγνῷ, καὶ μάθῃ, ὅτι καὶ παραιτεῖται τὸ πάθος ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐπιζητεῖ τοῦτο, πάντας διδάσκων ὡς ἐκὼν αὐτὸ ὑπέρχεται. Διὸ καὶ ἔλεγεν. Οὐ δι' ἐμὲ γεγονεν ἡ φωνὴ, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Ἐγὼ μὲν γὰρ ᾔδειν τὰ τοῦ Πατρὸς πάντα, καὶ οὐδὲν ἠγνόουν· οὐδὲ δι' ἐμὲ τὴν φωνὴν πρὸς αὐτὸν ἀφῆκα, οὐδὲ δι' ἐμὲ ταύτην αὐτὸς ἐβεβαίωσεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς· ἵνα γνῶτε ὅτι συντρέχει τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν τῷ θελήματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ πάθος δόξαν ὀνομάζω. Ὑπὲρ γὰρ ὑμῶν ἁπάντων προσήχθη, καὶ ἡ ἐξ οὐρανῶν πατρικὴ φωνὴ ἐβεβαίωσε τὰ αἰτηθέντα. Ἀλλὰ τέως μὲν τοσαῦτα περὶ τούτων.

Z'. Εἰ δέ γε τὸ πῦρ ποίημα τοῦ Πονηροῦ, πῶς ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, ὁ τοῦ ἀγαθοῦ Υἱὸς, τοὺς μυσταγωγουμένους αὐτῷ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ βαπτίζει καὶ πυρὶ, νὸ πλάσμα συνάπτων τοῦ Ἐχθροῦ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ δι' ἀντικειμένων ἁγιάζων τὸν βαπτιζόμενον; Ποῖος γὰρ ἄν τις τοῦτο παραδέξηται νοῦς; ποῖος οἴσει τὸ δύσφημον λογισμός; τίς δὲ οὐ καταγνοίη τῆς δυσσεβείας τὸ μέγεθος; Ὡς δὲ πάλιν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ποιεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα, τοῖς ἀλλοτρίοις ἔργοις ποιητὴν ἐπιγράφων ἑαυτόν. Τὴν γὰρ προ-

offeratur : *Hic est*, inquit, *Filius meus dilectus, in quo delectatus sum.* Quis est, qui in aqua baptizatur, super quo aperti sunt cœli, in quem Spiritus meus, habitu columbæ descendens ex cœlis, testatur baptizatum hunc esse Filium? Omnia mea sunt, quia omnia condidi : Filius quoque meus est, qui, voluntatem meam perficiens, mundo salutem conciliat, dum interim virtus Spiritus mei, quæ ipsi, unius et ejusdem naturæ mecum participi, præsens est, opere ipso palam facit, cum verum esse Filium. Alibi iterum eos, qui omnia ideo faciebant ut placerent hominibus, *Mercedem*, inquit, *non habetis apud Patrem vestrum in cœlis* [19]. Item : *Quanto magis Pater vester in cœlis dabit bonum petentibus ab ipso* [20]. Item : *Unus est Pater vester in cœlis* [21]. Et quid optimi Patris optimus Filius cœlum, alienam creaturam, respexit, digitisque in aures immissis, muti tetigit linguam, sputoque emisso mutum malo suo liberavit? Nova hic est creatura mala, ut Deo adversantes loquuntur. Qui vero ipso dicenti : *Pater, glorifica Filium tuum*, ex cœlo venit vox dicens : Et *glorificavi, et iterum glorificabo* [22]. Noverat enim et ipse, quod et glorificaverit, et glorificaturus sit. Neque propterea exorabat Patrem. Ipse enim omnia, quæ Patris sunt, habens, et solus sciens Patrem, neque hoc ignorabat. Ut vero præsens audientium turba perspectum haberet, discereique se et passionem instar hominis declinare; et tamen expetere, omnes docet se sponte sua illam subire. Hinc et ait : *Non propter me, sed propter vos vox ista facta est* [23]. Ego enim Patris consilia omnia noveram, neque quidquam eorum ignorabam. Neque propter me vocem ad ipsum emisi, neque propter me ille eam obsignavit, sed propter vos, ut sciatis voluntatem meam cum voluntate Patris conspirare, meque perpessionem gloriam appellare. Pro vobis enim omnibus hoc in me recipio. Hoc fine et precatio hæc, et Patris ex cœlo vox petita confirmavit. Atque hæc quidem de his sufficiant.

VII. Quod si vero ignis Mali opus est, quomodo bonus Deus, boni Filius, eos, qui ad ipsum adducuntur baptizat in Spiritu sancto et igne [24], creaturam Mali Spiritui sancto jungens, atque adeo per contraria baptizatum sanctificans? Quæ enim mens hæc capiat? quæ ratio inepta hæc ferat? quis vero impietatis magnitudinem non abominetur? quomodo itaque Deus bonus Angelos suos facit spiritus, ministros suos ignis flammam [25], alienorum operum se ipsum venditans conditorem. Propheticam enim illam vocem tanquam divinam et veritatis præco-

[19] Matth. VI, 19. [20] Matth. VII, 11. [21] Matth. XXIII, 9. [22] Joan. XII, 28. [23] ibid. 30. [24] Luc. III, 16. [25] Hebr. I, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

τικὸς frequenter observes. Compara Claudium Salmasium, *De cruce*, p. 268. Henric. Valesium, ad Eusebium, p. 32; et Anton. Muratorium, ad *Anecdota Græca*, p. 14 et 15.

omnis abominationis auctori acceptas ferre? Atque ille quidem tanto honore et gloria sacra legalia cingit, et Judæos, eo quod, quamvis ea colerent, digno tamen cultu non prosequerentur, tantis comminationibus et pœnæ obnoxios facit, ita quidem, ut illæ non tam ipsis quam tibi immittantur: tu autem ne sic quidem sentire vis, quanta sit tua calumnia. Et substantialis quidem Dei sapientia Scribis et Pharisæis *Væ* occlamat, quod non per omnia legi debitum cultum præstiterint, sed in levioribus quidem legem observarint, in gravioribus autem neglexerint. Tu vero, qui contra omnes et leges et sacra linguam acuis, imo et eos qui secundum legem versati sunt, in extremam impietatem pertrahis, non existimas pœnas multiplices te manere? Namque Servator: *Væ vobis*, ait, *o Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham et cyminum et deseruistis graviora legis, judicium et misericordiam, et fidem* [38]. At secundum apostatarum sermones non ideo, quod neglexerant præcepta legis, sed quod eorum observationem sectati erant, ad pœnas vocari debuissent. Quæ enim bono non placent, eorum ut praxis ud examen et pœnas vocat facinorosos; ita aversatio extra omne crimen collocat. Sed Servator noster ut Veteris, ita et Novi Testamenti dominus et auctor exsistens, contra recentem illam impietatem magis, quam contra Judaicam negligentiam, sententiam dicit. *Hæc enim*, inquit, *decebat facere, et illa non omittere* [39], legem veterem hoc modo per novam graviter et summa cum auctoritate stabiliens. Si igitur ab iis ideo, quod dimidiam legum partem neglexerant, tantam pœnam justus judex exigit, quantam vos dare debebitis, tam impudenter non ex negligentia, sed ex odio injuriam tantam in omnes leges effundentes? Et si illos, qui prophetarum sepulcra ædificabant, et justorum monumenta ornabant, pietatisque speciem ex parte assumebant, ex propheticidis quippe orti, non judicavit a culpa immunes, sed quia mentem a sanguinario patrum ingenio non diversam circumferebant, inevitabilibus suppliciis subjecit, quæ tandem pœna invenietur, quæ non longe subsidat infra scelus vestrum, qui contra prophetas magis, quam illi, cædes spiratis, et non solum ad structuram sepulcrorum monumentorumque vos convertitis, sed implacabilem contra eos etiam post mortem inimicitiam et injuriam nunquam superandam exercetis? Quod si vero mali principii cultores fuissent prophetæ divini, non solum non decebat maledictioni subjicere vel occisores eorum, vel occisorum posteros, eosque ad pœnam rapere, sed potius eximiis mactare honoribus. At enimvero bonus hominumque amans Servator noster, suorumque ultor servorum, non solum in primos cædis

A τόλμης πορρώτερω σε καὶ μωροῦ καὶ τυφλοῦ παραπέμπει, οὐ φρίττεις τῷ ἀρχεκάκῳ βδελύγματι τὰ ἅγια ἀναφέρειν; καὶ ὁ μὲν τοσαύτῃ τιμῇ καὶ δόξῃ περιτειχίζει τὰ νομικὰ ἱερά, καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι τιμῶντες μὴ κατὰ τὸ προσῆκον ἐτίμων, τηλικαύτης ἀρᾶς καὶ δίκης ἐνόχους ποιεῖ, οὐ κατ' ἐκείνων μᾶλλον ἢ κατὰ σοῦ ταύτας ἀφιείς. Σὺ δὲ τοῦ μεγέθους τῆς σῆς βλασφημίας οὐδ' οὕτως αἴσθησιν βούλει λαβεῖν. Καὶ ἡ μὲν αὐθυπόστατος τοῦ Θεοῦ σοφία τοὺς Γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους ἔτι καθυποβάλλει τῷ οὐαὶ, ὅτι μὴ διὰ πάντων τῷ νόμῳ τὸ σεβάσμιον ἔνεμον, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς μικροτέροις ἐνομοφυλάκουν, ἐν δὲ τοῖς μείζοσι παρηνόμουν. Σὺ δὲ κατὰ πάντων τὴν γλῶσσαν ὀξύνων καὶ νόμων καὶ ἱερῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς, ὅσοι ποτὲ κατὰ τόν νόμον ἐπολιτεύοντο εἰς ἐσχάτην ἀσέβειαν B ἕλκων, οὐκ οἶει πολυπλασίους τὰς ποινὰς ὑφέξειν; Καὶ γὰρ ὁ Σωτὴρ, Οὐαὶ ὑμῖν, ἐπιφέρει, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. Καίτοιγε κατὰ τὸν τῆς ἀποστασίας λόγον οὐκ ἐφ' οἷς παρεώρουν τὰ τοῦ νόμου, ἀλλ' ἐν οἷς ἔστεργον τὰς εἰσπράξεις, ἔδει τούτους ἀπαιτεῖσθαι. Ἃ γὰρ οὐκ ἔστι τῷ Ἀγαθῷ ἀρεστὰ, τούτων ὥσπερ ἡ πρᾶξις ἐν εὐθύναις τοὺς ἑλομένους ἀπάγει (49), οὕτως ἡ φυγὴ πάσης ἀνωτέρω τίθησιν αἰτίας. Ἀλλ' ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ὁ τῆς Παλαιᾶς ὥσπερ καὶ τῆς Καινῆς κύριος ὑπάρχων καὶ δεσπότης, κατὰ τῆς νεωτεριζούσης ἀσεβείας μᾶλλον ἢ τῆς Ἰουδαϊκῆς ὀλιγωρίας τὴν ψῆφον ἐκφέρει· Ταῦτα C γὰρ ἔδει, φησὶ, ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, νόμῳ τὸν νόμον τὸν παλαιὸν τῷ νέῳ σφόδρα καὶ μετὰ πολλῆς ἀσφαλισάμενος τῆς κυριότητος. Εἰ οὖν παρ' ἐκείνων, ὅτι τὰ ἡμίσυ παρεώρων τῶν νομίμων, τηλικαύτην δίκην ὁ δίκαιος κριτὴς λαμβάνει, ὑμῖν τίς ἂν ἐξαρκέσῃ δοῦναι καὶ ταῦτα οὕτως ἀνέδην οὐκ ἐξ ὀλιγωρίας, ἀλλ' ἐξ ἀπεχθείας, θεομάχον τηλικαύτην ὕβριν κατὰ πάντων ἀπορρίπτουσιν; Καὶ εἰ ἐκείνους τοὺς τῶν προφητῶν οἰκοδομοῦντας τάφους, καὶ τὰ τῶν δικαίων μνημεῖα κοσμοῦντας, καὶ μέρει τινὶ τὸ τῆς εὐλαβείας σχῆμα περιβαλλομένους, τῆς προφητοκτόνου σπορᾶς ἀνευθύνους οὐκ ἀφῆσιν, ἀλλ' ὅτι τὰς γνώμας πρὸς τὴν πατρῴαν μιαιφονίαν οὐδὲν D ἐχούσας εὐλαβέστερον ἔφερον, καὶ τιμωρίαις ἀπαρακλήτοις ὑποβάλλει, ὑμᾶς κατὰ τῶν προφητῶν πολὺ πλέον ἐκείνων μιαιφονοῦντας, καὶ οὐ μόνον πρὸς οἰκοδομὴν τάφων καὶ μνημείων ἐπιστροφὴν τινα δεχομένους, ἀλλ' ἄσπονδον τὴν κατ' αὐτῶν ἔχθραν καὶ μετὰ θάνατον, καὶ τὴν ἀνυπέρβλητον κρατύνοντες ὕβριν, τίς ἂν τιμωρία τὴν δίκην εὑρεθείη μὴ πολὺ ἐλάττω τοῦ τολμήματος ἀπαιτοῦσα· Καίπερ εἰ τῆς κακεργέτιδος ἦσαν οἱ θεοφόροι προφῆται θεραπευταὶ, οὐ μένον οὐκ ἐχρῆν ἀραῖς ὑποβάλλεσθαι οὔτε τοὺς ἀνελόντας αὐτοὺς, οὔτε μὲν τοὺς

[38] Matth. XXIII, 23. [39] ibid. 24.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(49) Ἀπάγει. Ita scripsi pro ὑπάγει, quod ms. mendose præferebat. Hoc enim verbum cum sequente ἑλομένους conjungi nequit.

ἐκ τῶν προφητοκτόνων φύντας, οὐδ' εἰς ποινὰς ἄγειν, ἀλλὰ ταῖς πρώταις δεξιοῦσθαι τιμαῖς· Ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν Σωτὴρ, καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἐκδικητὴς οὐκ εἰς τοὺς αὐτουργοὺς μόνον τῶν μιαιφόνων καὶ τὰς τῆς μιαιφονίας εὐθύνας περιγράφει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων παῖδας ὄφεις καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν ἀποφαίνων ἄφυκτον αὐτοῖς ἀναμένειν τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς προαγγέλλει. Συνέχων δ' ἔτι μᾶλλον τὰ νέα τοῖς παλαιοῖς καὶ τὰ παλαιὰ συνάπτων τοῖς νέοις, καὶ τὸ ἐν ἀμφοῖν πλημμέλημα δι' ἴσου δεικνὺς εἰς καταδίκην ἄγον, δι' ἧς καὶ τὰ τῆς τιμῆς, αὐτοῖς συνεισάγεται τῆς ἴσης καὶ ὁμοίως κληρουχίας μετεσχηκότα· Διὰ τοῦτο ἐγὼ, φησὶν, ἀποστελῶ πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. Πρόσχες· Ὅπως ἂν ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς, πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσασε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ [τοῦ θυσιαστηρίου. Ὁρᾷς, ὅπως τῆς αὐτῆς ἐνόχους καὶ μιαιφονίας καὶ τιμωρίας ἀποφαίνει, ὅσοι τε τὰς παλαμναίους χεῖρας κατὰ τῶν πρὸ τῆς χάριτος Θεῷ εὐαρεστησάντων ἐπανετείναντο, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνων, ὧν ἡ χάρις τὸ πολίτευμα, καὶ οὓς αὐτὸς εἰς τὰς τῶν Ἰουδαίων συναγωγὰς καὶ πόλεις τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κηρύσσειν ἀπέστειλε, τὴν αἱμοβόρον λύσσαν ἐναπεχέαντο. Οὕτως τὴν χάριν καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος τιμῶν τε καὶ ἀποδεχόμενος ὁ ἑκατέρας καὶ δημιουργὸς καὶ νομοθέτης καὶ διὰ πάντων τὴν αὐτῶν παριστῶν συμφωνίαν, μετέχειν τε δεικνὺς ὁμοτίμου σεβασμιότητος, πανταχόθεν τῆς ἀσεβίας ἅπασαν πρόφασιν προεκτέμνει.

auctores homicidii pœnas transfert, sed et progeniem eorum serpentes et serpentum fetus appellans, inevitabilem ignis gehennam eos manere prænuntiat. Adhuc vero magis nova cum veteribus conjungens, et vetera novis adaptans, atque id, quod utrinque peccatur, æqualem pœnam promereri ostensurus, quo ipso simul subinnuitur, utrisque eumdem cultum eumdemque dignitatis locum adjudicatum esse: *Propterea ego*, inquit, *mittam ad vos prophetas et sapientes, et scribas, et ex illis nonnullos cædetis in synagogis vestris, et persequemini ex una urbe in aliam*[40]; attende nunc! *Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram inde a sanguine Abelis justi usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis intra templum et altare*[41]. Videsne, quomodo eidem et cædi et pœnæ obnoxios pronuntiet, tum eos, qui impias manus intulerunt iis qui ante gratiæ tempus Deo placuerunt, tum illos qui in homines sub gratia viventes eosque omnes, quos ipse regnum suum annuntiaturos in urbes et synagogas miserat, sanguinarium furorem effuderunt. Ita et tempus gratiæ, et ea quæ illud antecesserunt, æstimans et magni faciens Jesus, utriusque auctor et conditor, et ubique utriusque consensionem stabiliens, ac eodem cultu prosequenda ostendens, omnem impietatis prætextum præscindit.

ΛΑ'. Ἔδει δ' οὖν τοὺς ἀποστάτας, εἰ καὶ μὴ τὴν μίαν ἀρχὴν εἰς δύο διχάζοντας, μηδ', ἐπειδὰν τὰ τοῦ νόμου διαγελῶσι μυστήρια (καίτοι πῶς ἀνειμένος εἶπον μηδ' ἡνίκα τὴν κτίσιν συλᾷν ἐπιχειροῦντες τοῦ κτίστου, κακοὶ κακὸν κακίστῳ δῶρον προσφέρωσιν;)· ἔδει γοῦν αὐτοὺς εἰ καὶ μὴ ἐπ' οὐδενὶ τούτων, μηδ' ἐφ' ᾧ τοῦ προφήτου ὑβρίζουσι, καίτοι τηλικούτων τὴν ἀτοπίαν ὄντων, ἀλλ' οὖν, ἐπειδάν γε τὸ ἑαυτῶν σῶμα πονηρὸν καὶ πονηρᾶς πλάσεως λέγωσιν, αὐτίκα καταδύεσθαι. Ἀλλὰ ποῦ γῆς; Ζητεῖν δὲ καὶ τῶν ὑποχθονίων εἶνι βαθύτερον, οὐχ ὅτι ἐκείνων πρὸς ἀθεότητα τοῦτο βαρύτερον, ἀλλ' ὅτι καὶ, δι' οὗ τὴν βλάσφημον φωνὴν ἀφιεῖσιν, ἐξ ἀθέου πλάσματος ὁμολογοῦντες λαμβάνειν τὸ ὄργανον, οὐκ αὐτίκα ῥίπτουσι πάντα, καὶ φεύγουσι τὴν ἀσέβειαν, ὀργάνῳ πονηρίας βοῶντες ὡς, ἐν οἷς ταῦτα φθέγγονται, κέχρηνται. Ἀλλ' ἔτι τολμῶσι πρὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων βλέπειν πρόσωπα. Ἄνθρωπε, τί λέγεις; Δύο ἀρχαί; ἀλλὰ διὰ τοῦ πονηροῦ ταῦτα φθέγγῃ στόματος. Ὁ νόμος πολεμίας ἀρχῆς, καὶ μαχομένης τῇ χάριτι; ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ τῆς πονηρίας ἀπήχησεν ὄργανον· οἱ προφῆται μοίρας χείρονος; ἐκ τοῦ αὐτοῦ αὐτοῦ τῆς κακίας σκεύους καὶ τοῦτο προχεῖται. Τὸ σῶμα πονηρὸν καὶ πονηρᾶς δημιουργίας, καὶ τί μὴ σιγᾷς τὴν ἐσχάτην σιγήν; ἀλλ' ἔτι φθέγγῃ καὶ χαρίζῃ τῷ οὕτω σε πονηρῶς καὶ ἐβδελυγμένως ὑποστήσαντι, ὥστε μηδὲ φθέγγεσθαι δύνασθαι μηδὲν ὅλως σωτήριον, μηδὲ

XXXI. Decebat igitur apostatas, etiamsi unum principium in duo non distinguerent, hoc saltem nomine, quando legis mysteria rident (sed quomodo hæc facilior et remissior dico de hominibus, qui creaturam Conditori subripere ausi pessimi pessimo pessimum donum offerunt?); decebat, inquam, eos, si vel maxime nullo horum et ne eo quidem, quod prophetas calumniantur, crimine tenerentur, in omni ista sua insolentia, saltem hoc nomine, quod corpus suum malum et a mala manu profectum dicunt, confestim se præ pudore abscondere. At ubi terrarum? Imo vero subterranea, et si quid his profundius est, quærere loca debent, non quod hoc quod ad impietatem prioribus gravius sit, sed quod membrum illud, per quod voces blasphemas emittunt, ab impia origine se accepisse profitentes, non statim abjiciunt omnia et impietatem fugiunt, clamantes se, dum ista quidem loquerentur, malitiæ instrumento usos esse. Et vel sic tamen homines isti in aliorum conspectum venire audent? Quid ais, homo? Duone sunt principia? sed tu quidem ore impio ista profers. Lex, inquis, est a principio hostili, et gratiæ opposito, sed et hunc sonum malitiæ instrumentum edit; prophetæ malum agnoscunt auctorem? At ex eodem malitiæ vase et illud profluit. Corpus est malum et mali conditoris? Et qui non ad extremum te

[40] Matth. xxiii, 34. [41] Ibid. 35.

silentium componis, sed pergis loqui et gratificari illi, qui adeo malum te et abominandum reddidit, ut nihil omnino sani proferre possis, quod a summa feritate et mendacio remotum sit ? Namque malitiæ thesaurus non potest nisi malitiam et errorem ut recipere, ita et proferre : quomodo enim lingua mendacis vera dixerit, aut quomodo malitia meditetur quidquam boni ? Mendacium veritatem dicere refugit. Et quomodo tu tibimet ipsi credis loquenti, cum mendacii sis instrumentum ? Si vero ego largiar et opiner te longe aliter sentire quam loqueris, multo te et sapientiorem et prudentiorem repræsentavero, quam si quis alius iis te vere delectari dicat, quæ proponis. Si enim hæc a malis instrumentis proficiscuntur, ac propterea mala aut falsa sunt, nonne, quippe in malis, levius peccatum est, ea quæ verbis contraria sunt, amplecti, quam cum lingua mentem quoque ipsam corrumpere. Quod si igitur ejusmodi homo de principiis loquitur, unum illum credere convenit ; si de lege gratiæ adversa, utriusque conversionem astruere censendus est ; si chorum prophetarum malum dixerit, nemo aliunde magis convincetur eum bonum esse. Si corpus ad malum referat, pro evidentissima demonstratione habe id manus esse beneficæ. Videte mihi insaniæ abyssum et impietatis magnitudinem, in iis hominibus qui nequidem in rebus imaginariis ratione certa uti possunt. Itaque nec incantando aures fascinare fas est, quia hoc ipso insanabili culpæ subjici eas merito quis affirmarit. Atqui, inquam ego, si quis salutaribus incantamentis aurem præbeat, initium faciet ad pristinam nobilitatem redeundi : sin minus, vel ex inde sententiam non revocandam ipse in se ipsum fert, quod pravam transformationem bonæ formationi omnino præfert, et mutationem in deterius, cum bonam decuisset, servat constanter. Non quippe incantatori potest vitio dare, quod silet, sed silentii causam sibi exprobrare omnem, culpæque omnis se reum facere debet, qui suam ipsius insaniam et cæcitatem pro silentii culpa nobis venditat. Propterea et reliqua his junge.

τῆς βαθείας μέθης καὶ ψευδολογίας ἐλεύθερον. Ὁ γὰρ πονηρίας θησαυρὸς οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἢ τὰ τῆς πονηρίας καὶ πλάνης ὥσπερ θησαυρίζειν, οὕτω δὴ καὶ προβάλλεσθαι· ἡ τοῦ ψευστου γλῶσσα πῶς ἂν ἀλήθειαν εἴποι ; ἡ πονηρία πῶς ἐννοήσοι τὴν ἀγαθότητα ; τὸ ψεῦδος λέγειν φεύγει τὴν ἀλήθειαν. Καὶ πῶς σὺ σαυτῷ πιστεύεις λέγοντι, τοῦ ψεύδους ὑπάρχων ἐργαστήριον. Ἐγὼ δὲ σε φρονεῖν τάναντία, ὧν λέγεις, ἐξιὼν, καὶ νομίζων, πολὺ σωφρονέστερον ἂν καὶ συνετώτερον εἰσάγω, ἢ εἴτις σε στέργειν, ἃ λέγεις, τίθησιν. Εἰ γὰρ ἐκ πονηρῶν ὀργάνων ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο πονηρὰ ἢ ψευδῆ, πῶς, ὡς ἐν κακοῖς, οὐ πολλῷ κουφότερον τὰ ἐναντιώτατα τῶν ῥημάτων πρεσθεύειν, ἢ τῇ γλώττῃ καὶ τὸν νοῦν συνδιαφθείρεσθαι. Διὸ (50) λέγει ἀρχάς· μίαν προσῆκε φρονεῖν. Πολέμιος ὁ νόμος τῇ χάριτι. τὴν συμφωνίαν κηρύττειν αὐτῶν· Τῶν προφητῶν φαῦλος ὁ χορός· καὶ πόθεν ἄν τις γνοίη μᾶλλον, ὅτι χρηστός. Το σῶμα πλάττει τοῦ πονηροῦ· ἀρκεῖ πρὸς τελευταίαν ἀπόδειξιν, ὅτι παλάμης ἐστὶ τῆς ἀγαθουργοῦ. Ὁρᾶτε τὸ τῆς ἀνοίας βάθος, τὸ μέγεθος τῆς ἀθεότητος, τῶν μὴ δυναμένων ἔχειν λογισμῶν οὐδ' ἐπὶ φαντασίαις πλαττομέναις ὑπόστασιν. Οὐκοῦν (51) οὐδ' ἐπᾴδειν ὅλως δεῖ ταῖς ἀκοαῖς, ὅτι τὸ αὐτὸ τῆς αἰτίας ἀνίατον εἶποι τις ἂν ταύτας ἐπινέμεται. Φαίην ἂν ἔγωγε· εἰ μὲν γὰρ τις τῶν σωτηρίων ἐπῳδῶν παραδέξοιτο, ἀρχὴν λαμβάνει πρὸς τὴν προτέραν ἐπαναδραμεῖν εὐγένειαν· εἰ δέ μὴ, καθ' ἑαυτοῦ γε, κάντεῦθεν τὴν ψῆφον αὐτὸς ἀφίησαν ἄφυκτον, πονηρὰν μετάπλασιν τῆς ἀγαθῆς πλάσεως καθόλου ἑαυτὸν ἀνθελόμενος, καὶ τὴν πρὸς τὰ χείρω μεταβολὴν (δέον τὸ ἀγαθὸν) συντηρήσας ἀμετάβλητον. Οὐκοῦν οὐ τὸν ἐπᾴδοντα σιγᾷν, ἀλλὰ σιγῆς ἑαυτὸν πάσας στηλιτευει καὶ διὰ πάντων ὑπεύθυνον, ὃς τὴν οἰκείαν ἐξ ἀπονοίας πώρωσιν σιγῆς ἡμῖν αἰτίαν ἐπέσειεν. Διὸ δὴ σύναψαι καὶ τὰ λείποντα.

XXXII. Servator noster hominum amantissimus et optimus, qui venit, ut peccata mundi tolleret, tum morbis aliis et ærumnis liberavit homines, tum multis peccatorum remissionem largitus est, factæque remissionis argumentum a sanatione corporis petiit et aliis proposuit. Jam vero si mali conditoris opus esset corpus, sicut homines blasphemi audacter tradunt, fieri certe non poterat, ut illud solius bonæ divinitatis beneficium, veniam nempe peccatorum, in fidem confirmationemque per pravitatem suam reciperet. Idem enim hoc est, ac si dicas malitiæ compagem fontem esse, ex quo bonitas scaturiat, siquidem remissio peccatorum ex sanatione corporum, quæ malitiæ sunt progenies, procederet. At enimvero Servator noster non

ΛΒ'. Ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Σωτὴρ καὶ ὑπεράγαθος, ὁ τὰς ἁμαρτίας ἐπιδημήσας ἆραι τοῦ κόσμου, τῶν ἄλλων νοσημάτων καὶ παθῶν τὸ γένος ἐλευθερῶν, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων πολλοῖς ἄφεσιν ἐχαρίζετο, καὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἀφέσεως ἀπὸ τοῦ σώματος θεραπείας ἐλάμβανέ τε καὶ παρείχετο. Καίπερ εἰ πονηρᾶς ἦν τὸ σῶμα διαπλάσεως, ὡς βλασφημία θρασύνεται, οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν τὸ μόνης τῆς ἀγαθῆς θεότητος ἀγαθούργημα, τὴν τῶν πλημμελημάτων συγχώρησιν, τὸ πιστῶν καὶ βέβαιον διὰ τῆς κακίας ἐπιδέχεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ἐστιν ἄλλο λέγειν, ἢ τὴν τῆς κακίας σύστασιν πηγάζειν τῆς ἀγαθότητος τὴν ἐνέργειαν, εἴπερ ἡ μὲν ἄφεσις τῶν ἁμαρτημάτων ἐκ τῆς τῶν σωμάτων θεραπείας προείη, τὰ δὲ τῆς κακίας ὑπάρχει γεννήματα. Ἀλλ' ὁ Σω-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(50) Διό. Fortasse legendum est δύο. Bina enim erant principia, quæ Pauliciani venditabant. Interim et particula διὸ locum tueri potest, quippe qua ad argumentationem opus esse videtur, præcipue, cum legendi constet, non plura quam duo principia istis hominibus recepta fuisse.

(51) Οὐκοῦν. Obscurior in his est Photius et subtilior. Mentem tamen ejus assecutum me esse spero.

τὴρ οὐ μόνον λόγῳ τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας ἐβράβευεν, ἀλλὰ καὶ χειρὶ, Πάλιν ἀλλαχοῦ κρατεῖ χειρὸς, ἧς μὴ πλάστης ἦν, καὶ τὸ κοράσιον ἐγείρει, καὶ τὸν υἱὸν ἀνίστα τῆς χήρας, καὶ καλῶς ἀποσκευασθὲν τῆς ψυχῆς σῶμα πάλιν ἐπαναστρέφει, καὶ συνάπτει ταύτῃ, ὃ καλὸν μὲν ἦν κατὰ τὴν θεομάχον γλῶτταν μηδ' ὅλως λαβεῖν, δεύτερον δὲ λαβοῦσαν θάττον ἀποθέσθαι, χείριστον δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν συναφθῆναι πάλιν. Καὶ ὁ τὸ κράτος ἐλθὼν καταλῦσαι τοῦ ἐχθροῦ, πάσῃ δυνάμει κρατύνειν αὐτοῦ τὰ ἔργα φιλονεικεῖ. Καὶ τί λέγω κρατύνειν ; μενοῦνγε τὴν τυραννίδα πολλάκις λυομένη, τοῦτο μὲν οἷς ὑπέκειτο τὰ ταύτης ἔργα παντοδαποῖς νοσήμασι δαπανώμενα, τοῦτο δὲ οἷς διεσπᾶτο τῷ θανάτῳ καὶ τῷ φθορᾷ παρεδίδοτο, αὐτὸς ὁ τῆς τυραννίδος καθαιρέτης παρ' ὅλον τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ τὸν καιρὸν, ἀνακαινίζων ταύτην ὥφθη τῆς φθορᾶς ἀνιστῶν, τῶν παθῶν ἀπαλλάττων, καὶ τοσαυτάκις, ὁσάκις νεκροὺς τε εἰς ἀναβίωσιν ἦγε καὶ τῶν σωμάτων τὰς νόσους ἀπῄλαυνε.

ΛΓ'. Καὶ τὸ ἔτι μάλιστα δυσανασχετούμενον, ὅτι περ ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν διά τε τῶν αὐτοῦ θεοφόρων μαθητῶν, καὶ ἃ τὴν ἐκείνων μετῆλθον διαδοχὴν, οὐ λήγει ταύτην διὰ τῶν ὁμοίων πράξεων συγκαταπράττων καὶ συγκατασκευαζόμενος. Ἆρα ἔστι τι τῆς τοιαύτης ἐμπληξίας, ἢ παρ' Ἕλλησιν ἢ παρὰ Βαρβάροις ἐμπληκτότερον ἢ ἀθεώτερόν τι λαβεῖν ; Ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, οἶμαι δὲ οὐδ' ἄλλως ὁρᾷν οὐκ ἀνάξιος. Πυνθανομένοις μέν τοι τοῖς Φαρισαίοις εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ὅρα, πῶς οὐκ ἀλλαχόθεν, οὐδ' ἐκ τῆς ἰδίας ἐξουσίας καὶ τῶν τῆς χάριτος δογμάτων ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς ἀρχαιογονίας καὶ τὴν λύσιν αὐτῶν τῆς ἀπορίας καὶ τὴν ἐπιτίμησιν ἐπάγει. Οὐκ ἀνέγνωτε γὰρ, φησὶ ὅτι ὁ ποιήσας αὐτοὺς ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς ; διδάσκων, μὴ δεῖν ῥᾳδίως διαλύεσθαι τὰ συνοικέσια μηδ' οὕτως προπετῶς, πρὸς ἃ συνωθεῖ τὸ τῆς ὁρμῆς ἀκόλαστον, καταφέρεσθαι. Καὶ ὅτι τὴν δημιουργίαν αὐτὴν διδάσκαλον ἔχοντες τοῦ μήτε (52) πλείοσι μιᾶς γυναιξὶ συνάπτεσθαι, μήτε διασπᾷν τὴν συνάφειαν, οὐκ ἠθέλησαν οὔτε τὴν ἐντολὴν ἐκ τοῦ Μωσαϊκοῦ διδασκαλείου μαθεῖν, οὔτε τὸ ἄπορον (53) ἐπιλυόμενον συνιδεῖν ; Ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖθεν πρὸς ἑκάτερον παραταξάμενος μόνον λοιπὸν ἴδιον τὸν παλαιὸν ποιεῖται, ἐαὶ δι' ἐκείνου πλέκει τὸν τῆς χάριτος. Ὁ γὰρ ἐκ μὴ ὄντων ἅπαντα παραγαγὼν, δι' ὧν εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν μορφώσας διήρθρωσε, καὶ εἰς ἓν ἀλλήλοις συνήρμοσεν, ἐκεῖνός ἐστι, φησὶν, ὁ καὶ τὰ σπέρματα τοῦ νόμου καταβαλὼν, ὅς μὴ δεῖν μοχθηρίᾳ γνώμης ἀπ' ἀλλήλων τοὺς στναφθέντας

[42] Matth. xix, 4.

solum verbis, sed et manu sua, sanationem corporum condecoravit. Alibi enim apprehendit manum, cujus tamen non erat conditor, et puellam excitat, et filium viduæ in vitam revocat, corpusque ab anima optimo consilio separatum, reducit, et cum eadem conjungit. Atque id tamen secundum impiam hominum illorum linguam ita comparatum est, ut præstitisset nunquam illud accepisse, vel acceptum quam citissime deponere ; pessimum vero sit, depositum iterum junctum videre. Qui vero venit ad potentiam hostis frangendam, is pro viribus opera ejus stabilire annitur. Quid, inquam, stabilire ? imo vero destructor tyrannidis illius per totam suam vitam visus est ipsum hoc tyrannicum dominium, sæpius nunc quidem variis morbis, quibus opera ejus subjecta erant ; nunc autem morte et corruptione, cui morbis consumpta tradebantur, destructum iterum instaurare, modo ab interitu excitans, modo a malis liberans, idque toties, quoties mortuos in vitam revocavit, et morbos a corporibus propulsavit.

XXXIII. Et, quod adhuc minus ferri posse videtur, inde ab eo tempore usque ad præsens, non desistit tum per discipulos suos divino Spiritu actos, tum per eos qui hos in officio exceperunt, similibus actionibus idem dominium confirmare et perficere. Nunquid vero vel apud Græcos vel apud Barbaros quidquam est magis barbarum aut impium, quam quidem hoc ? Ego quidem tale quid nusquam video, neque putem me, ut viderem, alioquin indignum esse. Cum Pharisæi aliquando quærerent, num liceat homini quacunque de causa uxorem suam dimitterre, vide mihi, quomodo non aliunde, nec ex propria potestate, aut ex gratiæ doctrina Dominus noster, hominum amantissimus, sed ex ipsa creationis historia et objectionem eorum solvat, et reprehensionem formet. *Nonne enim legistis*, inquit, *quod quid fecit eos ab initio, marem et feminam fecit eos* [42] ? clare per ipsam hanc formationem diversam docens, non tam facile solvere licere connubia, neque tam temere eo abripi, quo impetus difficulter coercendus impellit. Cumque creationem ipsam magistram haberent, quod nec plures una conjuges ducere, nec conjugium dirimere liceat ; illi tamen nec præceptum hoc ex disciplina Mosaica discere, neque difficultatem solutam videre volebant. At ille inde contra utrumque decertans, veterem tantum regem propriam sibi fecit, atque hinc eam, quæ gratiæ est, nectit. Qui enim ex non exsistentibus omnia produxit, ex quibus humanam naturam in masculum et feminam formando finxit, utrumque in unum conjunxit ; is, inquit, idem est, qui et hujus legis semina spar-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) Μήτε. Ita scripsi pro ἤτε, quod non admittit sequens μήτε.

(53) Ἄπορον. Hanc vocem reposui pro ἄσπορον quo erat in ms. Ἄπορον enim æque ac ἀπορία paulo ante nodum vindice dignum significat.

sit; et præcepit quod non liceat ex iniqua animi sententia semel conjunctos a se invicem separare, neque immodicas sectari cupiditates, et introducto polygamias vitio hominum generationem contaminare. Vides, quomodo inde ab originibus mundi Mosaicis legem suam repetat, atque inde initium suum habere ostendat. Postea non Judæos magis per Creatorem et creationem ad silentium redigens, quam eos omnes qui eo provecti sunt, ut humanam naturam calumnientur, et generationem hominum ex se invicem convicientur, post pauca subjungit: *Quod igitur Deus conjunxit, homo ne separet* [43]. Non decet, inquit, quas Deus condidit leges, humanis consiliis evertere, neque creaturæ convenit, contra Creatorem leges ferre. Neque solum in eam dignitatem Mosaicam physiologiam evehit, sed et cum Judæi pro commendatione sententiæ suæ et opinionis Mosen proferrent et objicerent, quippe qui ipsis permiserit dimittere uxores, nihil ipsi reprehensionis impegit, neque crimini eum fecit obnoxium. Sed, quamvis ex ipsa creatione primæva et ex Judæorum exceptione occasionem nactus esset, causam hujus rei in Mosen referendi, adeo tamen se a Mose accusando abstinuit, ut eum potius sapienter tanquam dispensantem egisse profiteatur. *Moses enim*, inquit, *ob duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores* [44]. Hoc est, non ipse pœnitentia ductus, veterem illam, quamque ipse scripsit, legem negligens ad alterum illud se convertit, neque quam acceperat latentem, gratiam divinam creationem exponendi, suis ratiociniis postposuit, atque adeo nec divisionis hujus causa exstitit, sed durities cordis vestri omnem in vos causam refert. Cum enim illa perfectam legis rationem recipere nollet, et prioris illius præcepti mutationem vobis peperit, et affectibus vestris frenum boni ordinis nonnihil laxare coegit. Neque enim vir, qui Deum vidit, neglecto creationis præcepto, ad aliud digressus est, sed vestra repugnantia a rigore ejus remittere aliquid per dispensationem suasit: ne forte, cum connubium nexum juberet esse indissolubilem, durities et rigiditas mentis multo pejora efficeret, homicidio scilicet solutionem procurans, quam vi legis et doctrinæ non liceret efficere. His ratiociniis et argumentis Servator flagitium Judæorum castigat quidem, sed et simul quæstionem sophistice prolatam solvit, omnesque docet ut eum sciant nostrum esse conditorem, cujus etiam hæc lex est, ut maritus ab uxore non recedat. Quæ quidem initio ipsa creatione et conjunctione in antecessum adumbrata, deinde vero consilio et verbis ipsis promulgata et diserte proposita est. Namque Trinitatis infinitæ et omnipotentis ut bonitas et regnum et potentiam, ita

A κελεύει διίστασθαι, μηδ' ὑπερορίους ἡδονὰς, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν ὑβρίζειν πολυγαμίας μιασμῷ (54) Ὁρᾷς ὅπως ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογενείας τὸν ἑαυτοῦ διαπλέκει νόμον καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἔχειν ἐπιδείκνυσι τῆς θέσεως. εἶτα οὐ τοὺς Ἰουδαίους μᾶλλον ἐπιστομίζων διὰ τοῦ πλάστου καὶ τῆς πλάσεως, ἀλλὰ καὶ πάντας, ὅσοι δυσφημεῖν τὸν ἄνθρωπον παρηνέχθησαν, καὶ τὴν ἐξ ἀλλήλων προπηλακίζουσι γέννησιν, μετ' ὀλίγον ἐπάγει. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωρίζέτω. Οὐ δεῖ, φησὶν, οὓς ὁ Θεὸς ἐπηξε νόμους ἀνθρωπίνοις παράκινεῖσθαι σπουδάσμασιν, οὐδ' ἀντινομοθετεῖν τὸ πλάσμα τῷ Πλάσαντι. Καὶ οὐ μέχρι τοσαύτης τιμῆς τὴν Μωσαϊκὴν φυσιολογίαν ἀνάγει, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ συστάσει τῆς ἰδίας γνώμης τε καὶ
B δόξης ἀντιπροβαλλομένων τε καὶ ἀνθυποφερόντων τὸν Μωσέα, ὡς αὐτὸς αὐτοῖς ἐπέτρεψεν ἀπολύειν τὰς γυναῖκας, οὐδὲν εἰς αὐτὸν οὐδαμῶς ἀπερρίψε μέμψεως, οὐδ' ὑπαίτιον ἐποιήσατο. Ἀλλὰ καίτοι ἔχων καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἐκ τῆς δημιουργίας ἀφορμὴν παροξύνουσαν, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀπορίαν εἰς τὸν νομοθέτην τὴν αἰτίαν ἐνεγκεῖν, τοσοῦτον ἀπέχετο τὸ ὑπεύθυνον ἀποφῆναι τὸν Μωσῆν, ὥστε καὶ τοῦ τῇ οἰκονομοῦντος ἐπεκόσμησε σοφίᾳ. Μωσῆς γὰρ, φησὶ, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας, τουτέστιν, οὐκ αὐτὸς ἐν μετα-
C μελείας, τὸν ἀρχαῖον, καὶ ὃν ἔγραψεν, ὑπεριδὼν νόμον πρὸς δευτέραν ἀπόφασιν ἐπεστράφη, οὐδ' ἣν χάριν ἔλαβε λανθάνουσαν καταγγεῖλαι θείαν δημιουργίαν λογισμῶν ὀπίσω θέμενος, οὐδεὶς αὐτὸν ὁρᾷ τοῦ διεσίου (*sic*) τὸ ὑπαίτιον, ἀλλὰ τὸ ὑμέτερον σκληροκάρδιον εἰς ὑμᾶς πᾶσαν ἀναρτᾷ τὴν αἰτίαν. Μὴ βουλόμενον γὰρ παραδέχεσθαι τὴν τελειότητα τῆς νομοθεσίας, καὶ τοῦ πρωτέρου νόμου τὴν μεταβολὴν ὑμῖν κατεπράξατο καὶ ταῖς ὁρμαῖς καθυφεῖναι τὸν τῆς εὐταξίας χαλινὸν ἐδιάσατο. Οὐ γὰρ ὑπερορῶν ποθεν ὁ θεόπτης τὸ τῆς δημιουργίας πρόσταγμα πρὸς ἕτερον ηὐτομόλησεν, ἀλλὰ τὸ ὑμῶν ἀπαράδεκτον οἰκονομίᾳ λῦσαι τὴν ἀκρίβειαν συνεβούλευσεν, ὡς ἂν μὴ, τῆς συναφείας ἐχούσης τὸ ἀδιάλυτον, τὸ σκληρὸν τῆς γνώμης καὶ τὸ ἀνήμερον, τὰ πολλῷ κατεργάσοιτο χείρονα, φόνῳ τὴν λύσιν, ὅτι μὴ ἔξεστι δόγματι, ἐπιμηχανώμενον. Τοιούτοις λογισμοῖς ὁ Σωτὴρ καὶ ἐνθυμήμασιν ἀπορράπτει μὲν τῶν
D Ἰουδαίων τὸ κακούργημα, λύει δὲ τὸ σεσοφισμένον τῆς ἐρωτήσεως. Καὶ παιδεύει πάντας, ἐκεῖνον ἡμῶν εἰδέναι δημιουργὸν, οὗ καὶ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς νόμος ἐστὶ μὴ διΐστασθαι. Καταρχὰς μὲν τῇ διαπλάσει καὶ συναφείᾳ οἱονεὶ τυποῦμενος προβουλεύματι, ὕστερον δὲ καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐμφανιζόμενός τε καὶ διαῤῥήδην κηρυττόμενος. Καὶ γὰρ κοινόν ἐστι καὶ ἀμέριστον τῆς ὑπερουσίου καὶ παντοκρατορικῆς Τριάδος, ὥσπερ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις οὕτω καὶ τῆς δημιουργίας καὶ τῆς

[43] Matth. 6. [44] ibid. XIX, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Μιασμῷ. Sic scripsi pro μίασμα, quod ms. exhibebat. Forte etiam recte legeris μιάσματι.

νομοθεσίας τὸ ἀξίωμα. Διὸ καὶ τοῦ παρόντος νόμου (55) κατὰ μὲν τὴν ἀρχαιογονίαν ὁ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς ὁμοούσιος τὰ σπέρματα καταβάλλεται, σάρκα δὲ λαβὼν τὴν ἡμὴν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος ἐμπολιτευσάμενος καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἀπαρτίζει τοῦτον καὶ ἐκτίθησι. Καὶ πῶς οὐκ ἄν τις φρίξειε τῆς ἐναντίας μοίρας ἢ τὴν πλάσιν ἡμῶν, ἢ τὸν Μωσέα, ἢ τὴν κοσμογένειάν μὴ ὅτι φθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ λογισμοῖς τῆς τοιαύτης βλασφημίας, τοῦ πονηροῦ προσβάλλοντος, κἂν ἐπίδραχυ δοῦναι τῇ δυσσεβείᾳ κυμαίνεσθαι τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ μὴ θᾶττον καὶ αὐτὴν ἀποσοβεῖν τὴν πεῖραν καὶ μετὰ σφοδρότητος ἀποτρέπεσθαι.

ΛΔ'. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων ὁ Δεσπότης ἰδὼν αὐτοῦ τὸν κόσμον καὶ γινώσκει, καὶ πολλάκις ἐπιδείκνυται. Καὶ πῶς οἱ ἀλλοτριοῦντες αὐτὸν τῆς ἐκείνου κραταιᾶς χειρὸς οὐκ ἀλλότριοι περιφανῶς καὶ αὐτῆς τῆς τῶν Χριστιανῶν ἐξελέγχονται κλήσεως. Καὶ γὰρ τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος τὸ καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν ζιζανίων ἐπισπορὰν, ἣ καθεύδουσιν ἐπιθέμενος ἔσπειρεν ὁ ἐχθρὸς, ταύτην δὴ τοῖς μαθηταῖς ἀναπτύσσων αἰτοῦσι μαθεῖν. Ὁ σπείρων, φησὶ, καλὸν σπέρμα ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ δὲ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος. Ὃν ἐν τῇ ἀποτυπώσει τῆς παραβολῆς ἀγρὸν αὐτοῦ εἶπε, τοῦτον ἐν τῇ ἀναπτύξει κόσμον ὀνομάζων καὶ δηλῶν, οὐκ ἄλλου τινὸς, ἀλλ' αὐτοῦ εἶναι τὸν περίγειον κόσμον, ἐν ᾧ καὶ σωματικῶς παρὼν τὸν τῆς σωτηρίας διέσπειρε λόγον. Ὅταν οὖν ἡ ἀλήθεια τὸν κόσμον αὐτοῦ λέγῃ εἶναι, ἔλεγε δὲ καὶ ὁ πονηρὸς, ἡνίκα τὰς βασιλείας πάσας κατηλαζονεύετο ὑποχειρίους ἔχειν· οἱ δὲ τῇ τόλμῃ τῆς γλώττης ἀφαιροῦσι μὲν αὐτὸν τοῦ κοινοῦ Κτίστου καὶ Δημιουργοῦ, ὑπόβάλλονται δὲ τῷ διαβόλῳ, ἆρα οὐκ εἰς ψεῦδος μὲν ἀποῤῥίπτουσι τὴν ἀλήθειαν, τὸν δ' ἀρχηγὸν τοῦ ψεύδους ἀληθείᾳ μετὰ τῆς ἄλλης δόξης καλλωπίζουσι καὶ τοῦ μὲν Δεσπότου συλοῦσι τὸ κτῆμα, μετὰ τοῦ λῃστοῦ δὲ γίνονται, καὶ τὸν ἀποστάτην καὶ μαστιγίαν καὶ ἀγνώμονα τῶν ὁμοδούλων ἀναγορεύουσι κύριον; Καὶ πῶς ἂν οὗτοι τὸν ἀληθῆ καὶ φιλάνθρωπον ὄψονται Κύριον, τῆς τυραννίδος συνεργοὺς καὶ ὑπηρέτας, μᾶλλον δὲ ἀρχηγοὺς ἑαυτοὺς ἀπογραψάμενοι; Ἄλλως τε δὲ, εἴπερ μὴ ἦσαν οἱ ἀγροὶ καὶ ὁ κόσμος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Σωτῆρος ἡμῶν, ἀλλ' ἡ φαυλότης αὐτῶν διεκληροῦτο τὴν κυριότητα, πῶς τοῖς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καταλιποῦσιν οἰκίας καὶ ἀγροὺς, καὶ τῆς σωματικῆς συγγενείας τὰ τιμιώτατα κατὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ μισθαποδοσίαν, οὐκ ἀφαιρεῖται τοὺς ἀγροὺς, οὔτε ἄλλα, ὅσα τῆς αἰσθητῆς ἐστι κτίσεως, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῷ ἑκατονταπλασίονι περιλαμβάνει δώρῳ καὶ ἀντιδίδωσιν, οἷς κληρονομία ἡ αἰώνιος ζωὴ, καὶ φιλοτιμεῖται τούτοις τοὺς θερμοὺς ἐραστὰς, ὧν ἡ κτίσις, εἰ μὲν (56) ἦσαν φαῦλα, καὶ αὐτὸν ἂν ἀπ-

et creationis dignitas communia sunt et indivisa. Proinde et præsentis legis semina in creatione ipsa Filius, Patri quod ad essentiam æqualis, spargit, carne vero nostra assumpta, et inter homines ut homo versatus, verbis ipsis eamdem perficit atque exponit. Et quis non exhorrescat, vel creationem nostram, vel Mosen, vel mundi productionem non solum ad contrarium principium referre, sed et blasphemis ejusmodi cogitationibus, annitente malo, indulgendo, vel brevi tempore impietatis fluctibus mentem permittere, nec potius quam citissime ipsam aggressionem evitare, et cum contentione adversari?

XXXIV. Præter ea vero quæ dicta sunt, Dominus videns mundum, agnoscit suum, et hoc nomine appellans, agnoscere se declarat. Nonne itaque illi, qui eum forti ipsius manu subtrahunt, ipsa quoque Christianorum appellatione indigni et privandi videbuntur? Parabolam enim de seminante bonum semen in agro suo, et zizaniorum disseminationem, quam malus, dormientibus insidiatus, suscepit, discipulis suis, utramque discendi cupidis explicans: *Serens*, inquit, *bonum semen filius hominis est, ager vero est mundus*[45]. Quem in summa parabolæ agrum suum dixerat, eum in explicatione mundum vocat, atque hoc ipso manifestat, non alterius cujusdam, sed suum esse mundum terrestrem, in quo corpore præsens verbum salutis sparserit. Quando igitur veritas mundum suum esse dicit, idem vero et malus affirmat, regna omnia sibi subjecta habere gloriatus: hi autem homines temerariis linguis eum communi Creatori ac Conditori subripiunt, vicissimque diabolo vindicant, nonne iidem veritatem in mendacium convertunt, mendacii vero auctorem veritatis aliarumque rerum gloria ornant, ac Domino quidem sua auferunt, et prædoni se jungentes apostatam, et mastigiam et refractarium conservorum suorum dominum constituunt? Quomodo vero illi verum hominumque amantissimum Deum videbunt, qui se ipsos tyrannidis illius socios et servos vel potius primipilos gesserunt? Quod si vero agri et mundus boni hominumque amantissimi Servatoris nostri non sunt, sed potius malum principium illorum dominatum distribuit, quomodo illis, qui ob nomen ejus reliquerunt domos et agros, et cognationis naturalis præclarissima quæque præmia in hac vita distribuens, non adimit agros, nec cætera quæ ad sensibiles creaturas pertinent, sed et illa centuplici præmio comprehendit, ac tribuit illis, quorum hæreditas est vita æterna[46], quomodo iisdem strenuos suos amatores mactat, quorum creatio, si mala fuisset, ipsum quoque eorum amorem apud eos exstinxisset? Quomodo præmii rependendi partem ea facit, quæ ne quidem ab initio possidere

[45] Matth. XIII, 37. [46] Matth. XIX, 29.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(55) **Νόμου.** Superscripta in codice ab eadem manu erat vox λόγου; sed malui retinere alteram.

(56) **Εἰ μέν.** Ita scribere jussit sensus et series verborum pro εἶπεν, quod in codice scriptum erat.

licebat ? Multo itaque magis justitia requirebat, ob quæ his non darentur talia, præmii loco, aliis etiam auferrentur. Quomodo denique locum habere potest, ut sapientia, omnem rationem superans ea quæ a malo profecta sunt, cum bonis suis donis conjungat, siquidem agri agrorumque proventus mali essent principii ?

A εσθίννυ τὸν ἔρωτα, καὶ μεροποιεῖται τῆς ἀμοιβῆς, ἃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔδει κεκτῆσθαι. Μᾶλλον μὲν οὖν, δι' ἃ καὶ τῶν ἄλλων ὁ μισθὸς, οὐχ οἷς δοθείη, ἄλλοις ἀφαιρεθείη, φέρει τὸ δίκαιον. Ποῦ δὲ χῶραν ἔχει συντάττειν τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν σοφίαν ταῖς ἀγαθοποιοῖς αὐτῆς δωρεαῖς, ἃ τῆς πονηρίας ἐστὶν, εἴπερ ἦσαν οἱ ἀγροὶ καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς δημιουργήματα (57).

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) Δημιουργήματα. Videntur hic nonnulla desiderari. Nam et abruptus sermo est, et verisimile fit Photium nostrum nova quadam ad Arsenium compellatione dicendi finem facturum fuisse. In ipso quoque ms. nulla, quæ alias comparere solet, colophonis impositi nota inveniebatur.

ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ.

—

PHOTII PATRIARCHÆ

LIBER

DE SPIRITUS SANCTI MYSTAGOGIA

QUEM NOTIS VARIIS ILLUSTRATUM AC THEOLOGIÆ CRISI SUBJECTUM

PRIMUS EDIDIT

J. HERGENROETHER,

S. Theol. Doctor ejusdemque in Wirceburgensi lit. Universitate Professor P. O.

Ratisbonæ, MDCCCLVII. 8° Sumptus fecit G. Josephus Manz.

—

J. HERGENROETHERI PRÆFATIO.

I. De Photio ipso nihil est, quod in præsentia dicam. Uberius enim de hujus vita et scriptis ampliori opere sum acturus, quod Deo propitio uno alterove abhinc anno lucem visurum esse spero. Illud monuisse sufficiat, viros catholicos, dum dirum schisma per eum in suæ ipsius gentis perniciem excitatum, quæque illud præibant ac comitabantur facinora, ex animo detestantur, nihilo tamen secius maximi semper fecisse miram ejus eruditionem, cujus præter celeberrimum *Myriobiblion* vel *Amphilochianæ quæstiones* opera Em. Maii, immortalis memoriæ viri, maxima demum ex parte publici juris factæ testimonium faciunt luculentum ; nemini deinde esse dubium, quin ex accurata ejus historia tum dogmatum tum Ecclesiæ ipsius annales egregie juvari et illustrari possint. Atqui Photii patriarchæ

B historiam non ita pridem Gallico sermone cl. Jager eleganter non minus quam solerter pertractavit ; quod recens opus (1) auctoris scopo accommodatum, usu Photianarum epistolarum sagacissimo, insigni illorum temporum studio, judicio satis acuto, narrandi arte egregia aliisque ornamentis esse præditum haud diffiteor. Attamen præterquam quod, mea quidem sententia, ampliori adhuc usui esse possunt Byzantinæ Historiæ fontes, ac præsertim Cedreno, Zonara et Glyca longe vetustiores, quodque universim nationis nostræ historiographi strictiorem ac severiorem, licet minori venustate fulgentem, scribendi modum methodumque sectantur, mihi neque in omnibus, quæ occurrunt, quæstionibus eadem mens est idemque judicium, neque scopus meus (utpote latius excurrens, in iis vero potissi-

(1) *Histoire de Photius, patriarche de Constantinople*, par M. l'abbé Jager, Chanoine honoraire de Paris et de Nancy, professeur d'histoire à la Sorbonne, 2e édition, Paris, A. Vaton, 1854.

mum, quæ ad historiam litterariam attinent) eos A patitur fines, quos ille bene meritus auctor sibi voluit præstitutos.

II. Jam vero quod ad præsentem spectat Photii librum, quem amplioris nostri operis veluti prodromum exhibemus, editio e tribus potissimum confecta fuit codicibus, quorum duo Romæ prostant, tertius vero in Regia Monaeensi bibliotheca, aliis nonnullis, uti fieri poterat, in subsidium vocatis. Primum mihi de ineditis adhuc Photii operibus indaginem instituenti in cod. Monac. Gr. n. 27. chartac. sæc. xv vel xvi (2), majorem hujus operis partem contigit invenire. Ibi enim post *Acta conciliorum* a. 869 et a. 879 in causa Photii Constantinopoli celebratorum, fol. 449 a, sub titulo: Φωτίου πατριάρχου κατὰ Λατίνων occurrunt primo loco B quatuordecim paragraphis distincta cum initio: τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ea ipsa argumenta de Spiritus sancti ex solo Patre processione, quæ in secunda Photii epistola ed. Londin. a. 1651, p. 51-54 leguntur, et quidem huic editioni ad verbum consona. Sed fol. 450 a, sine externo et evidentiori novi operis indicio, nisi quod nova in magine notata mox sequitur capitum series (3), immediate post quatuordecim illa argumenta legitur: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας καὶ ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἱερολογεῖται γεννᾶσθαι, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ αὐτοῦ αἰτίου θεολογεῖται ἐκπορεύεσθαι· λέγεται δὲ τοῦ Υἱοῦ εἶναι ὡς ὁμοούσιον καὶ ἀποστελόμενον (sic) δι' αὐτοῦ. Ἐν πολλοῖς μὲν, κ. τ. λ. Textus porro a fol. 450 a (lin. 2, ab infra) usque ad f. 462 b, extremam paginam pertingit, et abrupte desinit novo notato capite [4] in particula εἰ (4). Est bene omnino scriptus, ac licet mendis non careat, et interdum gravioribus quoque erroribus deformetur, ea tamen non sunt adeo frequentia, ut in aliis illorum posteriorum sæculorum manuscriptis quam plurimis ea est invenire. Statim vero intellexi celebrem Photii *De Spiritu sancto* librum, etsi non integrum, hic exstare, qualis jam a doctis viris fuerat descriptus.

III. Primus inter eruditos, quantum scio, hujus operis mentionem fecit Leo Allatius, qui *Tractatum sane luculentissimum* illud vocat (5) atque interdum ex eo quædam suis scriptis interserit (6). Ex Allatio suas de hoc Photiano opere hauserunt notitias, qui de Historia Græcorum sive ecclesiastica sive litteraria fusius egere (7). Ampliora demum sæculo nostro dedit Card. *Maius*, cum *Amphilochianarum Quæstionum* ineditam adhuc nobilissimam partem typis evulgaret ac simul plura Photii opera luce publica huc usque carentia recenseret. Quanquam, ita doctissimus cardinalis (8), alia quædam Photii scripta de Spiritu sancto (9) exstant, hic tamen liber luculentus et varius atque prolixus nondum lucem aspexit, etsi non uno in codice Vaticano inest atque in aliis etiam bibliothecis (10) occurrit. Et in uno quidem ex Vaticanis, scilicet 216 (11), Metrophani id opus tribui observavit Allatius (12), in quo codice libros quoque adversus Manichæos eidem Metrophani, Smyrnensi episcopo (13), tribui ego ipse vidi. Sed tamen hanc inscriptionem (14) quis non falsam agnoscit, quam tot C alii codices refellunt? Si vero locus operis consideretur, ubi de Joanne papa sermo fit, nemo Photium auctorem esse dubitabit. Nunc, ut operis conspectum exhibeam, utar codice Columnensi Vaticano, quem

(2) Cf. *Aretin, Beiträge zur Geschichte der Literatur*. München 1803. 1806; t. I, fasc. iv, p. 18 seq.; t. VII, p. 387.

(3) Hinc in Notitia codicis l. c.; p. 18 scribitur: Sermo hic quasi in duos libros divisus est. Primo enim occurrunt capita xiv, tum capita xxxiii.

(4) Ibid.: Finis vero est mutilus. Sic enim desinit: Ἔργῳ δὲ καὶ τῇ κατασκευαζούσῃ αὐτῇ τὸ οἰκεῖον βούλημα εἰς τὴν τῶν θεομάχων καὶ φθοροποιῶν ἑαυτοὺς ἀπελαύνουσιν· εἰ..., Fabricius, t. IX, p. 563, inter inedita recenset. Infra legitur: ἐξισώθη κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πρωτότυπον, h. e.: *exæquatum suo prototypo*. — Neque hoc exemplar, e quo nostrum descriptum fuit, integrum textum habuisse, suadere videtur scriptionis modus in fine f. 462 b, quo extremæ lineæ aliæ aliis breviores triangulari fere forma ponuntur, quod in librorum conclusionibus fieri consuevit; ultima vero et penultima regulariter scribuntur et totum spatium occupant; tot enim supererant verba, ut commode ea forma continuari haud potuerit.

(5) Leo Allatius, *De Eccles. Occid. et Orient. perpetua consensione*, lib. ii, c. 6, n. 4, p. 575, ed. Colon. Agrip. 1648.

(6) Exhibemus ea in Notis ad Photii textum.

(7) Walch, *Historia controversiæ Græcorum Latinorumque de processione Spiritus sancti*, Ienæ 1751, p. 37. — *Schrœckh Christliche Kirchengeschichte*, tom. XX, p. 499. — Fabricius, *Bibliotheca Græca*, t. XI, p. 28 ed. Harless.

(8) *Scriptorum Veterum nova Collectio*, tom. I, Præfat. *De Photio* § 7, p. xxiii seq. ed. Romæ 1831.

(9) Cf. Fabricium et Harless. l. c., p. 13, 14, 25, 28, 29.

(10) Harless. l. c., p. 29 memorat mss. Paris, in bibl. publica cod. 1228. n. 2; Venet. in cod. Marciano 167 (teste Morellio in Bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 95). *Escorial.* (V. Plüer *Itinerar. per Hispan.* p. 187). Sed et alibi idem opus reperiri haud dubium, ut vel Monac. codex ostendit Fabricio et Harlessio non ignotus, qui tamen aliud ibi opus exstare existimarunt, de quo paulo post (§ 4) agemus.

(11) Scil. Palatino 216 membran. Sunt qui eum ad sæc. xii vel xiii pertingeret censeant. D

(12) *De consens.* l. c., p. 575.

(13) « Metrophanem hunc Photii æqualem memorat sanctus Nicolaus papa epist. 8, p. 53. Et quidem hujus episcopi celebre satis nomen in illorum temporum historia est. » *M.* — Ex Metrophanis Smyrnensis ep. exposit. in I. Jo. ep. locum citat Veccus sive Beccus epigr. viii in Allatii *Græcia orthodoxa*, vol. II, p. 605, 606, Romæ 1659.

(14) Inscriptio cod. Palat. 216, f. 211 b, est hujusmodi: Τοῦ αὐτοῦ Μητροφάνους τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Σμύρνης περὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος μυσταγωγίας· καὶ ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἱερολογεῖται γεννᾶσθαι, οὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα, κ. τ. λ., ut in titulo nostro; deest solum δι' αὐτοῦ in fine. Eidem Metrophani in cod. Gr. theol. Vindobon. 249 (Vide infra ad c. 3 textus nostri notam 20 et ad c. 6 not. 55) quædam nostri operis particulæ ascribuntur.

sua vetustas emendatioque commendat. Titulus operis est : Περὶ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος (15). Φώτιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης τῷ ὁσιωτάτῳ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Βέδᾳ (16), ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι, κ. τ. λ. Illico Photius sophismata septem supra triginta pro suo errore de sancti Spiritus a solo Patre processione proponit, quæ jamdiu sophismata in Græcia Allatii orthodoxa necnon apud alios theologos refutata scimus. Exin tricesimo octavo capitulo objicit sibi Photius Pauli effatum. *Misit Deus Spiritus Filii sui*, de quo dicto ratiocinatur usque ad quadragesimum tertium capitulum. Exin Latinorum Patrum, Ambrosii, Augustini atque Hieronymi verba sententiæ suæ repugnantia Græce profert (17), quorum auctoritati ne acquiescat, ridiculo et pernicioso argumento utitur, nempe quod alii quoque ecclesiastici Patres parum accurate de aliis rebus interdum locuti fuerint ; quos inter ponit Clementem Romanum, Dionysium Alex., Methodium, Pantænum, Clementem Alex., Pierium, Pamphilum, Theognostum, Irenæum, Hippolytum, Basilium : quasi vero hac sermonis ratione Patrum prope universæ auctoritati impune resistere non possimus. Porro non tres illos solum Latinos Patres, sed permultos Græcos orthodoxæ sententiæ favere, cum aliunde exploratum est, tum magnus eorum numerus coacervatur in vaticanis codicibus 606, p. 240 seq., et 1115, p. 46 seq. Exin Photius a column. cod. pag. 304 incipit recensere Romanos Pontifices, qui processionem Spiritus sancti sine additamento *Filioque* dixerunt (quod argumentum Allatius de cons. p. 583 vel hoc uno responso satis infirmat, quod hi non dixerint : *a solo Patre,* sed *a Patre*, et quidem ante natam hanc controversiam sic ipsi tute loquebantur). Sunt autem hi apud Photium pontifices : Damasus, Cœlestinus, Leo Magnus, Vigilius, Agatho, Gregorius Magnus, Zacharias, Leo III, Benedictus III, Joannes VIII, Adrianus III. (Nicolaum I, Adrianum II, et Marinum I, utpote sibi infensos, reticet pravo nec prorsus tolerando artificio. Reapse priores duos reticeri a Photianis solitos queritur Allatius de cons. p. 590.) Illam etiam clypeorum Romanorum famigeratam historiam, quibus symbolum inscriptum erat, attingit Photius p. 312, super qua legendus saltem Allatius de cons. p. 580, 581 et contra Hotting. p. 418. Post hæc additis paucis epicheremalibus finem libello imponit (18).

IV. Hæc brevis synopsis, licet non undequaque accurata (neque enim aliis gravioribusque curis occupatum virum eminentissimum multum temporis hujus operis lectioni tribuisse credendum est), satis tamen opus nostrum describit ejusque argumentum determinat. Ex his atque ex variis Photii fragmentis, quæ ex Allatii aliorumque allegationibus collegeram quæque magna ex parte Monacensi textui omnino congruebant, certior plane factus sum, hoc in codice Photii ipsum illum exhiberi librum, qui facile latere diu poterat, non solum quia quæ in principio a fol. 449 tribus fere paginis leguntur, jam typis vulgata erant (quod tamen haud scio an plures animadverterint), sequentia autem nullo rubro nullaque luculentiori scripturæ distinctione notata, cum novi operis titulus inspicientium fugeret oculos, ad idem pertinere scriptum censebantur ; verum eam potius ob causam, quia bibliographorum falsæ, ut ego puto, notitiæ in errorem obvium de alio omnini Photii tractatu inducebant. Quem enim isti (19) recensent Photii librum κατὰ Λατίνων περὶ τοῦ Πνεύματος ἁγίου cujus initium : Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια, quibus iisdem verbis, uti diximus (§ 2), incipit Photii de eadem materia argumantatio in epist. 2, edit. Londin., eum vix peculiarem ejusdem patriarchæ haberi posse tractatum, sed partem esse ex hac encyputatione recurrunt, *tua sophismata, tua impietas, vecordia*, etc., in genere assertorem quemlibet illius doctrinæ respiciunt, quem oratorum more veluti sibi præsentem Photius fingit, non vero ad eum pertinent, qui librum ipse mittit. Neque ad aliter statuendum nos cogunt illa, ad quæ Maius provocat (Column. cod. p. 300. scil. cap. 70) auctoris verba, quæ eodem pacto satis commode explicari possunt.

(15) Ne hunc titulum ei præferamus, quem (ex cod. Vatic. 1923) præfixum habet editio nostra, suadent tum aliorum codicum auctoritas, tum concilium a. 1156 Constantinopoli celebratum (Mai, *Spicileg. Rom.* t. X, p. 38 seq.), quod testimonium profert Φωτίου πατριάρχου ἐκ τοῦ λόγου περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας in nostro opere contentum (vide cap. 27, tum Nicetæ Choniatæ allegatio in Laurent. bibl. plut. IX, cod. 24. p. 382 (Bandin. bibl. Laur. p. 434).

(16) Supra βέδᾳ scribitur πόλεων. Tum p. 300 seq. constat, hunc Bedam fuisse orthodoxum et Photianis partibus adversantem, imo et tractatum De *Spiritus sancti a Filio processione* scripsisse. » *M.* — Inscriptio ad Bedam deest in aliis codicibus; a Joanne autem Becco citatur locus idem ille de Joanne VIII, ad quem supra provocarat Maius, ut exstans ἐν τοῖς πρὸς Εὐσέβιον λόγοις (Lib. III, ad Theodorum Sugd. episc. c. 4 *Græc. orthod.* t. II, p. 138, 139). Præterea eum, quem Photius hoc in libro alloquitur, tractatum pro Spiritus sancti processione a Filio composuisse, negari non immerito potest. Nam tum in fine tum in ipso exordio operis asserit Photius, hunc a se petivisse confutationem dogmatis Latinorum et verba illa, quæ toties in dis-

(17) Non citat Photius horum Patrum textus, sed potius variis ex rationibus textuum auctoritatem et authentiam impugnat. Unius Gregorii M. testimonium explicitum affert, versione tamen ab originali textu differente.

(18) In sequentibus Maius ea profert, quæ Photius perhonorifice dicit de Damaso, Leone I, Vigilio, Agathone, Gregorio I, Zacharia, Leone juniore, Benedicto III, atque Joanne VIII, summis pontificibus, et in iis potissimum immoratur, quæ de hoc postremo pontifice habet. Sed harum observationum potiores accommodatius ipsi Photiano textui infra apponendas esse censuimus.

(19) Lambec. Biblioth. Cæsar. t. III, p. 304. 305 ed. Kollar. Fabricius, *Bibl. Gr.* lib. v, c. 35, § 16, n. 3 ; t. XI, p. 29 ed. Harl.

clica decerptam, additis interdum nonnullis ex aliis ejusdem lucubrationibus, jam pridem suspicatus fueram; suspicio vero, mihi saltem, in summam probabilitatem transiit, cum non solum præfatum Monacensem, sed et illum ipsum Vindobonensem, codicem, cui fere soli innitebatur Fabricii assertio (20), perlustrassem aliaque indicia deprehenderem, quæ idem de nonnullis quoque aliis codicibus (21) dicendum esse confirmare videbantur. Hinc ex Photianorum operum catalogo ejusmodi librum expugendum censeo.

V. Sed ad rem nostram revertamur. Monacencis codex, uti dictum est, non totum Photii librum suppeditat; desinit ibi, ubi respondere conatur ad argumentum ex Ambrosii, Hieronymi atque Augustini auctoritate petitum, præcise eum in locum, quem cap. 67 notavimus, ubi cap. 34 ille exorditur (22). Quæ igitur in nostro codice deerant, ea ex aliis, ac præsertim ex Vaticanis, supplenda simulque textus collationem instituendam operæ pretium duxi. Sed cum Romam adire non possem, aliorum uti cogebar opera et industria. Viros tamen humanissimos nactus sum, qui ibi manum operi admoverunt et utrumque partim labore proprio partim per scriptorem rei satis gnarum libenter præstiterunt. Atque adhibitus in primis fuit eodex Vaticanus 1923, qui antea Lollini fuerat, Allatio bene notus, idem ille, ex quo *Amphilochia* edidit Maius, Bombycinus ac sæculi ferme XIII, eleganter omnino scriptus (23); deinde Palatinus ab iisdem doctis viris laudatus (§ 3), qui illo adhuc paulo antiquior esse fertur. Itaque priorem, eamque majorem operis partem tres codices suppeditarunt; Vaticanus cum Monac. textu a me, ut vere testari possum, quam fidelissime exscripto collatus fuit ac Palatinus in subsidium vocatus; deinde posterior pars ex Vatic. eodem f. 203 b. — 208 b. deprompta est, cum quo rursum conferebatur Palatinus. Mirum in modum duo illi Romani codices inter se conveniunt; Monacensis, utroque junior, plures alias ostendit lectiones, neque tamen (si menda scriptoris demas) omnino spernendas; hujus lacunas et hiatus expleverunt illi; sphalmata amanuensis hinc pariter correcta sunt, in quibus quædam erant sensum omnino perturbantia; ter circiter integras lineas omiserat scriptor ille sæculi XV, ut videtur, exeuntis vel XVI ineuntis. Adeo vero se commendabat Vatic. textus, ut nonnisi paucissimis in locis ab eo recedendum esse rati simus. Huic itaque textui generatim adoptato variantes lectiones tum in Monac. et Palat., tum aliunde repertæ appositæ fuere; interpunctio pro opportunitate constituta, scribendi mos hodie usitatus regulariter servatus est, in paucis tantummodo vel majoris perspicuitatis vel commoditatis gratia vel ob alias satis obvias rationes derelictus (24). Divisionem capitum novam adornavimus, retentis inter uncos capitibus codicis Vaticani, iisque Græcis numeris designatis (25). In prolixa illa de Galat. IV, 6, sicut in sequenti de Latinis Patribus disputatione, Vaticanus novis rursum litteris paragraphos distinxerat, quæ pariter ia hac editione servatæ fuere.

VI. Illud vero maxime ingratum erat, quod Columnensem codicem ab A. Maio adhibitum saltem aliorum opera consulere datum non erat. Hujus enim numerum cardinalis haud indicarat, quæque mihi bis ac tertio sollicite per litteras requirenti ex codd. Column. indice referebantur, spem penitus auferebant fore ut ille mox adhuc detegatur. Hac itaque spe deposita editioni liber mandatus est, nec diutius cunctandum existimavi, præsertim cum aliæ me curæ ab hoc libro avocarent, digno tamen omnino, qui eruditis offeratur. Sed cum jam sub prelo esset Photii textus, imo vero maxima ex parte excusus, tandem allatus est nuntius, codicem a Maio laudatum esse inventum in cod. Col. 38 (al. 34). memb. in-4, eleganter conscripto, qui paginas ipsius Maii manu signatas, secundum quas Photii verba ipse citaverat, in hoc tractatu ostendat; et hunc ibi integrum exstare a pag. 271 usque ad pag. 317, quemadmodum et in Vatic. et Palat. Hunc codicem qui inspexerunt periti sæculo decimo tertio assignandum arbitrantur (26). Ea res, quæ præter omnem exspectationem evenerat, mœrore simul et

(20) Revera cod. Vindobon. Gr. theol. 168 (juxta num. Nessel.; Lambeccio est cod. 61), n. 23, f. 352-354 nil aliud continet, nisi hæc ipsa ep. encyclicæ argumenta, ut ego Vindobonæ ipse vidi, et accurate proinde respondet iis, quæ in præfato Monac. f. 449 a. – 450 occurrunt. Initium utrobique: Τίς ὅλως ut supra; finis: Τὴν κοινὴν ταμιευομένων συνέλευσιν. Cæterum textum libri *De Spiritus S. mystagogia*, in iis Cæsareæ bibliothecæ codicibus qui juxta catalogos huc pertinere videbantur, non reperi; quinque solummodo segmenta inter varia excerpta in duobus mss. (Gr. theol. 249 et 324) nactus sum, æque brevissima, quæ suis locis (capp. 3, 6, 61, 68, 93) in hac editione sunt adhibita.

(21) Cf. v. g. Morellium Bibl. mss. Venet. I, p. 95 de cod. Marciano 167, et infra § 6, not. 3.

(22) Divisio capitum Monac. codicis ab illa differt, quæ in aliis, et nominatim in cod. Colum. a Maio adhibito, reperitur; dum ille usque ad eum, quo desinit, locum nonnisi 33 capita numerat, iste jam habet 43.

(23) Vide Maium l. c. Præf. de Photio § 1, p. XIV.

(24) Ne v. g. ægre ferat eruditus lector, dum cap. 19, 36, 76, in μεμνότες videt iota subscriptum quod severiores grammatici removere solent. Quod spectat ad vocem υἱός (pro υἱος), ea vox sexcenties fere hic occurrens abbreviate primitus nobis scripta fuerat, isteque calami ductus facilior ex mss. et vetustiorum librorum lectione familiaris quodammodo effectus est et consilio retentus, ne in emendando exemplari pertubatio augeretur. Licet vero iste scribendi modus ab accuratioribus editionibus amandatus fuerit, tamen exemplis non caret in libris sæculo etiam nostro vulgatis. (Vide Scotti *Amphiloch.* Phot. Neapoli 1814 p. 5 et passim.)

(25) Ilis argumenta præsertim ex ratione theologica desumpta apte plerumque distinguuntur.

(26) Excipiunt in hoc codice Photii librum epistolæ ejusdem ad Nicolaum papam, ad œconomum Antiochenæ Ecclesiæ, ad Bulgariæ principem, ad Bardam Cæs., ad Michaelem III, et ad Basilium Macedonem imp. (p. 317-410), quæ omnes jam vulgatæ sunt partim ab Anthimo Rhemnio., partim a

gaudio me affecit; mœrore quidem, quod tam sero codex iste repertus est, gaudio vero, quod tandem repertus. Illico, quamvis quem tunc unum rogare potui virum eximium, tum communis patriæ tum amicitiæ puræ vinculis mihi intime junctum, jam importunis meis interpellationibus satis defatigatum ulteriori molestia afficere formidarem, potiores tamen hujus libri variantes lectiones colligendas censui, quibus nonnulla emendari et illustrari posse non immerito judicavi; ideoque desiderio timorem superante, ut et hoc mihi præstet, nulla interjecta mora ab amico flagitavi. Nec frustra: mox annuit ille pro insigni sua in me benevolentia; ita non sine fructu quartum hunc codicem, quantum tempus ac res ipsæ permittebant, adhibere adhuc licuit. Porro Columnensis codex, ut jam Maius observarat, exemplar suppeditat emendatissimum; pluribus in locis cum Monacensi nostro omnino concordat, sæpius, ubi varias inter lectiones eligendum nobis erat, lectionem a nobis adoptatam confirmat, in aliis vero locis, iisque paucioribus, nobis refragatur. Plures sane ejusdem lectiones amplexus essem, si mihi antea præsto fuissent. Verum dum iis carebam, nimia fortasse anxietate ductus, religioni mihi ducebam, contra mss. auctoritatem, prouti tunc explorata era, sine causa gravissima immutare textum; nec causa satis gravis mihi videbatur dictio minus interdum concinna atque etiam grammaticarum quarumdam legum neglectio, quæ facile in posterioris Græcitatis auctorem, eumque licet eruditissimum, tamen sermonis elegantiæ ac puritati haud magnopere deditum, imo in scribendo justo negligentiorem et, ut ipse indicat (Præfat. in *Amphiloch. Quæst.* ed. Scotti pag. 3), λέξει ἐξειργασμένῃ καλλωπίζειν τὰ συντάγματα penitus respuentem, cadere omnino potuerunt. Nunc autem nonnullis Monac., sicut et Palat., lectionibus novum robur ex Colum. accedit, duriores quædam phrases vocesque emolliuntur, interdum et clarius Photii mens patescit. Sed hæc nonnisi pauca libri loca afficiunt. Jam vero, quod unum adhuc præstare potuimus, præstituri absolutæ ac perfectæ jam operis editioni variantium lectionum catalogum præmisimus (27), præter eas, quæ jam ex Maio descriptæ fuerant, illasque quæ ad libri finem referuntur quasque, ut statim accepimus, ita ad ipsum textum adhibuimus, omnes nobis transmissas (28) complectentem; asterisco autem eas lectiones notavimus, quæ in textum recipiendæ videbantur. Quoad res atque sententias notatu digna non occurrunt, si titulum excipias jam supra (§ 3) descriptum et mentionem morbi, quo se detentum dicit auctor (cap. 96, not. 5); exordium plane idem est ut in aliis codicibus, idem quoque finis; neque reperiri quidpiam potuit, quod res Bedæ episcopi, cui hoc in codice liber inscriptus est, melius ac perfectius adumbraret. Hæc potiora sunt, quæ de Col. codice diu requisito et tandem ab amico æque docto ac modesto feliciter detecto animadvertenda habeo. Neque hic stetit egregii viri labor, sed sua sponte alia hujus operis mss. invenire satagens, et Ottobon. cod. n. 27 nactus est, qui tamen nulli amplius usui erat; nam eumdem omnino typum præ se fert ac Monacensis noster et veluti germanus ejusdem frater habendus est (29). Cæterum insignem eam liberalitatem, qua Vaticanæ bibliothecæ thesauri Romanorum pontificum impensa cura collecti et locupletati eruditis jam dudum aperiri solebant, ego satis abundeque sum expertus, eamque grata mente recolo; multis eam præconiis celebrandam putarem, nisi orbi ea esset notissima et laude quavis longe superior.

VII. Jam ratio nobis reddenda est de iis, quæ in notis Photii libro addita fuere. In primis *sedulo* notavimus varias ejusdem partes modo breviores modo longiores, quæ apud alios allegabantur auctores; deinde et plura subjunximus, quæ Photii verbis et sententiis illustrandis visa sunt opportuna; præsertim vero, quæ alibi ipse in eamdem sententiam disputavit quæque ex hoc libro posteriores Græcorum schismaticorum theologi desumpserunt. Etenim quamvis hæc Photii dissertatio nil fere novum nec alibi dictum contineat, suum tamen de processione Spiritus sancti placitum nullo alio opere ea dialectica dexteritate, ea expositionis ubertate corroborare ac munire visus est, qualem opus nostrum ostendit, quod ideo inter omnia ejusdem generis Photiana opuscula principem sibi vindicat locum. Quamobrem lectori non ingratum puto, quod in notis ob oculos ponere conatus sum, quæ in aliis hujusmodi Photii libris consona reperiantur, quo pacto alibi versutus ille schismatis parens eadem argumenta evolverit, quibus ea formis pro ingenii fecunditate investierit, novo fere

R. Montacutio. Hoc codice usus est Card. Maius in edendis Leontii Byzantini scriptis (cf. *Spicileg. Rom.* t. X, Præf p. v, et not. ad p. 151); et Theodori Mopsuesteni Fragmentis (*Nova Coll.* t. VI, Præf. p. XXII, et p. 298).

(27) Jam nunc istas variantes lectiones proprium ad locum reponendas curavimus. (EDIT. nov.)

(28) Quo res celerius ac securius fieret, folia jam typis impressa Romam misimus, et sic accurata potuit collatio institui.

(29) Revera Ottobon. codex 27 chartac. in fol. eadem ratione ut Monac. suppeditat Acta concilii octavi (f. 228 seq.) et synodi Photianæ a. 879 (f. 317 seq.); deinde (385 a) eadem inscriptione et iisdem verbis 14 illa argumenta ex encyclica ep. desumpta (vide § 2, et § 4, not. 2) exhibet; eodem pariter pacto (f. 387) cum verbis illis: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μυσταγωγίας κ. τ. λ. opus nostrum introducit, quod et hic mutilum reperitur, et quidem f. 401 a. ad eamdem particulam *si* desinit (vide supr. § 2, not. 3); quinimo lectiones habet fere omnes Monacensi peculiares, ne mendis quidem scriptionis exceptis. Sic c. 1, p. 3 (not. 1). legitur: Πολιστίχοις; ibid. (n. 4): γεννήσεται; c. 2. p. 4 (n. 3): τίς... ἕτερος... (n. 4); ἡ ἐκουσία ei sic deinceps. De ætate codicis mihi scriptum fuit eum ad sæc. XV, vel potius XVI pertinere; ad eadem tempora spectat Monacensis. Omnia optime quadrant; ad unum plane fontem reducuntur tum Ottobon, tum Monacensis.

semper modo eadem plane inculcans ac suæ gentis sophistarum artes undiqne excolens et profundens. Porro ejusmodi comparationi inserviunt: 1) ejusdem ad Orientis præsules celebris illa encyclica, cujus jam mentionem fecimus (§§ 2, 4) quæque pro parte saltem huc spectante in aliis codicibus operi nostro præfigitur (ut in Monac. et Ottob. cit.). in aliis subjicitur, unde et liber noster λόγος α' inscribitur (Vatic. cit. Allat, c. Hotting. p. 196); deinde 2) altera ad Aquileiensem antistitem epistola, a Baronio (ad a. 883) Latine, a Combefisio et ab Anthimo Rhemnicensi (30) Græce edita; ac denique 3) breve illud opusculum, quod Euthymius Zigabenus sub Photii numine *Panopliæ* suæ tit. 13 inseruit (31). Græcam hujus *Panopliæ* editionem anno 1710 in Walachia publicatam, quæ una hunc titulum contra Latinos Græce exhibet (32), diu frustra quæsitam tandem Vindobonæ inspexi et cum nonnulis Cæsareæ bibliothecæ mss. contuli. Id in primis animadverti, non temere Allatium hujus opusculi authentiam suspectam habuisse, illudque, si revera Photii sit, saltem interpolatum esse habendum, nullo vero pacto hoc jejunum et exile scriptum cum opere *De Spiritus sancti mystagogia* posse comparari. Hujus brevissimi tractatus textum editioni meæ subjungendum esse ratus sum, tum quia non ita facile occurrit, tum quia lector per se de eo judicium ferre desiderabit. De quo opusculo præmonenda hæc existimo. Prior pars (c. 1-8, quæ facilius patriarchæ nostro vindicari potest, eodem fere pacto legitur apud J. Beccum, qui sæculo XIII, hoc opusculum Photii nomine insignitum refellendum sibi sumpsit (*Orat. de un. Eccl. Gr. orthod.* II, p. 154-179), apud Euthymium (op. cit. tit. ιγ' p. ριβ' seq.) et in cod. Vindobon. Theol. Gr. 40, (33) n. 63, f. 138, 139, ubi pariter Photio ascribitur. Quoad alteram vero partem (a cap. 9 nostræ edit.) citatus Vindob. codex ab Euthymii textu (34) plane differt; posterior tamen cum Becci allegationibus præclare consentit, atque eodem modo legitur in cod. Monac. Gr. 66, f. 81, 82. in altera synopsi argumentorum Photii a Nicolao Methonensi facta. Quodsi in hoc Euthymii textu sermo est de Sergio jun. patriarcha, qui post Photium floruit, id posterioris Græci additamento tribui poterit. Textus vero prædicti cod. Cæsarei, cum quo alter ejusdem bibliothecæ, Gr. philos. 258 (Lambeccio 43) concordat, apud Euthymium etiam prostat (brevi excepta paragrapho) cum eodem Photii libello conjunctus, sed tanquam desumptus ex alio omnino auctore; ibique in fine (p. 120) Alexii imperatoris cum Mediolanensi antistite disputantis (sæc. XII) fit mentio. Sane, uti exstat, neuter textus ad Photii tempora pertingit, nec sine ratione totum libellum qui in mss. plerumque a Photii operibus sejunctus comparet, et alibi, etiam quoad priorem partem, sub Nicolai Methonensis nomine prodit (35), epitomen et synopsin ex Photii disputationibus fortasse ab eodem Nicolao elaboratam diceres. Neque Walchium et Fabricium contra Allatium authentiam opusculi defensuros fuisse credere licebit, si librum *De Spiritu sancto* nunc primum editum perlegissent, cujus synopsis et epitome in hoc Euthymiano opusculo conspicitur. Attamen non penitus repugnaverim, si quis hunc libellum, prout eum juxta Euthymium 13 capitulis distinctum rursum publicamus (p. 113-117), potius a sequioris ævi homine illa paragrapho, quæ de Sergio agit, locupletatum, non vero penitus celebris patriarchæ abjudicandum censuerit. Photio enim illum tribuendum esse suadere possunt: 1) Becci atque Euthymii auctoritas, tum 2) nota Photii in hac materia varie expolienda sedulitas ejusque mos, modo brevius modo enucleatius eadem proferendi, tum 3) plurimorum codicum inscriptio, quibus ii prævalere vix possunt, qui Nicolai Methonensis nomen in fronte gestant, præsertim cum quæ manifeste sunt Photii, in nonnulis mss. huic Nicolao ascribantur (36); quibus et alias rationes suffragari non ignoro. Sed in præsentia mei instituti non est, ista dirimere. Me autem merito hunc libellum multo minoris fecisse, quam librum *De Spiritus sancti mystagogia*, collatio vel brevissima unicuique legenti patefaciet.

VIII. Adjunximus præterea in notis, quantum spatium permittebat ac finis nobis præstitutus, potiora, quæ posteriores Photii asseclæ ex libro nostro hausisse videntur, quo facilius ejusdem in illorum theologia pondus pretiumque dignosci queat,

(30) Anthimi hujus Τόμον Χαρᾶς anno 1705 evulgatum, quo et cl. Jager usus est, nondum invenire potui; in iis, quas huc usque adii, Germaniæ bibliothecis non exstat.

(31) Titulus ibidem est: Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Eodem modo citatur apud Allatium Symmict. II, p. 419 Initium: Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ πνεῦμα. Cf. Fabricium l. c. t. XI, p. 25, ed. Harl., ubi plura scitu digna notantur. Quædam mss. opusculi recensentur ibid. p. 29, nota *cc*.

(32) Quodsi editio *Panopliæ* cura Matthæi Lipsiæ a. 1792 publicata alicubi commemoratur, error subesse videtur inde profectus, quod Commentarius in quatuor Evangelia eo anno ac loco ab eodem evulgatus cum illo dogmatico opere confundatur. Neque diligentissimi scriptores neque Lexicon bibliographicum Hoffmannianum, Lips. ed. a. 1833, quod t. I, p. 250-252 amplissime edita Euthymii opera recenset, ejusmodi *Panopliæ* editionem norunt.

(33) Lambeccio est codex 97. Cf. Bibl. Cæsar, t. III, p. 399, 400, ed. Kollar.

(34) Euthymii codices, qui in multis bibliothecis prostant (Vatic. codd. 667, 668, al. ap. Fabric.), nullam, quantum scio, hoc in titulo differentiam exhibent.

(35) Cod. Laurent, 12, plut. 9, n. 3. Bandin Catalog. p. 406, 407.

(36) In cod. Vindob. Gr. theol. 325, f. 1 verba ex Photii ep. 2 tribuuntur Nicolao Methonensi, ut alias, si bene memini, in cod. Vindob. 47, n. 4, f. 272 Nicolao Cabasillæ. Alia exempla habes apud Fabricium seu potius Harlessium, l. c. p. 29, not. *cc*.

Hos in primis Photii syllogismos a sæculo nono usque ad decimum quintum mira arte expolitos, amplificatos ac variis sub formis sexcenties repetitos fuisse constat; præ cæteris vero jam dictus Nicolaus Methonensis, quem multi undecimo sæculo, recentiores vero duodecimo vixisse tradunt (37), quique et alia tum de hac controversia tum de aliis rebus exaravit opera (38), eosdem modo largius modo pressius, retentis sæpenumero Photii verbis, est prosecutus. Legitur in cod. Monacensi Gr. 66 sæc. XVI, a fol. 76 usque ad fol. 81 synopsis quædam Photianorum argumentorum sub hujus Nicolai nomine (39), quæ triginta quinque capitulis plurima continet ex opere *De Spiritus sancti mystagogia* deprompta; pleraque ejusmodi capitula utpote illustrando Photio, quem Nicolaus iste adeo presse sequitur, idonea in notis apposuimus. Plura alia pariter inedita annectere potuissemus; verum his supersedere consultius visum est, ne moles supra modum excrescat, habita præsertim ratione temporum exiguique eorum numeri, qui hujuscemodi studiis hodie revera favent. Hinc neque Latinam versionem, licet jam ei manum admoverimus, addere voluimus. Eruditis, qui hoc opere utentur, ea non opus est, imo non desunt, qui *in hodierno philologiæ progressu Latinos sequestres Græcis adjungi scriptoribus* ægre omnino patiantur; aliis vero nulli usui hic liber est. Præterea in notis apposuimus eas aliorum versiones, quæ ad lectionem stabiliendam juvare quoquo modo possunt quæque *historico pretio* non carent *suo*; cum vero eæ non penitus satisfaciant, variis locis duplex versio apponenda fuisset. Denique, ut de iis taceam, quæ ex epistola encyclica sunt repetita (c. 32-37) quæque Latine exstant apud Montacutium, non solum in indice singulorum capitum argumentum summatim perstringitur, verum etiam plura Latine referuntur in adjecta dissertatione (40), de cujus consilio ac scopo jam dicendum est.

IX. Ne qua in re catholici theologi muneri deesse videamur, neve quis vitio nobis vertat schismatici, imo hæretici operis editionem, eamque sinistro oculo intueatur (41) — quamvis præsertim hac nostra ætate nemini theologorum formidabilia haberi queant obtusa schismaticorum arma, — dissertationem subjunximus antirrheticam, sive potius animadversiones refutandis Photii argumentis, quæ occasionem præbent universi fere de Spiritus sancti processione dogmatis explanandi, quantum satis esse putabamus, accommodatas. Ne vero centies dicta ad lectorum fastidium repetamus, imo ut et hac in parte theologicæ scientiæ fructum quemcunque possumus afferamus, ea quæ variis temporibus responsa ac disputata sunt a nobilissimis plane theologis Græcorum objectiones repellentibus, nonnulis adhuc ineditis operibus una adhibitis, colligenda remque ita peragendam censuimus, ut dogmatum historiæ universa tractatio quadantenus inservire possit, ob oculos ponens armorum genera a diversis in variis ejusdem controversiæ epochis adhibita atque uberius explanans ea principia, quæ Græcorum Photium sequentium theoriæ veluti fulcra ac fundamenta spectari possunt. Sane accuratius refellenda Photii sophismata theologis subtilius hæcce studia versantibus relinquimus; nos nonnisi scopo nostro proxime conducentia, eaque ut plurimum obvia ac plana suppeditamus. Pergratum nobis fuisset, si confutationem ejusdem operis a Græco quodam conscriptam, qualis exstat in optimæ notæ codice Laurentiano (42), adnectere potuissemus; verum hujus codicis notitiam nonnisi serius ex Bandinii Catalogo comparare nobis potuimus, Florentiam vero adire nondum valuimus. Quod si datum mihi fuerit, quod huc usque ferendis longioris itineris expensis impar differre cogebar, nonnullas exteras, atque Italiæ potissimum, invisere bibliothecas, non solum Photii (cujus jam alia quædam ex Monac. et Vindobon, codd. collegi in uberrus et ordo capitum in diversis mss. valde differunt.

(37) Le Quien, *Oriens Christ.* t. II, p. 280. — Fabric. *Bibl. Gr.* t. XI, p. 290, 291, ed. Harl. — Gieseler, *Studien und Kritiken*, 1833, fasc. 3, p. 701 seq.

(38) Cf. Leonem Allatium, *De consens.* lib. II, c. 10, § 2. — Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 406. Bandin., *Bibl. Laurent.* plut. 9, cod. 12, p. 406 seq. — Fabricium, l. c. — Gieseler, l. c.

(39) Titulus hic est : Ἔλεγχοι κεφαλαιώδεις τοῦ παρὰ Λατίνοις καινοφανοῦς δόγματος, τοῦ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ προέρχεται, συνοψισθέντες δὲ παρὰ Νικολάου Μεθώνης ἐκ τῶν διὰ πλάτους τῷ ἁγιωτάτῳ Φωτίῳ ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ γεγραμμένων. Initium : Ὡμολογησαμένου (sic) τοῦ, ὅτι τὸ ἐκπορεύεσθαι ἰδίωμα τοῦ Πνεύματος, κ. τ. λ. Post 35 illa capita sequitur f. 81 b, ἑτέρα σύνοψις τοῦ αὐτοῦ Νικολάου Μεθώνης τῶν ὡς ἐπιλόγῳ τῶν κατὰ πλάτους τῷ Φωτίῳ γεγραμμένων, quæ ad verbum respondet posteriori parti Opusculi contra veteris Romæ asseclas apud Euthymium (supra § 7). Notatur in synopsi cod. Monac. : Apud J. Mingarellium cod. 237 n. 2 idem esse videtur, licet ibi capp. 42 numerentur. De hoc apud Fabricium nulla prorsus mentio fit. — Fit tamen t. XI, p. 290, 291, ab Harlessio. — Numerus et ordo capitum in diversis mss. valde differunt.

(40) Attamen et in his vitandæ majoris molis gratia postrema manu multa breviori stylo complectenda censuimus, rei ibi magis quam verbis attendentes.

(41) Audiatur Em. Maius (l. c. p. 22) : « Neque est, quamobrem magnopere abborreamus a Photii vulgandis scriptis, dummodo hæc idoneis refutationibus, ubi res postulat, instruantur. »

(42) Biblioth. Laurent. pluteo 8, cod. 26, p. 147 seq. (Bandinii Catal. p. 384, n. 19). Inscriptio est : Ἀντιῤῥητικὰ τοῦ λόγου, ὃν Φώτιος κατὰ Λατίνων πρός τινα φιλόσοφον. Εὐσέβιον (vide supra § 3, not. 12) ἔργαψε. Initium : Ἐπεὶ δεῖν ἡμῖν ἔδοξεν ἅπαξ περὶ Τριάγος ποιουμένοις τὸν λόγον τῆς οὐδενὶ φύσεως ὄρῳ ὑποκειμένης; finis vero : οὐ γὰρ πικρῶς σε καταδικάσομεν καὶ ἡμεῖς, ὡς τοὺς Ῥωμαίους αὐτὸς, κατὰ πολλὴν αὐθεντίαν εἰς ἁρπαγὴν προδιδοῦς τῷ κοινῷ τοῦ γένους ἐχθρῷ, ὡς ἀγρίῳ λέοντι καὶ ὠρυομένῳ (Cf. Phot. c. 95). Porro insertus est huic operi Photii liber; titulus idem cum nostro; initium : Ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι πολυστίχοις ἐγκατεσπαρμένοι λόγοις; finis : Δι' ὧν καταισχύνεται καὶ πάσης εὐσεβείας ἀπελαύνεται τῆς ἀποστασίας τὸ φρόνημα.

riori tractatione adhibenda), sed et aliorum, quibus indagandis studeo, inedita nonnulla opuscula publicæ luci me redditurum spero. Interea dissertationis adjectæ opportunitatem nemo in dubium vocabit, qui animadverterit, congruum omnino esse, ut eorum theologorum, qui Photii libro usi sunt, ut Hugonis Etheriani, J. Becci atque L. Allatii, de eodem quoque judicia ac disputationes adjiciantur, atque liquido simul ostendatur, qua ratione ejusmodi argumentis et argutiis catholicæ Ecclesiæ strenui defensores soliti fuerint occurrere atque obsistere. Nobis vero ejusmodi tractatio ulterius usui erit, idque duplici pacto. In primis enim et eum in finem præmissa est, ne in pleniori nostra de Photio lucubratione, ubi historici potius quam dogmatum vindicis partes agendæ sunt, huic dogmaticæ questioni aliarum disquisitionum detrimento immorari diutius cogamur; deinde viam illa nobis sternet commodiorem ad inedita nonnulla Græcæ Ecclesiæ monumenta, quorum quædam successivo per decem fere sæcula (43) hujus concertationis progressui majorem afferent lucem et haud ignobile Græciæ Allatii orthodoxæ conficient supplementum, nostris aliquando curis, si eæ non penitus eruditis fuerint improbatæ, peracto quem suscepimus labore, publicanda; quibus, quæ in præsentia disputata fuerunt, non uno titulo erunt opportuna.

X. Exposuimus candide hujus libelli tum consilium atque scopum, tum ansam, originem ac veluti historiam. Exinde patebit, quid de eodem jure exspectari, quid in eo desiderari queat ac debeat, cur interdum sententiam mutaverimus in lectionibus stabiliendis, cur eum perfectionis gradum attingere haud potuerit nostra editio, quem in votis semper habuimus, licet ingenue agnoscentes et virium nostrarum tenuitatem et communem rerum humanarum conditionem, quæ vix unquam primos ejusmodi studiorum fructus atque ἀπαρχὰς omni nævo sinit esse immunes. Quod si non obstante laudabili typothetæ studio neque assidua cura editoris, multis tamen aliis negotiis distenti, a loco typographiæ remoti, interdum quoque oculorum ægritudine laborantis, menda irrepserint nobis haud observata, eruditi lectoris indulgentiam pariter imploratam volo. Eam facilius dabit expertus quisque, præsertim ei, cui tot impedimenta superanda erant, quique critica præsidia neque uno eodemque tempore consulere neque potiores codices per semetipsum lustrare potuit. Neque minores difficultates majorem, quam paro, de Photio lucubrationem detinuerunt, quæ pro conceptionis amplitudine immenso fere labore me non semel veluti obruit. Libros necessarios, quorum multi in nostræ universitatis bibliotheca desiderabantur, variis ex locis mihi comparare coactus fui; qua tamen in re insigniter me adjuvit eruditissimus vir Dr. A. Ruland, ejusdem bibliothecæ supremus præfectus, cui sicuti et cæteris doctissimis viris, qui Romæ, Vindobonæ et Monachii mea studia promoverunt, gratias summas refero, alio loco, uti spero, eas cumulatius relaturus. Utrum res non prorsus infeliciter mihi cesserit et quousque conamina mea pertigerint, id eruditi dijudicabunt; ego virium mearum satis exiguarum haud immemor, materiæ vero meæ amore et ardore deditus, neque, ut a cœptis desistam, difficultatibus unquam motus, non possum non eorum veniam flagitare, pro iis, quæ occurrunt emendatione digna, eorumdem consilia, monita atque judicia congruis rationibus suffulta prompto semper animo susceperus.

Wireburgi, die Pentec. pridie Kal. Jun. 1857.

(43) Jam millesimus numeratur annus, ex quo Photius ad Byzantinam cathedram primum evectus est (a. 857 juxta communiorem chronologiam) et hoc ipso anno præcipuum ejusdem pro suo dogmate scriptum in lucem demum prodit.

ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ

καὶ

ΟΤΙ ΩΣΠΕΡ Ο ΥΙΟΣ ΕΚ ΜΟΝΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΙΕΡΟΛΟΓΕΙΤΑΙ ΓΕΝΝΑΣΘΑΙ, ΟΥΤΩΣ ΚΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΚ ΜΟΝΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΙΤΙΟΥ ΘΕΟΛΟΓΕΙΤΑΙ ΕΚΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ· ΛΕΓΕΤΑΙ ΔΕ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΕΙΝΑΙ ΩΣ ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΕΛΛΟΜΕΝΟΝ ΔΙ' ΑΥΤΟΥ.

—

PHOTII PATRIARCHÆ

LIBER

DE SACRA SANCTISSIMI SPIRITUS DOCTRINA,

quodque

SICUTI FILIUS EX SOLO PATRE NASCI A SACRIS ORACULIS DICITUR, ITA ET SPIRITUS SANCTUS EX IPSA SOLA EADEMQUE CAUSA PROCEDERE PRÆDICATUR, DICITUR VERO FILII ESSE UTPOTE ET CONSUBSTANTIALIS ET PER EUM MISSUS.

—

1. In multis quidem majorisque molis libris ea A reperiuntur conspersa et inserta argumenta, quibus illorum fastus deprimitur, qui veritatem in injustitia detinere magna cum contentione connituntur. Quoniam vero magnificum tuum Deique amantissimum studium argumenta illa in synopsin ac compendium redigi postulavit, divina nobis Providentia annuente, haud indigna tuo in Deum amore tuoque desiderio hujus rei fiet exsecutio.

2. Est igitur contra ipsos acutum atque inevitabile telum et ante omnia alia vox Domini feram omnem ac vulpeculam quamlibet veluti fulgure prosternens atque exterminans? Quænam ista? Vox ea quæ dicit Spiritum ex Patre procedere. Ex Patre

[1-4] α'. Ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι πολυστίχοις (1) ἐσπαρμένοι (2) λόγοις, δι' ὧν ἡ ὀφρὺς κατασπᾶται τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν (3) φιλονεικούντων. Ἐπεὶ δὲ τὸ σὸν μεγαλοπρεπὲς (4) καὶ θεοφιλέστατον σπούδασμα σύγοψίν τινα τῶν ἐλέγχων καὶ ὑποτύπωσιν ἐξητήσατο γενέσθαι, τῆς θείας προνοίας εὐμενὲς ἡμῖν ὁρώσης οὐκ ἀνάξιον τοῦ σοῦ θείου ἔρωτος οὐδὲ τῆς αἰτήσεως (5) τὸ πέρας ἐπιτεθήσεται (6).

β'. [α'.]* Ἔστιν οὖν κατ' αὐτῶν ὀξὺ καὶ ἄφυκτον βέλος καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡ Κυριακὴ καὶ θηρίον ἅπαν καὶ πᾶσαν ἀλώπεκα καταβροντῶσά τε καὶ ἐξαφανίζουσα φωνή. Τίς αὕτη; τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ λέγουσα ἐκπορεύεσθαι (7). Ἐκ τοῦ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ·

(1) Cod. gr. Monac. 27. f. 450 b.: πολιστίχοις.

(2) Apud Allatium *Ce consens.* II, 6, 4. et Fabric. *Bibl. Gr.* t. XI, p. 28 ed. Harless.: Ἐσπασμένοι.

(3) Τὴν ἀλήθ. ἐν ἀδ. κατέχειν. Phrasis biblica, Rom. I, 18. — Latinos intelligit.

(4) Codex Colum. Ἱεροπρεπές.

(5) Cod. C. Τῇ αἰτήσει.

(6) Sic Vatic. Monac.: γνήσεται. Cum hic liber, ut et in Præfat. monemus, ad diversos a Photio missus fuisse videatur, hoc breve procœmium fortasse non idem in omnibus exemplaribus exstitit; alias sane Photius uberiori præloquio utitur. Attamen in tribus codicibus qui præsto nobis erant, est plane idem.

(7) Joan. xv, 26. Ad hunc celebrem textum Photius pariter provocat ep. encycl. 2, n. 15, p. 52, ed. Londin. et in ep. ad Aquileiensem archiepiscopum, ubi hæc habet: πρῶτον μὲν γὰρ . . . τὴν Κυριακὴν ἔχει φωνὴν, λαμπροτέραν πάσης λαμπηδόνος ἐξαστράπτουσαν, ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύ- B ματος ἐκπόρ....; ad hunc fere ubique recurrere solent Photianarum partium Græci. Nicolaus Methonensis in syllogismis ex Photii operibus collectis (Cod. Monac. Gr. 66, f. 81 a), c. 29: Τὸ δὲ πρὸ πάντων ὀφεῖλον εὐθύνεσθαι ἄτοπον, ὅτι τοῦ Χριστοῦ θεολογοῦντος τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ οὕτω διδάξαντος ἡμᾶς, ἐκ τίνος καὶ πῶς ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ εἶναι, οἱ καινοὶ οὗτοι θεόλογοι τὴν τοῦ ἑνὸς ἡμῶν Θεοῦ καὶ μόνου καθηγητοῦ θεολογίαν διὰ τῆς παρ' ἑαυτῶν προσθήκης ταύτης τολμηρῶς ἄγαν καὶ ἀσφαλῶς παραγράφονται. Εἰ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐξεπορεύετο τὸ Πνεῦμα τί ἐκώλυεν αὐτὸν εἰπεῖν· ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐμοῦ ἐκπορεύεται; νῦν δὲ ὁ μὴ εἶπεν ὁ τῶν πτωχῶν εὐαγγελιστὴς, αὐτοὶ παρ' ἑαυτῶν προστίθενται, δῆλοί εἰσι μὴ ἀκολουθοῦντες ὀπίσω αὐτοῦ, εἰ καὶ τὸν σταυρὸν αἴρειν (cf. *Matth.* x, 38; xvi, 24; *Luc.* ix, 23) οἴονται ψιλῷ τῷ γράμματι παρακαθήμενοι. Similiter Marcus Ephesius arguit in Conc. Florent. sess. xxiii. (Hard. *Conc.* t. IX, p. 285.)

* Codicis Vaticani Capita repræsentantur.

Πατρὸς ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι (8) μυσταγωγεῖ· καὶ σὺ τελεστὴν ἄλλον ἐπιζητεῖς, δι' οὗ τελεσθήσῃ, μᾶλλον δὲ συντελεσθήσῃ τὴν ἀσέβειαν καὶ μυθολογεῖς (9) τὸ Πνεῦμα προέρχεσθαι τοῦ Υἱοῦ; Εἰ τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος καὶ Δημιουργοῦ καὶ Νομοθέτου τὰ δόγματα τῆς σῆς ἠττᾶσθαι παρανοίας ὁρμὴν οὐκ ἔπτηξας ἀναλαβεῖν, τί ἄν τις ἕτερον ζητήσῃ λαβεῖν, δι' οὗ τὴν σὴν κατακράτος (10) ἀπελέγξει δυσσεβῆ σπουδήν; εἰ σὺ τοὺς Δεσποτικοὺς ὑπερορᾷς νόμους, τίς τὴν σὴν εὐσεβῶν οὐ βδελύξεται δόξαν; τί δ' ἄν σε τοῦ πτώματος ἕτερον (11) ἀναστήσῃ; τίς δὲ θεραπείας περίνοια τὴν ὁλοσώματον θεραπεύσῃ (12) πληγήν; οὐκ ἦν ὁ Σωτήριος ἐπαφῆκε λόγος, ἀλλ' ἦν ἡ ἐκούσιος (13) ἐμβάθυνε (14) νόσος· καὶ τῆς Δεσποτικῆς διδασκαλίας τὸ ἴαμα (15) εἰς ἀμύθητον ἐξ ἀπειθείας μεταβαλεῖν ἐφιλονείκησε δηλητήριον (16)· μᾶλλον δὲ τὴν ὑπέρμαχον καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ῥομφαίαν [5] ὑποδραμόντος τοῦ ζητήσαντος εἰς τὴν ἐκείνων μετατάξασθαι μοῖραν· διό σε καὶ κάτω κείμενον (17) τῇ διστόμῳ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύμανος οὐδὲν ἧττον ὅμως καὶ ἡμεῖς τὸ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου φίλτρον καὶ πρόθυμον ἐνδεικνύμενοι. ὅσα καὶ λογισμοὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν καθοπλιζούσης ἡμᾶς (18) στρατηγίας εἰς παράταξιν ἀνακινοῦσιν, οὐδὲ τὰ ἐκ ταύτης τραύματα διαφυγεῖν σε φροντίδος ἔξω ποιήσομεν (19).

γ'. [β'.] Εἰ γὰρ (20) ἐξ ἑνὸς αἰτίου, τοῦ Πατρός, ὅ τε Υἱὸς (21) [6] καὶ τὸ Πνεῦμα προάγεται, εἰ (22) καὶ τὸ μὲν ἐκπορευτῶς, ὁ δὲ γεννητῶς· γίνεται δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος προαγωγὸς (23) ὡς ἡ βλασφημία βοᾷ (24), πῶς ἂν ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀνάσχοιτο λόγος μὴ οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ παρακτικὸν (25) εἶναι συμμυθολογεῖν; ὁμοτίμως γὰρ

A Spiritum procedere Filius ipse sacra sua institutione tradit, et tu alium quæris adhuc doctorem qui te imbuat, imo potius inficiat impietate, Spiritumque e Filio progredi fabularis? Si communis Servatoris et Conditoris et Legislatoris dogmata ut cedant insaniæ tuæ poscis, ac tale concipere desiderium haud exhorruisti, quid, quæso, alius præterea assumere quærat, quo impium tuum conatum validissime refutet atque convellat? Si tu Dominicas despicis leges, quis pie sentiens tuam haud exsecrabitur opinionem? Quid vero aliud a lapsu te erigere poterit, quænam alia medelæ ratio exitiale tuum sanabit vulnus? Vulnus, quod non a Salvatoris illatum verbo, sed spontanea inflictum et auctum ægritudine, quæ scilicet, Dominicæ doctrinæ medi-
B cinam in virus mortiferum ex contumacia contendit convertere? Imo cum gladium nobis quidem propitium, hostibus vero infensum subierit ille, qui ad illorum partes transire concupivit, idcirco te ancipiti Spiritus gladio jam prostratum nihilo tamen minus et nos amorem in communem Dominum paratumque animum ostensuri nec ea quidem vulnera te effugere incuria nostra sinemus, quæ per ratiocinationes sacræ nostræ Theologiæ in acie nos instruentis ac communientis infliguntur.

3. Si enim ex una eademque causa, Patre, tum Filius tum Spiritus sanctus prodit, tametsi hic quidem per processionem, ille autem per generationem; rursus autem Filius Spiritum producit,
C ut blasphemia clamat, quomodo non ratio consecutionis nos cogat asserere, Spiritum quoque esse Filii productivum (productorem)? Cum enim æque

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(8) C. Col. Ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα μυστ.
(9) C. Col. Μυθολογεῖν.
(10) Κατακράτος adverbiali forma legunt tres nostri codices.
(11) Monac. Τίς δ' ἄν σε... ἕτερος.
(12) C. Col. Θεραπεύσει.
(13) Monac. Ἡ ἐκουσία.
(14) C. Col. Ἐνεβάθυνε.
(15) C. Col. Ad marg. post ἴαμα alia manu supletur, εἰς ἀθοήθητον.
(16) Monac. Εἰς ἀμύθ. ἐξ ἀπειθείας δηλητήριον μεταβαλεῖν ἐφιλονείκησε δηλονότι· μᾶλλον δέ.
(17) Monac. addit καί.
(18) Monac. Τῆς ἱερᾶς καθοπληζούσης ἡμᾶς.
(19) Col. Ποιήσομαι. Hoc caput ita Latine profert Hugo Etherianus, de hæresibus, quas in Latinos Græci devolvunt, lib. II, c. 16 (*Bibl. PP. Max. Lugdun.* t. XXII, p. 1230 H) : « Est (quidem adversus Latinos) acutum et inevitabile telum, et ante omnia alia Dominica vox, quæ feram omnem omnemque vulpem attonitam faciendo exterminat et demolitur. Quæ est hæc? Spiritum quæ ex Patre dicit procedere. Ex Patre Filius Spiritum procedere astruit; et tu auctorem quæris, per quem facias, imo perficias impietatem, dum fabularis Spiritum ex Filio procedere? Si communis Salvatoris, Conditoris et legislatoris dogmata ut a tua vecordia evincantur, impetum non formidasti capere, quid utique aliud quispiam accipere quærat, per quod tuum penitus coarguat impium studium? Si tu Dominicas
D despicis leges, quis religiosus tuam non abominetur opinionem? Quid utique aliud te de ruina erigat? Quæ autem medelæ astutia totum corpus occupanti plagæ medeatur? Non ei, quam salutaris sermo effecerit, sed ei, quam spontanea indidit ægritudo, quæ Dominicæ doctrinæ medicamentum ex incredulitate litigando permutat in rem quæ juvare non potest, mortiferam; magis autem dum debellatorem adversus inimicos gladium diripit (?), qui quærit in eorum parte adnumerari. Propterea te humi jacentem sub bicipiti gladio spiritus nihilominus tamen et nos, pro communi Domino amorem et promptum animum demonstrantes, quæcunque calculi sacræ nostræ armantis nos militiæ ad dimicandum commovent, sed neque ea quæ ex hac fiunt vulnera ut fugias curam extra faciemus. »
(20) Hoc breve caput, sicut et sequens, sub titulo : Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος Μητροφάνους μητροπολίτου Σμύρνης occurrit etiam in Cod. Vindobon. theol. Gr. 249. (Lambeccio est cod. 60), f. 79 : Εἰ ἐξ ἑνὸς αἰτίου, κ. τ. λ. Monac. Ἔτι γὰρ ἐξ ἑ.
(21) Cod. Cæsar. cit. Ὁ Υἱός.
(22) Εἰ deest in cit. Cod. Vindob.
(23) Monac. Γίνεται δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος πάλιν προαγωγεύς.
(24) Ὡς — βοᾷ deest in cit. cod. Vindobon.
(25) Palat. f. 212 b, πρακτικόν. Vindob. παρεκτικόν. Monac. παρακτικὸν τοῦ Υἱοῦ.

uterque a causa illa prodierit, si alterum erga alterum munere causæ fungitur, certe omni modo et invariata ordinis conservatio (perfectio) exigit, ut et alterum vicissim par pari referens causa alterius exsistat.

4. Deinde si Filius quidem ab ineffabili paterna simplicitate non recedit, Spiritus autem in duplicem causam refertur et ex duplici processione subsistit, quomodo non sequetur compositio? Quomodo vero non minor Filio Spiritus pari honore præditus per summum sacrilegium asseretur? Quomodo Trinitatis simplicitas (o linguam in impietate audacem!) dignitatem suam minime adulteratam retinebit?

5. Quis, inquam, sanctorum et gloriosorum nostrorum Patrum dixit, Spiritum a Filio procedere? Quæ synodus universalibus confessionibus suffulta

ἀμφοῖν τοῦ αἰτίου προεληλυθότων (26), εἰ θάτερον τῷ ἑτέρῳ τὴν τοῦ αἰτίου χρείαν ἀναπληροῖ, οὐδὲ θατέρῳ τὸ ἕτερον, μὴ οὐχὶ (27) τὴν ἴσην ἀμειβόμενον χάριν αἴτιον γενέσθαι τῆς ἀπαραλλάκτου τάξεως ἡ συντήρησις ἀπαιτεῖ (28);

[7] δ'. [γ'.] Ἄλλως τε δὲ, εἰ ὁ μὲν Υἱὸς τῆς πατρικῆς ὑπὲρ λόγον ἁπλότητος οὐκ ἐξίσταται, τὸ δὲ Πνεῦμα εἰς διπλοῦν αἴτιον ἀναφέρεται καὶ ἐκ διπλῆς προβολῆς ὑφίσταται, πῶς οὐκ ἐπακολουθήσει τὸ σύνθετον; πῶς δ' (29) οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἔλαττον ἔχειν (30) τὸ ἰσότιμον Πνεῦμα βλασφημηθήσεται; [8] πῶς ἡ τῆς Τριάδος (31) ἁπλότης (ὦ γλώσσης ἀσεβεῖν τολμηρᾶς!) (32) οὐχ ἕξει τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα νοθευόμενον (33);

ε'. [δ'.] Τίς εἶπε (34) τῶν ἱερῶν (35) καὶ περιωνύμων Πατέρων ἡμῶν τὸ (36) Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι (37); ποῖα σύνοδος οἰκουμενικαῖς (38) ὁμο-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(26) Sic Pal. Vat. Vindob.; Monac. f. 451 a, προεληλυθότοιν.

(27) Monac. Μὴ οὐχὶ καὶ τ. ἴ.

(28) In cod. Monac. hoc caput ut primum in marg. notatur, in Vat. est secundum. Hugo Etherianus ita illud refert (l. c., p. 1231): « Si enim ex una causa, Patre, Filius Spiritusque proveniunt, licet hic quidem per generationem, ille vero per processionem; est autem rursus Filius Spiritus productor, quemadmodum blasphemia clamat: quomodo utique consequentiæ sustineat ratio, quod Spiritus Filii non sit productor? Cum enim æqualiter ambo ex una causa proveniant, si alterum alteri causæ usum suppleat, neque vero alteri alterum, nonne ad æqualem recompensandam gratiam Spiritum esse causam immutabilis ordinis observantia exigit? » — Simile argumentum legitur in ep. encycl. n. 10, p. 51: Εἰ ἐκπορεύεται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ ἐκ Πατρὸς, τί μὴ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννᾶται, ὥσπερ ἐκ Πατρός; et in opusculo contra vet. Romæ asseclas, quod infra damus, cap. 6. Huc spectant e Nicolai Methonensis syllogismis quintus et sextus, quos hic adjungimus. ε'. Εἰ διότι ἓν εἰσι Πατὴρ καὶ Υἱὸς, εἰσὶ δὲ πάντως ἓν τῇ φύσει, διὰ τοῦτο ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δοτέον ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα (τοῦτο γὰρ ἡ καινοφωνία τοῦ λατινικοῦ δόγματος ἀπαιτεῖ)· δοτέον ἂν εἴη καὶ τὸν Υἱὸν ἐξ ἀνάγκης, ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννᾶσθαι, διότι καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἓν εἰσι τῇ φύσει· εἰ δὲ μὴ, κινδυνεύει τὸ Πνεῦμα μὴ ἓν εἶναι τῇ φύσει μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ πάλιν παῤῥησιάζεται ὁ Μακεδόνιος. Hoc caput ad verbum legitur apud Beccum G. O. I. p. 204, et Latine apud Hugonem Ether. (lib. I, c. 18, p. 1212 D.) « Si quia unum sunt Pater et Filius (sunt autem omnino natura unum) ideo ut ex Patre, ita ex Filio dandum est procedere Spiritum (hoc enim novitas Latini dogmatis appetit): dandum est et Filium ex necessitate, ut ex Patre, ita ex Spiritu generari, quoniam et Pater et Spiritus unum sunt natura. Quodsi non ita est, periclitatur Spiritus, cum non sit unum cum Patre natura, et rursum palam fit Macedonius. » Cap. ς': Ἔτι εἰ διὰ τὴν ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, ἀναγκαίως καὶ ὁ Υἱὸς διὰ τὴν ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Πνεύματος, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννᾶσθαι ὁμολογηθήσεται, καὶ οὕτως ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὸν Υἱὸν τὸ βλάσφημον μεταβήσεται· εἰ δὲ μὴ, σαφῶς βλασφημεῖται τὸ Πνεῦμα τῆς θείας ἀποπίπτον τιμῆς· τῷ Υἱῷ γὰρ ὁμοτίμως ἐκ τοῦ Πατρὸς προηγμένον· εἰ θάτερον τῷ ἑτέρῳ τὴν τοῦ εἶναι χρείαν ἀναπληροῖ, καὶ θατέρῳ τὸ ἕτερον τὴν ἴσην ἀμείβεται χάριν, ἵνα καὶ ἰσότιμα ἄμφω φυλάττηται· ἐὰν δὲ μὴ ἀμείδηται, ποῦ τάξεως ἡ συντήρησις; καὶ εἰ μὲν μὴ δυνάμενον, ἀσθενές· εἰ δὲ μὴ βουλόμενον, φθονερόν. Βαβαί! τὸ ἀγαθὸν Πνεῦμα, τὸ εὐθὲς, τὸ ἡγεμονικὸν (ex psal. LI. Vulg. l. v, 10, 12, LXX), τὸ ὁμοδύναμον κατὰ τὴν φύσιν καὶ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Compendio hæc refert Beccus l. c., n. 62, 63, p. 206; Latine Hugo Etherianus (l. c., p. 1213 G): « Si enim propter honoris parilitatem Patris et Filii ex ambobus Spiritus emanaret, consequi videretur, ut Filius propter honoris parilitatem, sicut est ex Patre, ita et ex Spiritu esset. Quod Methonæ astruit episcopus; ait enim: Duobus ejusdem honoris a Patre progredientibus, si alterum alteri exsistentiæ usum præstet, alterum æqualem alteri decet reddere gratiam, ut honoris parilitatem ambo conservent. Quodsi non retribuit, ubi est immutabilis ordinis observantia? Et si quidem non potest, languidus est; si vero non vult, invidus. Vah, bonus Spiritus, et rectus et principalis, ejusdem potentiæ secundun naturam, Filio Patrique consubstantialis! »

(29) Δὲ deest in Vindob. cod.

(30) Monac. Ἔχει.

(31) Vindob.: βλ. πῶς δ' οὐχὶ ἡ τῆς τρ. Monac.: βλ. ἡ τριάδος.

(32) Hugo Etherianus hoc cap. 4 (in Mon. β') omisso ad sequens properans nonnisi hanc ex eo profert exclamationem: « O sensum intemperantia ebrium et impietate! » Infra c. 9, legitur: Ὤφρενὸς ἄκρατον μεθυούσης τὴν ἀσέβειαν.

(33) Eodem pacto epist. 2, n. 18, ed. Lond.: Εἰ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ὁ Υἱὸς γεγέννηται, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ὡς εἰς δύο αἰτίας ἀναφερόμενον, οὐδὲ τὸ σύνθετον εἶναι διαῤῥάσειεν. Cf. Opusc. Phot. infra exhibitum cap. 2, Nicol. Methon. c. 19: Πῶς δὲ καὶ ἁπλοῦν τὸ μὴ ἐξ ἑνὸς, ἀλλ' ἐκ δύο, τοῦ μὲν ἀναιτίου αἰτίου, τοῦ δὲ αἰτιατοῦ καὶ ἀἰτίου;

(34) Cod. Εἶπεν.

(35) Simon Cpl. (apud Allat. c. Hottinger. c. 18, p. 381), Hugo Etherianus (l. c.) et Allatius (*Vindic. Syn. Eph.*, 77, p. 651, 652) legerunt ἱερέων. Sed melius codices nostri ἱερῶν: Quis e sanctis et celeberrimis Patribus? De sacerdotibus enim paulo post loquitur, deest quoque articulus τῶν ante περιωνύμων.

(36) Monac. Καὶ πν.

(37) Hæc ita refert ex Photio Simon Cpl. ep. ad Jo. Nomophylacem (Allat. c. Hotting., p. 381 et 374): Τίς τῶν ἱερέων καὶ περιωνύμων Πατέρων ἡμῶν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐμυστηγώγησε;

(38) Allatius duobus in locis, ubi hæc citat, legit οἰκουμενική, c'. Hott. c. 18, p. 374: Ποῖα σύνοδος οἰκουμενικὴ ὁμολογίαις στηριζομένη. *Vindic. syn.*

λογίαις στηριζομένη καὶ διαπρέπουσα (39) ; μᾶλλον δὲ τίς (40) ἱερέων καὶ ἀρχιερέων θεόλεκτος σύλλογος (41) οὐ ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ πρὶν (42) φανῆναι τῇ τοῦ παναγίου [9] Πνεύματος ἐπιπνοίᾳ κατεψηφίσατο (43) ; καὶ γὰρ (44) τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν Δεσποτικὴν μυσταγωγίαν τελεσθέντες καὶ αὐτοὶ λαμπρῶς τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ μεγαλοφώνως ἀνεκήρυττον · καὶ δὴ καὶ τοὺς μὴ φρονοῦντας οὕτως ὡς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς (45) Ἐκκλησίας ὑβριστὰς τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλον (46) · ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων τὴν ἀρτιγενῆ δυσσέβειαν προφητικοῖς προορῶντες ὄμμασι (47) καὶ αὐτὴν μετὰ τῆς προλαβούσης πολυμεροῦς ἀποστασίας καὶ γραφῇ καὶ λόγοις καὶ διανοίᾳ κατεδίκαζον. Ἐδογμάτισεν εὐθὺς τῶν οἰκουμενικῶν καὶ ἁγίων ἕκτα συνόδων (48) ἡ δευτέρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, διεδέξατο ἡ τρίτη, ἐβεβαίωσεν ἡ τετάρτη, σύμψηφος ἡ μέμπτη κατέστη, συνεκήρυξεν (49) ἡ ἕκτη, ἐπεσφράγισε λαμπρῶς ἀγωνίσμασιν ἡ ἑβδόμη · καθ' (50) ἑκάστην αὐτῶν [10] ἔστι περιφανῶς καθορᾷν παῤῥησιαζομένην τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐ τοῦ Υἱοῦ (51) θεολογούμενον ἐκπορεύεσθαι. Σὲ δὲ τίς ἀγέλη (52) δυσσεβοῦσα μετεδίδαξε, τίς τῶν ἀντινομοθετούντων τῷ Δεσπότῃ καταπεσεῖν εἰς ἀθέσμους δόξας ὑπηγάγετο (53) ;

et munita, imo quis sacerdotum atque episcoporum divinitus coactus cœtus sententiam istam etiam antequam in lucem prodiret, per sanctissimi Spiritus afflatum non condemnavit ? Etenim Spiritu Patris juxta Christi Domini doctrinam ipsi quoque initiati illum a Patre procedere clara et alta voce prædicabant eosque qui non ita sentirent, utpote catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ contemptores anathemati subjiciebant, jam inde ab antiquis temporibus novam istam impietatem propheticis oculis prospicientes, ipsamque una cum multiplici priorum hæreseon defectione et scriptis et verbis et animo condemnabant. Definivit statim universalium et sanctarum septem synodorum secunda, Spiritum sanctum ex Patre procedere ; excepit tertia, confirmavit quarta, suffragata est quinta, prædicavit sexta ; obsignavit claris certaminibus septima ; in qualibet illarum est luculente cernere libere prædicatam pietatem, traditumque de Spiritu, illum a Patre, non autem a Filio procedere. Te vero quisnam impiorum grex diversa sentire docuit, quis ex iis qui Domino contraria sanciunt, in opiniones iniquas ut delabaris effecit ?

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

Ephes. l. c. Quis e sacerdotibus et laudatissimis nostris Patribus Spiritum ex Filio procedere decrevit ? Quæ synodus universalis confessionibus constabilita et celebris ? — Sed Etherianus ut supra ex codicibus.

(39) Allat. c. Hott. l. c. Ἐνδιαπρέπουσα. Sic. Col.

(40) Monac. Μᾶλλον δὲ τῶν ἱερ.

(41) Monac. Σύνοδος.

(42) Monac. Πρὶν ἢ φαν. Sic. Col.

(43) Simon Cpl. l. c., p. 372, 373 : Μᾶλλον δὲ τίς ἱερέων καὶ ἀρχ. θεόλ. σύλλογος οὐ ταύτην τὴν διάνοιαν (δηλονότι τὴν λέγουσαν, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον) τῇ ἐπινοίᾳ τοῦ Πνεύματος κατεψηφίσατο ; Allatius non recte vertit : « Quis ex sacerdotibus et præsulibus a Deo congregatus cœtus non hanc cogitationem (eam nempe quæ pronuntiat etiam ex Filio Spiritum S.) *adversus* Spiritus sancti inspirationem calculum dedit ? » Melius Hugo Etherian. (vide not. 17).

(44) Sic cod. Vatic. ; Monac. et Cod. : Δι' ὧν γάρ. Palat. : ἵσ : δι' ὧν γὰρ τὸ πν. Ether. : Per quos.

(45) Καὶ ἀποστολ. in Monac. ad marg. suppletur.

(46) Apud Allat. c. Hott., p. 373 : Καὶ γὰρ τοὺς μὴ φρονοῦντας οὕτως (ἤγουν ὡς τὸ πν. ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς καὶ οὐ μὴν ἐξ Υἱοῦ) ὡς τῆς καθ. κ. ἀπ. ἐκκλ. ὑβριστὰς τῷ ἀναθεματισμῳ καθυπέβαλον. « Namque eos qui non ita tenent (nempe Spiritum ex solo Patre, et non ex Filio) veluti in cath. et apost. Ecclesiam injuriosos anathemate percusserunt. » — Monac. habuit καθυπέρβαλον ; sed ρ deinde deletum. Col. καθυπέβαλλον.

(47) Monac. ὀφθαλμοῖς.

(48) Eodem pacto et iisdem fere verbis septem synodos protendunt Jos. Bryennius Or. 8, de S. Trin., Mich. Balsamon in *Anaphora cleri Cpl.*, Glycas aliique, quorum textus recitat Allatius, *De Occid. et Or. Eccl. consens.* l. III, c. 2, n. 1, p. 916-918 ; c. Hotting, p. 315-321. *Vindic. syn. Ephes.* c. 77. p. 648, 949.

(49) Col. Συννεκήρυξεν.

(50) Col. Καὶ καθ'.

(51) Monac. Col. et Pal. Ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

(52) Monac. Ἄλλη ; tunc supplend. : σύνοδος.

(53) Hæc postrema verba Græce allegantur in citata Simonis Cpl. ep. (Allat. c. Hott. p. 381) sine ulla varietate, Latine tantum in *Vindic. syn. Ephes.* p. 652 : « Te vero quisnam grex impius inversa doctrina docuit decernere Spiritum ex Filio ? Quis contra Dominum leges instituens in iniquas opiniones delabi subduxit ? » — Sed Hugo Etherianus (l. c., p. 1231. C. D.) totum caput recitat hoc pacto : « Quis dixit sacerdotum seu Patrum nostrorum, Spiritum ex Filio procedere ? Quæ synodus universalibus sponsionibus firmata et adornata, magis autem quod Pontificum divinitus adunatum collegium non hanc sententiam, et antequam appareret, sancti Spiritus inspiratione condemnavit ? Per quos Spiritus sanctus Patris esse juxta Dominicam institutionem apparet ; ex quo liquido procedere magis vocibus prædicaverint (l. prædicaverunt), et quidem non sic sentientes ut universalis et apostolicæ Ecclesiæ contemptores subdiderunt anathemati. Ab antiquis enim temporibus noviter ortam impietatem præsagis Providentiæ (l. providentes) oculis et ipsam cum antecipante multifaria discessione scripto, verbo atque sententia condemnarunt. Dogmatizavit statim universalium et sacrarum synodorum secunda, Spiritum sanctum ex Patre procedere ; suscepit tertia, quarta confirmavit, consensum præbuit quinta, sexta adjudicavit, splendidis consignavit certaminibus septima. Per singulas earum est patenter videre fiducialiter egisse pietatem et Spiritum ex Patre, sed non ex Filio divinitus annuntiatum procedere. Te vero quis grex impius perdocuit, quis contrarias leges Domini ponens legibus incidere in nefarias sectas subinduxit ? »

ac λειτουργία significat (21), modo ad theologicam institutionem sacramque doctrinam denotandam adhibetur; atque adeo tum ἱερουργίαν tum ἱερολογίαν complectitur. Frequenter Photius μυσταγωγίαν dicit institutionem dogmaticam, doctrinam divinitus traditam; sic θεόσοφον μυσταγωγίαν vocat fidei expositionem ex œcumenicorum conciliorum definitionibus desumptam (22); sic verba μυσταγωγεῖν, θεολογεῖν, ἱερολογεῖν veluti synonyma usurpat (23). Et hoc pacto in opere nostro vocem intelligit; tradere vult doctrinam sacram ac divinam de Spiritu sancto, vera dogmata circa tertiam Trinitatis personam. Æquipollere μυσταγωγίαν cum θεολογίᾳ ac ἱερολογίᾳ, et μυσταγωγεῖν cum θεολογεῖν ac ἱερολογεῖν promiscuus harum vocum usus satis manifestat (24). A B

11. Quanti momenti Photii liber *De Spiritus sancti mystagogia* sit, id in primis patet, si eum cum posteriorum temporum ejusdem argumenti operibus Græcorum conferamus, quod vel ex notis ideo operi a nobis appositis constabit. Patet id rursus, si eos consideramus, qui pro catholicæ Ecclesiæ dogmate contra Græcos calamum strinxere, [138] quique non parum cum Photii syllogismis decertarunt. Ad Latinorum manus per tria sæcula vix hoc opus pervenit. Sæculo demum XII, Hugo Etherianus, qui apud Manuelem I imperatorem singulari fruebatur gratia, illud præ manibus habuit ac in suis libris ad Alexandrum III missis nonnulla ejus capita confutavit (25). Est autem Hugo, ut opinor, nobilissimis theologis annumerandus, qui in eo sane non imprudenter egit, quod Græcorum Patrum lectione nutritus loquendi morem eorum studiose secutus imitatusque est (26), quo faciliorem, quantum posset, ad desideratam unionem sterneret viam; qua in re, licet sæpe dura Latinorum theologicis auribus ejus dictio videatur, laudandus potius, quam culpandus est. Cæterum si non cuncta accurate pertractavit, meminisse oportet, sæculo XII non eam theologiæ ἀκρίβειαν [139[, C

(21) Germ. *Rer. eccles. contempl.* Galland. XIII, p. 209; Bona, *Rer. Lit.* l. II; Raynaud, *Onomast. Eucharist.*, J. Dartis ad dist. 2, *De consecr.* Selvaggio *Instit. antiq. Chr.* l. II, p. I, c. 6, § 5, n. 15.

(22) Phot. epist. 1, ad Mich. Bulg. n. 21. (*Antiqu. lect.* Canis ed. Basnage II, II, p. 397.) D

(23) Vide op. nostr. c. 53; *Amphil.* 28, apud Scottum p. 26 et seq.

(24) Quam cap. 20 vocarat προτέραν μυσταγωγίαν, scilicet doctrinam a Christo Joan. XV, 26, enuntiatam, eamdem cap. 23 dicit προτέραν θεολογίαν. Cap. 67 ait : Admirabilem illam mystagogiam, per quam Spiritum ex Patre procedere theologica ratione prædicamus (θεολογοῦμεν), adversarios pervertere propriis suis figmentis et inventionibus.

(25) Quod ad versionem verborum Photii attinet, durius judicat Petavius (*De Trin.* VII, c. 2, n. 4), Hugonem ea non *integre* transtulisse. Verum Petavius e Photii operibus encyclicam tantum epistolam hic præ oculis habuisse videtur, nec nostrum opus inspexit, e quo fere omnia Photii verba quæ affert, ille desumpsit.

(26) Sic *causæ* nomine, æque ac Græci vocibus αἰτίας et ἀρχῆς promiscue utuntur, passim *principium* significat, quod posterius vocabulum gravissimis ducti rationibus (vide Thom. *Sum.* p. I, q. 33, a. 1 ad 1 et Opusc. contra Græc. ad Urban. IV, c. 7), prætulerunt Latini. Alia exempla intra suppeditabuntur. Universim vero opus nostri Theologi quoad majorem partem adeo Græcorum dictionem redolet, ut illud potius e Græco in Latinum sermonem translatum diceres, quam Latine conscriptum, nisi aliunde constaret, Hugonem Latine scripsisse. Exstitit teste Allatio (*De eccles. consensione*, l. II, c. 2, p. 654) Græca hujus operis versio, quæ si publicata foret, facilius de hac re judicaremus. Mihi non incredibile videtur Hugonem Constantinopoli Græce quædam pro imperatore scripsisse, hæc vero Latino eloquio rursus pertractata et in tres libros congesta amicis Occidentalibus tradidisse. Præfationes librorum ejusdem legenti id non sine fundamento dictum apparebit. Demum mihi et hoc persuasum est, qui Hugonis philosophemata et dialecticos excursus uberius scrutatus fuerit, inde non exiguos fructus pro historia philosophiæ medii ævi ante Thomam eum collecturum.

constitutam inveniri, quam sæculo XIII illa adepta est; meminisse oportet, cum ingenue fateri et virium suarum inopiam et sublimis materiæ, quam tractabat, difficultatem. In præfat. ab lib. III *De hæresibus quas Græci in Latinos devolvunt* (*Bibl. PP. max.* Ludg. XXII, p, 1237 c), « De hac materia, inquit, edere aliquid formidabile est; nam in his non solum infirma facultas rationis orationisque, verum validissima vix se a mendacio temperat et ab inconsultis erroribus. » Hinc nos inter eos, quos sequentibus harum animadversionum articulis contra Photium disputantes inducemus, haud infimo subsellio Etherianum collocandum esse rati sumus. Neque minoris, in multis etiam majoris auctoritatis est Joan. Beccus, virtute ac doctrina æque nobilissimus Byzantinorum patriarcha, qui pro vero dogmate, semel ac illud cognovit, strenue decertavit, qui et operibus et discipulis suis Græcorum nationem mire illustravit. Illud tamen notandum, Beccum in orat. de un. Eccl. (*Græc. orth.* I, p. 154-180), dnm Photii argumenta quædam profert ac solvit, non nostrum opus allegare, sed opusculum alterum ab Euthymio vulgatum; libro vero III, ad Theodorum Sugdææ episcopum (*ibid.* II, p. 133 seq.) ex illo manifeste hausisse. Alii, qui hunc Photii librum refellendum sibi sumpserint, noti huc usque non sunt; sed quoad rem ejus argumenta, quæ insequentium sæculorum schismaticis veluti facem præferebant, plurimi theologi feliciter enervarunt. Nos dum varios auctores in medium proferimus, licet selecti ii sint, nequaquam *singulorum* dicta nostra facere intendimus, verum potius uno veluti conspectu ea exhibere, quæ a diversis, diverso tempore, ac pro varia ingenii institutionisque indole, contra argutias illas modo feliciori marte, modo non satis felici, non tamen sine ullo fundamento, proferebantur.

12. At enimvero hujus operis pretium theologicum et aliunde patet. Quod ad pugnæ illius de Spiritus sancti [140] processione varia stadia pro-

gressusque pertinet, id imprimis notandum, duplicis generis arma fuisse adhibita : *auctoritatis* scilicet et *rationis*. Prius genus Bibliorum et traditionis testimonia complectitur; alterum ratiocinationes ex theologicis principiis profectas. Porro ad *auctoritatem* quod attinet, is fere ubique a Photio et ei adhærentibus assumitur canon : *Ubicunque*, sive in Scripturis sive in symbolis et synodorum actis, sive apud Patres, *ex Patre procedere dicitur Spiritus sanctus, ibi processio ex Filio prorsus excluditur*, quem canonem falsum esse facili negotio Latini theologi evincunt. Ad Patres vero, ac speciatim Græcos, Latini *primi* in hac lite provocarunt. Constat ex celebri in hac controversia epistola sancti Maximi ad Marinum (27) jam sæculo VII Occidentales præter suos doctores Cyrilli Alexandrini expositionem in Joannis Evangelium appellasse ; constat non solum posteriores Latinos, ut Etherianum et Anselmum Havelbergensem (*Dial.* l. II, c. 24, p. 188 ed. Paris. 1723), verum etiam eos ipsos, qui primitus Photium impugnabant scriptores Occidentales, Athanasii, Didymi aliorumque Græcorum testimonia protulisse ; Græcos vero nonnisi serius ex sententiis suorum doctorum arma petere cœpisse, atque in iis explicandis fluctuantium et incertorum more sæpenumero suas mutasse opiniones. Nicephorus Blemmida, vir insignis, cujus integritati et eruditioni vel ipsi schismatici summas tribuunt laudes (28), et testatur et probat vetustiores suorum civium Damascenum secutos admisisse διὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, nonnisi τὸ, ἐκ τοῦ [141] Υἱοῦ negantes; posteriores vero, quo melius formulam alteram tollerent, etiam priorem, veluti non minus causæ suæ exitialem, esse æque aspernatos (29). Provocat ipse ad opus τῆς ἱερᾶς ὁπλοθήκης jam dudum celeberrimum (30), ubi ad formulam ἐκ τοῦ Υἱοῦ impugnandam argumenta ex doctorum formula διὰ τοῦ Υἱοῦ petebantur. Incredibile dictu est, quot diversis modis interpretati fuerint suorum Patrum dicta, modo significationem τοῦ προέρχεσθαι, προϊέναι, προχεῖσθαι longe aliam quam τοῦ ἐκπορεύεσθαι prætendentes, modo alia vocum discrimina fingentes, modo præpositionem διά præpositionibus σύν et μετά æquiparantes, modo nescio quam ἔκφανσιν, quæ nulla modo si πρόοδος, modo pervadere quoddam seu διήκειν, aliaque id genus comminiscentes (31). Qui vero primus, post Photium, qui id saltem jam moliebatur, Patrum dicta, quæ schismatis causæ favere putabantur, in unum collegit, Andronicus Camaterus sæculo XII (vel XI) florens, nonnisi adjectis suis observationibus iis nervum quemdam fucatæ probationis indere potuit; adeo deerant testimonia diserte et pure ejus scopo conducentia præter illa, quibus supradictus canon applicabatur. Camateri observationes refellendas sibi sumpsit Beccus, qui simul in suis epigraphis Patrum textus pro processione ex Filio collegit; quibus Palamas, acerrimus schismatis defensor, postea suas ἀντιῤῥήσεις opposuit, quas card. Bessarion [142] confutavit (32). Sed multa utriusque partis scripta lucem adhuc desiderant, quæ concertationis varios successus accuratius delinearent (33). Nemo rerum gnarus negaverit, Latinos scriptores jam sæc. IX Græcorum solvendis argutiis impares minima fuisse; posterius vero ac præsertim sæc. XIII et XV, eos in theologia et in philosophicis disciplinis undequaque superiores exstitisse manifestum est. Sed sæculo IX, hæc controversia nondum eo eruditionis splendore agitari potuit, quem tempore Becci et synodi Florentinæ animadvertimus ; neque eæ quæstiones exegeticæ, philologicæ [143] ac criticæ movebantur, in quibus postea summi theologi

(27) Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 38, 39. Opp. Max. II, p. 38, 39; Allat. *contra Creyght.* p. 191.

(28) Cf. Georg. Acropol. *Annal.* c. 32, p. 54, ed. Bonn.; Pachym. *Hist.* v. 15; Ephrem monach. in *Chron.* (Mai. *Vett. scr. Coll.* III, 1, p. 211); Becc. orat. 2, De injusta depos. c. 5, 17 (*G. O.* II. 43, 62); Allat. *De consens.* l. II, c. 14, n. 4.

(29) Niceph. Blem. orat. 1, c. 5-7; orat. 2, c. 3 (*G. O.* I. p. 4-8, 42).

(30) Niceph. Blem. l. c. p. 4 : Ἡ βίβλος αἰδέσιμος ἦν τοῖς τότε τῶν λογίων ἀνδρῶν λογάσι καὶ περισπούδαστος, εἰς ἔπειτά τε καὶ ἕως ἡμῶν περίπυστος καὶ ἐξαίρετος. Beccus, orat. 2, de deposit. (*G. O.* II, 59) Camaterum auctorem vocat.

(31) Cf. Becc. orat. cit. (p. 50 seq., 54 seq., 93); l. IV, ad Constant. c. 3 (ib. p. 207 seq.); contra tom. Cypr. (ib. p. 215 seq.); Marcum Ephes. de præpositione διὰ æquipollente τῇ μετὰ apud Greg. Cpl. in *Apol.* (Cod. Mon. 27 f. 115 a. seq.) Allat. *Vindic. syn. Eph.* c. 60-64, p. 404-432.

(32) Camateri opus cum Refutatione Becci extat in *Gr. orthod.* t. II, p. 293 521; Epigraphæ Becci ib. p. 522 seq. Palamæ antirrheticus cum Bessarionis confut. ap. Arcud. in *Opusc. theol. aureis.* Rom. 1630, 1670 et in cod Mon. cit. f. 57 seq.

(33) Opera Joan. Chilæ et Manuelis Chrysolaræ pro causa catholica nondum publicata sunt, præstans Manuelis Calecæ opus Latine tantum, quantum scimus. Ex schismaticis auctoribus multa adhuc in bibliothecis jacent Theophylacti, Phurnæ, Nicolai Methon., Eustratii Nicæni, Nicetæ Byzant, Camateri, Nicol. Hydruntini aliorumque. In cod. Vindob. Gr. theol. 102 (Lamb. 258) f. 18, antithesis est Matthæi quæstoris contra Thomam Aquinatem. Plura opera sæc. XV, partim in conc. Flor. editionibus, partim ab Arcudio publicata continet cod. Mon. in nostra editione adhibitus. Ibi quoque legitur fol. 114 b-144 a. Gregorii Cpl. Apologia in Marci Ephesii confessionem (præcedit) f. 97 b-114 a, ejusdem liber ad imp. Trapez. ab Allat. *G. O.* I. 419 seq. editus); sequuntur a fol. 180 a. Marci Eugenii capita syllogistica, quorum 17 Georgius Scholarius, reliqua usque ad cap. 38 Bessarion confutavit, quæ refutationes usque ad fol. 255 b se extendunt. Legitur nota capitum summario addita : Ἕτερα κεφάλαια τοῦ αὐτοῦ Ἐφέσου, ἃ οὐκ ἔφθασεν ἀπολογήσηναι ὁ σχολάριος, καὶ ἀπεκρίθη ταῦτα ὁ Κύριός μου Νικαίας αἰτήσει καὶ παρακλήσει τοῦ μακαρίτου Κυρίου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου γενομένου ἐν Ῥώμῃ. Ex his operibus nonnulla in seq. articulis excerpta sunt. Cæterum in operibus schismaticorum quæ nondum vulgata sunt, plurima eadem plane videntur esse, quæ jam in editis prostant; pauca solummodo quæ peculiara habent, expiscari interdum licet. Nihilominus non sine utilitate pro uberiori hujus dogmatis historia ejusmodi scripta publicarentur.

decertarunt. Attamen, ut pugna Græcis e voto cederet, certa quædam principia erant constituenda, et quibus doctrina Latinis contraria stabiliretur, quorumque ope auctoritatum dicta scopo accommodarentur. Et hic fuit Photii labor, qui pro sui ingenii facultate ea primus posuit fundamenta et facem prætulit cunctis ejusdem sententiæ patronis; uberrimum ipse fontem aperuit, ex quo per sæcula insequentia pleraque sua hausere, quicunque Spiritus sancti ex Filio processionem impugnarunt.

13. *Rationes theologicæ* schismaticorum ex nonnullis principiis maxima ex parte pendent a Photio jam stabilitis. Hæc *axiomata*, struendorum sophismatum fundamenta, qui bene perspexerit, artificiosam illorum disputationem ex integro poterit dijudicare. Photius autem, ut fere ubique in talibus usu venit, miscet *veris falsa*, receptis et concessis principiis nunquam admittenda eaque callide logicæ consecutionis filo inter se connectit. Quod attinet ad principia theologica ab omnibus admissa, his potissimum utitur Photius: I. Trinitas est omnino consubstantialis; tres personæ eamdem habent omnino naturam atque potentiam. II. Pater est prima causa, primum principium, ex quo tum Filius tum Spiritus sanctus, etsi non eodem modo, suum esse divinamque habent essentiam. III. Essentia communicatur, sed personales proprietates sunt omnino incommunicabiles, vel, ut Gregorius Nazianzenus loquitur, τὸ ἴδιον ἑκάστου ἀκοινώνητον. (Cf. Joan. Theol. sess. 18 concilii Florentini, Hard. *Conc.* tom. IX, p. 201.) IV. Servanda in omnibus est divina monarchia, qua Trinitas, quam Christiani adorant, a polyarchia ethnicorum secernitur. Cum his alia effata connectuntur, quæ apud theologos et apud Patres non minus rata et explorata sunt. Sed *propria* Photii axiomata jam inspiciamus. Hæc potiora sunt: I. Filio quoque tribuere Spiritus sancti spirationem est *duo* in Trinitate [144] statuere *principia*, eaque inter se diversa. II. Producere Spiritum sanctum sive spirare est *hypostatica Patris proprietas*. III. Pater quidquid ex se ut ex causa producit, *ratione personæ, non autem ratione naturæ*, producit. IV. Quidquid in sancta Trinitate concipitur, *aut trium* personarum *commune* est *aut* personæ *uniusproprium*. V. *Nihil* in Trinitate potest esse *duabus personis commune*. VI. Quidquid de Trinitate dicitur, *aut naturale est aut hypostaticum* (eo scilicet sensu hypostaticum, quo unius personæ characteristicum et proprium). VII. Uti Filius, sic et Spiritus sanctus est ex Patre *immediate et proxime*, nullo medio exsistente. Hæc vero axiomata fere omnia jam adduxit Joan. Beccus tum in Camat. Animadv. (*Gr. orth.* II, p. 191), tum orat. 2, de depositione injusta, c. 54 (*Ibid.* p. 75) tanquam a Photio invecta et propugnata. Sec hæc *in libro nostro disertis verbis* reperiuntur, in quo potissimum theologicum ejus pretium constituendum esse censemus. Non solum doctrinam de Spiritus sancti ex solo Patre processione apud Græcos introduxit Photius, sed et methodo quadam et studio acerrimo cum systemate Patrum theologico eam connectere, sedem ei perpetuam figere in Græcorum dogmaticis institutionibus, eamque undequaque munire aggressus est. Nos hinc tribus continenter articulis tum argumenta ex auctoritate ab utraque parte prolata, quæ in Photii libro attinguntur, deinde hæc ipsa Photiana principia, postremo potiora ejusdem sophismata perlustrabimus, catholicorum theologorum selectas sententias responsionesque adjungentes.

[145] II. — *Argumenta ex auctoritate utrinque petita, quæ potiora sunt, examini subjiciuntur.*

1. Quod ad argumenta spectat ex auctoritate petita, urget in primis Photius c. 2, verba Christi Joan. xv, 26: Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, quasi inde Filius a Spiritus sancti spiratione activa excluderetur eaque *uni* Patri vindicaretur. Merito cum Petro Mediolanensi (*De proc. Spirit. sanct.* c. 6, *Græc. orthod.* Romæ 1652, t. I, p. 384, 385) Leo Allatius (c. Hotting. p. 296. Cf. *Enchir. De proc. Spirit. sanct.* Romæ 1658, cap. γ', p. ις') « criminantur schismatici Latinos quod verbis Christi addant *ex Filio*, nec erubescunt ipsi addere *ex solo*. Utraque additio est; si est culpanda, quare non in utroque? » Catholici theologi respondent propositionem Joan. xv, 26 expressam esse affirmantem, *non excludentem*, ac præterea implicite Filium hic commemorari, tum ex verbis cum his intime connexis, tum ex certis theologicis principiis; nec sine causa, imo pro more Scripturarum peculiariter Patri tribui spirationem; neque demum obfuturum fuisse Latinis, si dictum esset: Qui ex *solo* Patre procedit. Etenim *regulariter*, ut ait S. Thomas (*Summa theol.* p. 1, q. 36, a. 2 ad 1), « etiam in sacra Scriptura tenendum est, quod id quod de Pater dicitur, oportet de Filio intelligi, *etiamsi dictio exclusiva addatur*, nisi solum in illis in quibus Pater et Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matth. xi, dicit: *Nemo novit Filium nisi Pater*, non excluditur, quin Filius se ipsum cognoscat. Sic igitur, cum dicitur, quod Spiritus sanctus a Patre procedit, etiamsi adderetur quod a solo Patre procedit, non excluderetur inde Filius, quia quantum ad hoc quod est esse [146] principium Spiritus sancti, non opponuntur Pater et Filius, sed solum quantum ad hoc quod hic est Pater et ille Filius. » Solemne est illud Augustini (tract. 99, in Joan.): « Si ergo de Patre et de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dixit: De Patre procedit? Cur, putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est? Unde illud est quod ait: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.* Si igitur intelligitur hic ejus doctrina, quam tamen dixit *non suam*, sed Patris: quanto magis illic intelligendus est et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait: *De Patre procedit*, ut non diceret: *De me non procedit?* » Uberius idem argumentum evolvunt Pe-

trus Mediolanensis (l. c., c. 7, p. 386 seq.); Hugo Etherianus (l. III, *c. Græc.* c. 15, p. 1251, ed. cit. apud Petav. *De Trin.* VII, 15, 2, 3, et Natal. Alex. *H. E.* sæc. IX, diss. 18, assert. 1, t. XII, p. 532, ed. Bing. 1788); Nicephorus Blemmida (orat. 1, c. 19-21; *Gr. orth.* I, p. 26-28); Joannes Beccus pluribus in locis (*Gr. orth.* I, p. 348 seq., III p. 130-132, 145, 146); Georgius Metoch. (*contra Manuel. Cret.* c. 19; ibid. II, p. 1030-1034); Joseph. Methon. (*contra Marc. Ephes.* Hard. *Concil.* t. IX, p. 570, 571); Leo Allatius (*Enchirid.* c. γ', p. 15 seq.; c. κε', p. 170, 171; *contra Hotting.* c. 18, p. 324 seq.), aliique permulti.

2. Hinc theologi Latini illud *Filioque* verbis Christi adjunctum minime esse additamentum pro lubitu effictum contrarium sensui et alienum sed expositionem, ἐξήγησιν, σαφήνειαν verborum biblicorum ex re ipsa et analogia Scripturarum sponte semet offerentem summa cum concordia propugnant et evincunt. Ut alia in præsentia prætereamus, præclare Andreas Rhodii archiepiscopus in conc. Flor. sess. 6 (Hard. IX, p. 72 seq.), ex Christiana traditione, ex qua Græci non secus ac Romana Ecclesia legitimam Bibliorum interpretationem haurire se profitentur, quamque, prout est vel συστατική vel ἐξηγητική, ex æquo [147] venerandam et pro dogmatica probatione sufficientem omnino putandam esse statuunt, ea evolvit principia, ex quibus Spiritus sancti etiam ex Filio processio evidenter colligitur: Patrem non intelligi, quin simul Filius intelligatur; Trinitatem catenæ comparari, in qua attracto uno extremo annulo et alter extremus attrahatur; una persona intellecta reliquas simul comprehendi (34); omnia Filium cum Patre habere communia, una paternitate excepta (35); omnia in Trinitate esse [148] unum, ubi oppositæ non intrant relationes (36). « Omne quod non separat Patrem et Filium; » — ita Gregorius Cpl. ad imper. Trapezunt. c. 6 (*G. O.*, I, 429), — « Patri et Filio commune est: spirare vero non separat Patrem et Filium: est ergo utrique commune (37). » Præterea, ut præfatus præsul sess. 7 Flor. (Hard. l. c., p. 93) ostendit, eamdem relationem, quam habet Filius ad Patrem, habet Spiritus ad Filium (38); unde sicut Pater est ἀρχὴ Filii, ita Filius est ἀρχὴ Spiritus sancti. Quare Hugo Etherianus (l. II, c. 17, p. 1232 e): « In quantiscunque quidem Pater neque cum Filio neque cum Spiritu habere intelligitur commune, solus intelligitur Pater, velut cum dicitur ingenitus, absque causa et sine principio. In quantiscunque vero cum utroque aut cum altero tantum habere intelligitur commune, *quanquam solus nominetur, solus tamen non intelligitur.* At vero Spiritum habet cum Filio communem Pater; quare cum dicitur: a Patre procedit, et a Filio procedere debet *subintelligi.* » Quod si vero [149] quæratur, quid prohibuerit Christum, quominus addiderit: *et a me procedit*, quæri primo eodem jure potest, cur non dixerit: *Ex solo Patre procedit* (39); secundo respondetur, solemne fuisse Domino, sua omnia referre ad Patrem ut ad principium sine principio, ex quo erant omnia sua (40); deinde

(34) Jam Dionysius Alex. lib. II *Apol.* ad Dionys. Rom. apud Athanas. *De sent. Dionys.* n. 17, p. 254, ed. Maur. (Routh, *Reliqu. sacræ* III, p. 198, 199) dixerat: Πατέρα εἶπον, καὶ πρὶν ἐπαγάγω τὸν Υἱὸν, ἐσήμανα καὶ τοῦτον ἐν τῷ Πατρὶ... ἅγιον Πνεῦμα προσέθηκα, ἀλλ' ἅμα καὶ πόθεν καὶ διὰ τίνος ἦκεν ἐφήρμοσα. Luculentissime Basilius Magn. *De differ. usiæ et hypost.* ad Gregorium fratrem scribit: Ὁ τὸ Πνεῦμα νοήσας αὐτό τε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνόησε, καὶ τὸν οὗ ἐστι Πνεῦμα, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο· ὁ δὲ τοῦτον λαβὼν, τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν· ἀλλ' ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν κατὰ ταὐτὰ συγκεκραμένων ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα μόνον εἰπὼν συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸν οὗ ἐστι Πνεῦμα· καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος... ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν συνειρελκύσατο· καὶ τὸν Υἱὸν εἴ τις λάβῃ, ἕξει αὐτοῦ ἑκατέρωθεν, πῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, πῇ δὲ τὸ ἴδιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον... οὐ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν ἡ Υἱὸν χωρὶς Πατρὸς νοηθῆναι ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ διαζευχθῆναι. Quo Basilii textu utebantur jam diu antea Niceph. Blemmida et Joan. Beccus (*G. O.*, I, 16, 122, II, 345 seq. 556 seq.). Unde Andreas: Οὕτως ἔχουσι τὰ θεῖα πρόσωπα πρὸς ἄλληλα, ὥστε νοεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα πρόσωπα νοουμένου τούτων ἑνός (l. c., p. 73). Cf. et Manuel. Calceam, l. I, c. Græc. (*Bibl. PP. max.* Lugd. t. XXVI, p. 384).

(35) Basil. *Serm. de fide*: Ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἔχει καὶ ὁ Υἱὸς σωζομένου ὅτι ὁ Υἱὸς οὐκ ἔστι Πατὴρ· πάντα ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ δίχα τοῦ εἶναι μόνον Πατήρ. Athan. orat. 3 contra Arian. Τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅσα λέγεται καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς χωρὶς τοῦ λέγεσθαι Πατήρ. Cf. Chrys. hom. 38, in Joan. et multa alia testimonia apud Beccum epigr. 10. (*G. O.* II, 615 seq.) et L. Allat. (in *Vindic. syn. Ephes.* c. 20, 37, 38, p. 81, 179-191; *Enchirid.* cap. δ').

(36) Cf. Manuel. Calec. l. III, p. 427, ed. cit.

(37) Πᾶν τὸ μὴ διακρινόν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, κοινόν ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ· τὸ προβάλλειν οὖν οὐ διακρίνει τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· τὸ προβάλλειν ἄρα κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Hinc conc. Flor. in decreto unionis (Hard. IX, 421): Ἐπεὶ πάντα ὅσα ἐστὶ τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ὁ Πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκε, πλὴν τοῦ εἶναι Πατέρα, τοῦτ' αὐτὸ, ὅτι τὸ Πνεῦμα το ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως ἔχει, ἀφ' οὗ ἀϊδίως καὶ γεγέννηται.

(38) Basil. *De Spirit. sancto*, c. 17, n. 43: Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα. Athanas. ep. 1, ad Serap. Ὃν τρόπον ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα τῇ φύσει καὶ τῇ τάξει, οὕτως ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱόν. Epist. 4: Τὸ Πν. τὸ ἅγιον τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα. Hæc cum aliis textibus adducit Joan. Beccus epigr. 4 (*G. O.* II, 551-553). Cf. Niceph. Blem. orat. 2, c. 14. (Ibid. I, 58, 59), Andreas Rhod. (Hard. l. c. p. 93), Allat. (*Vind. syn. Ephes.* c. 41, p. 198 seq.)

(39) Beccus, *De una Eccl.* c. 69 (*G. O.* I, 222). Τί ἐκώλυεν εἰπεῖν τὸν Χριστόν· ὃ παρὰ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται;

(40) Beccus in Camateri, *Animadv.* c. 4 (*G. O.* II, p. 298): Ἦν (φωνὴν) ὁ Κύριος ἔφη πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς τὸν Πατέρα ὡς εἰς ἄναρχον ἀναφέρων αἰτίαν.

ostenditur verba illa, ὃν ἐγὼ πέμψω παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας (41), sufficienter declarare, non abesse Filium a Spiritus sancti spiratione. Sed præ cæteris notandum est, theologorum illud argumentum, quo ex missione Spiritus per ilium, illius ab eodem processio comprobatur.

3. Jam ipsius Photii ævo Ratramnus Corbeiensis (l. I, c. 1, p. 229, ed. MIGNE) ita arguebat : « Legitis : qui a Patre procedit, et audire non vultis dicentem Filium : *Quem ego mittam vobis a Patre.* Dicite quemadmodum mittatur a Filio ; hoc namque dicere Filium non negatis, si tamen Evangelium legitis aut Evangelio si creditis. *Aut* ergo missionem hanc confitemini *processionem, aut*, quod est impium, *obsequium*, et eritis, quod absit, cum Ario, qui minorem dogmate perverso Spiritum sanctum asserebat Filio... Igitur cum dicat Filius, missurum se esse Spiritum veritatis qui [150] a Patre procedit, profecto fatetur quod a se dicat eum procedere, dum confirmat eum se mittere. Fortassis quæstionem facit, quod non simpliciter dixerit Salvator : *Quem ego mittam vobis*, sed addiderit : *A Patre.* Hoc Ariani movere primi, gradum facere volentes in Divinitate. Sed Evangelii veritas consubstantialem totius Trinitatis ostendit unitatem. Procedit Spiritus sanctus a Patre, quia de illius substantia manat. Mittit quoque Filius Spiritum veritatis a Patre, quia Spiritus sanctus ut a Filio procedat, ipse natus est ex Patre, et sicut accepit de Patre Filius nascendo substantiam, sic itidem accepit a Patre, ut Spiritum veritatis mitteret a se procedendo. Alioquin cum dicit : Qui a Patre procedit, non negat a se procedere, quoniam *missio Filii processio est Spiritus sancti ;* ut mittat Spiritum veritatis non tanquam minorem, *jubendo* ipse major exsistendo, sed missionis verbo monstratur, quia sicut procedit Spiritus veritatis a Patre, sic etiam procedit a Filio. » — Consona tradit Beccus (in Camateri *Animadv.* c. 4. *G. O.* II, 297, 298) : « Quod enim (Sp. sanct.) a Patre et Filio mittitur, cum a neutro *ad modum servi* (διακονικῶς), prorsus naturaliter veluti ex essentia utriusque exsistit. » Et Georgius Trapezuntius (*De una cath. Eccl.* c. 3, *G. O.* I, 540, 541) : « Inde procedit Spiritus sanctus unde et mittitur ; ex Patre igitur et Filio procedit. Nam qui temporarias in Deo et divinis personis progressiones confingunt, insaniunt... Indicantur rebus temporariis sempiterna. Namque mittens in illud quod mittitur *dignitatem* quamdam prorsus obtinet ; at in sancta Trinitate non est fas nobis intelligere unius personæ in aliam dignitatem, nisi eam tantum quæ oritur ex origine. Ideo neque a Filio Patrem, nequo a Spiritu Filium (nisi secundum humanitatem) mitti tradunt divina Eloquia (42). Revera [151] cum missiones in divinis non sint secundum imperium, neque secundum consilium, sed secundum originem intelligendæ, theologi exinde colligunt divinam personam, quæ mittitur ab alia, ab ea certe habere originem, et cum a Filio sanctus Spiritus nobis communicari ac mitti dicatur (*Joan.* XV, 26 ; XVI, 7 ; XX, 22), inde deducunt hujus ab illo processionem. Hinc Augustinus (*De Trin.* IV, 10), quem etiam adducit Æneas Parisiensis (c. Græc. c. 40 ; MIGNE, *Patrol.* t. CXXI, p. 708) : « Pater, inquit, cum ex tempore a quoquam cognoscitur, *non dicitur missus.* Non enim habet de quo sit aut ex quo procedat ; » et Hugo Rothomagensis (*Contra hæret.* l. I, c. 2 *Bibl. PP. max.* Lugd. t. XXII, p. 1341) : « Pater a nullo est ; sic nec missus est ; quia vero ex Patre est Filius et ex utroque Spiritus, bene uterque mittit potuit, a quo exsistit. » Sagaciter quoque hoc argumento utitur Hugo Etherianus (l. c., l. I, c. 10, 14, p. 1204, 1208).

4. Sed recitendum hic non est, quid ad enervandum hoc argumentum alibi Photius statuat. Contendit enim (*Amphiloch.* q. 188, ed. Mai *Vett. Scr. nova Collect.* I, II, p. 180), quamlibet trium personarum ab alia mitti, imo ipsum Patrem a Filio et Spiritu sancto missum dici Isaiæ XLVIII, 16, verbis illis : *Et nunc Dominus (Deus) misit me et Spiritus ejus.* Quod rursum in alia quæstione tangit (Galland. *Bibl. PP.* XIII, 742, 743) de Joan. XIV, 10, agens, ubi Chrysostomum [152] inducit ex allatis prophetæ verbis concludentem : Ὡς ὁ Πατὴρ εἶη ἀποστελλόμενός παρά τε του Πνεύματος καὶ τοῦ Υἱοῦ. Respicit certe ad homiliam de Spiritu sancto, cujus partem in *Bibliotheca*, cod. 277, p. 842, ed. vet. recitaverat. Sed in primis Isaiæ verba, quæ sæpe cum aliis c. LXI, 1, conjunguntur (de quibus aliter statuit Photius, ut infra videre est), rem non probant. Ut de recentioribus taceamus, qui ea ascribunt ipsi prophetæ (43), a Patribus communiter tri-

(41) Georgius Trapezunt. *De una cath. Eccl.* c. 3 (*G. O.* I, 540) illud urget, Spiritum hic dici Spiritum Veritatis, Veritatem vero esse Filium (*Joan.* XIV, 6), jamque id a Cyrillo Alex. ad rem præsentem egregie referri, dum scribit : Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται · καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. (Cyrilli ep. ad Nestor. apud Beccum, epigr. I ; *G. O.* II, 525). Cf. Ratramn. Corbei. l. I, p. 230, ed. MIGNE, Constant. Meliten. orat. 1, c. 13 (*G. O.* II, 666) ; Manuel Chrysob. *De proc. Spirit. sancti* c. 5 (Ib. p. 1086).

(42) Πέμπεται παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · ἐκεῖθεν δὲ ἐκπορεύεται, δθεν καὶ πέμπεται · ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔρα ἐκπορεύεται · οἱ γὰρ χρονικὰς ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ὑποστάσεων πλάττοντες προόδους, λήρουσιν... Δηλοῦται δὲ ὅμως διὰ τῶν χρονικῶν τὰ αἰώνια · τὸ γὰρ πέμπον πρὸς τὸ πεμπόμενον ἀξίωμα ἔχει πάντως ὁποιονοῦν · ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ Τριάδι οὐδὲν ἀξίωμα ὑποστάσεως πρὸς ὑπόστασιν θεμιτὸν νοεῖν, εἰ μὴ μόνον τὸ ἐξ οὗ · διὰ τοῦτο οὔτε παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, οὔτε παρὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀπεστάλθαι ποτὲ λέγουσιν αἱ Γραφαί. Præclare de his quoque disputat Georg. Metoch. *Contra Manuel. Cretens.* c. 9. (*G. O.* II, 990 seq.) Missione ἀξίωμα mittentis ostendi docet inter alios Greg. Naz. orat. 37 p. 596, 608, ed. Bill.

(43) Cornel. a Lapide in h. l. : « Sunt verba non Cyrr. sed Isaiæ, qui missus est tanquam propheta et præco a Deo et Spiritu Dei ad hæc vaticinandum. » Cf. Knobel in h. l. Isa., p. 336.

buuntur Filio, et quidem spectato ut est homo (44), nec dissidet homiliæ illius auctor, ut Petavius (*De Trin.* l. VIII, c. 1, § 14) ostendit, licet loquentem personam Creatorem cœli et terræ appellaverit. Hinc et posteriores schismatis patroni non ex persona Patris, sed ex Filii persona verba illa prolata volunt; sed non tanquam hominis, verum tanquam Dei (45). Sed non opus est his diutius immorari; dabimus D. Thomæ disputationem rei illustrandæ universim opportunam. Postquam (*Summa*, 1, q. 43, a. 8) [153] tria protulit argumenta, quæ probare videntur, divinam personam mitti non posse nisi ab ea a qua æternaliter procedit, hisque opposuit, quod Isaiæ XLVIII, 16, Filius dicatur missus a Spiritu sancto, hæc docet : « Respondeo dicendum, quod circa hoc inveniuntur aliqui diversimode locuti esse. Secundum quosdam enim persona divina non mittitur, nisi ab eo, a quo est æternaliter; et secundum hoc, cum dicitur Filius Dei missus a Spiritu sancto, referendum est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus est ad prædicandum a Spiritu sancto. Augustinus autem dicit (*De Trin.* II, 5), quod Filius mittitur et a se et a Spiritu sancto, et Spiritus sanctus etiam mittitur et a se et a Filio, ut sic *mitti* in divinis non conveniat cuilibet personæ, sed solum personæ ab alio exsistenti, *mittere* autem conveniat cuilibet personæ. Utrumque autem habet aliquo modo veritatem, quia cum dicitur aliqua persona mitti, designatur et ipsa persona ab alio exsistens, et effectus visibilis aut invisibilis, secundum quem missio divinæ personæ attenditur. Si igitur *mittens* designetur ut *principium personæ quæ mittitur*, sic non quælibet persona mitti, sed solum illa cui convenit esse principium alicujus personæ. Et sic mittitur Filius tantum a Patre, Spiritus sanctus autem a Patre et Filio. Si vero persona mittens intelligatur esse *principium effectus* secundum quem attenditur missio, sic *tota Trinitas* mittit personam missam. » Cum his connectenda sunt, quæ Thomas (l. c., a. 2) respondet ad illud argumentum : « Missio processionem importat; sed processio divinarum personarum est æterna; ergo et missio. » Ait enim : « Ad tertium dicendum, quod missio non solum importat processionem a principio, sed determinat processionis terminum temporalem. Unde missio solum est temporalis, vel missio includit processionem æternam et aliquid addit, scil. temporalem effectum. Habitudo enim divinæ personæ ad suum principium non est nisi ab æterno. Unde *gemina* dicitur *processio*, æterna scil. [154] et temporalis, non propter hoc, quod habitudo ad principium geminetur; sed geminatio est ex parte termini temporalis et principii æterni. » Duplicem secernit Thomas in missione habitudinem : I) habitudinem missi *ad mittentem;* II) *ad terminum, ad quem mittitur.* (Ibid. a. 1.) Quilibet porro missus habitudinem habet ad eum *a quo*, et habitudinem ad eum *ad quem* mittitur. Prior σχέσις potest esse triplex : « vel secundum *imperium* sicut dominus mittit servum; vel secundum *consilium*, ut si consiliarius mittere dicatur regem ad deballandum; vel secundum *originem*, ut si dicatur, quod flos emittatur ab arbore. » Jam vero in divinis neque secundum imperium, neque secundum consilium missio locum habere potest; relinquitur solum missio secundum originem Unde licet spectato termino *ad quem* et effectu missionis tota Trinitas dicatur mittere : tamen *relatio missi ad mittentem* ab origine dependet, et ea omnia argumenta immota persistunt, quibus ex missione processio Spiritus sancti a Filio confirmatur.

5. Eo vel magis, quod et Græci Patres ex missione qua Filius mittit Spiritum, hunc ex illo esse inferunt (46), et missio hæc ut propria et personalis cum effectibus personis duntaxat convenientibus ubique fere describitur, cum æterna processione communiter conjungitur, adeo ut et hinc in ea prorsus fundata appareat. « Si Filius, » ait Hugo Etherianus (lib. III, c. 13, p. 1249), « mittens et missus, causa et ex causa est, nihil inopinabile sequatur, quod Spiritum *emittit sicut mittit.* Nam si homo secundum naturam et ex propria voluntate corpulentum suum spiritum respirat et inspirat : multo magis Dei Filius Spiritum suum mittit et [155] emittit æqualiter Patri, perfecte ac eodem modo ipsum complectens absque diminutione (47).

(44) Vide Basil. l. III, *C. Eunom.*, ad quem provocat Beccus (*G. O.* II, 638); Ambros. *De Spirit. sanct.* l. III, c. 1; Athan. orat. 1 c. Arian., cujus doctrinæ innititur Georg. Metochita, *Contra Manuel Cret.* (c. 3; *G. O.* II, 966-970) ostendens Christum ut Deum minime a Spiritu missum dici. Omnium loco audiatur Anselmus, *De process. Spirit. sanct.* « Si autem dicunt, quia Spiritus sanctus mittit etiam Filium, sicut idem ipse dicit per prophetam : *Et nunc Dominus*, etc..., hoc secundum hominem, quem gerebat, intelligendum est, quia Patris et Spiritus sancti una voluntate et dispositione mundum redempturus mundo apparuit. » In his quæ Hugo Etherianus (l. I, c. 18, p. 12. 13 e.) hac de re habet, lectio corrupta videtur; neque tamen ex sua sententia ipse loquitur, ut incisum illud patefacit : « ut quidam autumant. »

(45) Ita inter alios Theophanes Procopowicz, *Tract. de proc. Spirit. sancti*, Gothæ 1772, c. 6, §§ 133, 134 p. 167 seq. Eodem textu Chrysostomo ascripto Andronicus Camaterus, c. 11 (*G. O.* II, 316, 317; et Marcus Ephesius (Syllog. cap. 10; cod. Mon. 27, f. 200, 201) pro re sua utuntur.

(46) Id. ex Chrys. hom. 39 in Joan. ostendit Bessarion ep. ad Alex. Lascar. c. 7. (Hard. *Conc.* IX, p. 1066); idem ostendit Athan. textus c. Arian. I, n. 5, quem Jo. Plusiad. pro conc. Flor. Apol. (*G. O.* I, 628, 629) aliique multi exhibent, de quo infra ad cap. 41 Potii agetur.

(47) Hæc comparatio et Patribus familiaris est. Ex Græcis audiatur Cyrillus *Expos. in Joan.* XIV, 16, quem citant Beccus (orat., de un, c. 28, epigr. 1 et 4, *G. O.* I, 140; II, 529, 530, 560). Greg. Cpl. (ad imp. Trapez. c. 20; ib. I, 466, 467) et Andreas Rhod. sess, 6 l. Flor. (Hard. l. c. p. 72, 73) : Τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν κοινωνὸς οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ νοοῖτο καὶ ὁ Πατήρ... ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ Πνεῦμα συνέχει καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω

Ex quo patet iterum, quod Filius Spiritus sancti quædam causa exsistat naturaliter, ut ipse Pater. » Huc et illud facit, quod Patres, ac præsertim Gregorius Naz., loco ἐκπορεύσεως in recensentis personarum characteribus voce ἐκπέμψεως utuntur, et quod (§ 4) ex Thoma audivimus, ad missionem duo omnino pertinere, tum externam efficientiam, tum æternam processionem, manifeste ex eorumdem doctrina eruitur. Qua de re cf. Petav. *De Trin.* VIII, 1, 7 seq.

6. Latini ergo tum ex Bibliis tum ex ecclesiastica traditione, quæ, ut scite monet Nicephorus Blemmida (orat. 1, *De proc. Spirit. sancti*, c. 3; *G. O.* I, p. 2, 3), per se deberet sufficere, illud « acutum et inevitabile telum » repellunt. Verum ex traditione pugnat et Photius, atque cap. 5 magno verborum [156] strepitu adversariorum doctrinam exagitat ut novam, inauditam, synodis et Patribus plane contrariam. Atqui res exploratissima est, sexcenta in Græcorum Patrum scriptis reperiri testimonia (48), quibus processio Spiritus sancti etiam ex Filio stabilitur. Ejusmodi testimonia plurima, etsi non omnia, tamen quod majorem partem genuina jam ex Athanasio, Gregorio Nazianzeno et Didymo Ratramnus (l. II, c. 3, 5; l. III, c. 6), ex Athanasio, Cyrillo, Didymo, Proclo Æneas Parisiensis (lib. *Adv. Græc.* c. 1-19, 29-34, 75), ipsius Photii temporibus collegerunt; multo locupletiora deinde posteriore theologi in medium protulere. Incredibile est Photium non novisse nec legisse eos Patrum suorum textus, in quibus Spiritus sanctus modo διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς (49), [157] modo παρὰ vel ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ (50), modo παρ' ἀμφοτέρων (51) dicitur προέρχεσθαι, εἶναι, προϊέναι, ἐκλάμπειν, ἐκπορεύεσθαι, etc. (52), in quibus variis sub imaginibus (53) [158] Spiritus sancti

προχέει · διὰ γὰρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθάπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ Πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. Ex Latinis audiatur *Augustinus* pariter de Joan. xx, 22 agens *De Trin.* IV, 20: « Neque enim flatus ille corporeus... substantia Spiritus S. fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. » Et rursum *contra Maxim.* III, 14: « Si non procederet et de ipso, non diceret discipulis: *Accipite Spiritum* sanctum eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significaret, *aperte ostenderet flando, quod inspirando dubat occulte.* » Priorem Augustini textum Græce citat Gregorius Cpl. (l. c. 220, p. 467), alterum illustrat Ratramnus (l. III, c. 4, p. 291, ed. Migne). Cf. et Anselm. Havelberg. ep. *Dialog.* lib. II, c. 15. (*Spicileg.* D'Achery, t. I, p. 181, 182, ed. Paris. 1723).

(48) J. G. Walch. *Histor. controvers. de proc. Spirit. sancti*, Ienæ, 1751, cap. 1, p. 3: « Antiquiores Christianorum Græcorum doctores processionem Spiritus sancti non solum a Patre, verum etiam a Filio, credidisse, quæ in illorum scriptis habentur testimonia haud obscure comprobant. Equidem minus negandum est eos non semper distincte satis ac perspicue de hac re exposuisse, cum illa nondum in disputationem vocata esset; exstant tamen effata, ex quibus non sine causa colligitur, quod Spiritum sanctum pariter ac a Patre procedere a Filio professi sint. » Quod deinde pluribus Athanasii, Epiphanii, Gregorii Nysseni, Cyrilli aliorumque dictis probat. Etiam Montacutius ad Photii epist. 2, p. 62-64 quædam hujus generis dicta protulit. In his colligendis, exponendis ac vindicandis egregie laborarunt: Jo. Beccus in *Epigraphis G. O.* II, p. 522-641); Bessarion (apud Arcud. opusc. theol. aurea. Romæ 1630 et 1670, p. 98 seq.), Petavius (*De Trin.* l. VII, c. 3 seq.), Steph. De Altimura s.; Le Quien (*Panoplia c. schisma Græcor.* p. 239 seq.), Card. Maius (*Spicil. Rom.* Præf. t. VI *Nova PP. Biblioth.* I, p. 47 seq.) et Pitzipios (*L'Eglise orientale*, t. I, chap. 11, § 2, Rome 1855).

(49) Basil. *De Spirit. sancto ad Amphil.* : Πῶς οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, λόγος Θεοῦ καὶ Πνεῦμα, ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ; (*G. O.* II, 665.) ib. c. 18, n. 47 : Ἡ βασιλικὴ ἀγαθότης καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διήκει. Cf. ep. 52, n. 4. — Greg. Naz. *Carm.* ed. Bill. II, p. 68 : Εἷς Θεὸς ἐκ Γενέταο δι' Υἱέος εἰς μέγα Πνεῦμα Ἰσταμένης Θεότητος ἐνὶ τελέοισι τελείης (*G. O.* II, 418, 535). Cyrill. l. II, *ad Herm.* : Ἅγιον δὲ Πνεῦμα προστερεῖς

τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχεόμενον φυσικῶς καὶ καθάπερ ἐν τύπῳ τῆς ἐκ τοῦ στόματος διαπνοῆς τὴν ἴδίαν ἡμῖν ὑποσημαῖνον ὕπαρξιν, (*G. O.* II, 536, 672). Cf. Cyrill. in Joan. xv, 27; *Adv. Nest.* IV, 3; *Trin.* dial. 2, t. V, p. 423. Illud satis notum formula illa διὰ τοῦ Υἱοῦ hac in re jam Origenem uti, et ex Latinis Tertullianum, *G. Prax.* c. 4.

(50) Cyrill. in Joel : Εἰ μὲν γάρ ἐστι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁ Υἱός · γεγέννηται γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός · ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Hoc testimonio utuntur Hugo Ether. l. III, c. 21, p. 1259; Beccus, orat. 1, *De unit. Eccl.* c. 28; et epigr. 1 (*G. O.* I, 138; II, 525), Bessarion (*Orat. dogm.* c. 7; Hard. IX, 357), Jos. Methon. *Apol.* (ibid. p. 571), Leo Allatius (*Enchir.* c. ια'), p. o'. *Vind. syn. Eph.* c. 40, p. 193; c. 57. p. 372) aliique. Item. Cyrillus expos. anathem. IX : Ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀπομεμένηκε καὶ οὕτω Θεὸς, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατέρα, καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰργάζετο τὰς θεοσημείας. Cf. Allat. *Vind. syn. Eph.* p. 79, 80, 371 seq. *Thes.* lib. II : Πρόεισι δὲ (τὸ Πν.) καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ · πρόδηλον ἐστι ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας. Cf. Niceph. Blem. *G. O.* I, 13; Beccus, ibid. II, 526; Allat. op. cit. c. 42, p. 208.

(51) Epiphan. hær. 74, n. 7 : Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων, Πνεῦμα ἐκ Πνεύματος · Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός. Eadem expressio in Ancorato (n. 8, 9, 69-71, 77) sæpius occurrit. Cyrill. ep. ad Pallad. Τρεπτὸν δὲ οὗτοι που τὸ Πν. ἢ εἴπερ τὸ τρέπεσθαι νοσεῖ, ἐπ' αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν · εἴπερ ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προερχόμενον Πνεῦμα. Quo testimonio utuntur Hugo Etherianus, l. III, c. 21, p. 1259; Nicephor. Blemmida, orat. 1, c. 5. (*G. O.* I, p. 4-6), J. Beccus (Epigr. 1, *G. O.* II, 526, 543), Allatius (*Enchirid.* c. ια'. *Vindic. syn. Ephes.* p. 209).

(52) Æquipollere has et similes formulas late demonstrant Niceph. Blem. (l. c. c. 8 seq. *G. O.* I, p. 8 21), Beccus (*G. O.* I, 98 seq. 148), Constantin. Meliteniota (orat. 1, c. 18; *G. O.* II, 675 seq.), Georg. Trapezunt. (ad Joan. Cubocles. lib. I, 478 seq.), Leo Allatius (*Contra Hotting.* p. 325 seq. *Enchir.* c. ζ'. p. λβ'. seq. c. ια'. p. νς'. seq.), Petavius (*De Trin.* l. VIII, c. 4).

(53) De his vide Petav. (l. c. c. 5. n. 6 seq. et c. 6), Allat. (*Ench.* c. η' et ις'). Ut pauca quædam commemoremus, huc illud spectat, quod Gregorius Naz. Patrem ὀφθαλμόν, Filium πηγήν. Spiritum

processio Patri et Filio perspicue asseritur. Imo iisdem plane verbis utuntur Patres ad exprimendam exsistentiam Filii ex Patre, quibus Spiritum ex Filio exsistentiam habere declarant (54); quod si in enarranda processione Spiritus ex Filio diversis interdum utuntur formulis ab iis quæ relate ad Patrem adhibentur, id ideo fit, quia non solum personarum discrimen expressum, verum etiam Patris prærogativam servatam voluni, qua est ἀρχὴ προκαταρκτική, unde Filius communicatam habet, uti essentiam, ita et virtutem spiratricem. Neque etiam præpositiones ἐκ et διὰ hac in re eorum usu essentialer differunt (55); imo [159] phrases διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι, Πνεῦμα Υἱοῦ εἶναι, διὰ τοῦ Υἱοῦ vel ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι omnino æquipollent, ut late post alios cardinalis Bessarion in sanctum vocat ποταμόν· Chrysostomus vero in psal. XCIII Patrem πηγήν. Filium ποταμόν, Spiritum ζῶν ὕδωρ (*G. O.* II, 302); item Naz. Patrem dicit ἥλιον, Filium ἀκτῖνα, Spiritum φῶς, dum Cyrillus tres personas πῦρ, φλόγα, φῶς nominat, et alibi Filium ἄνθος, Spiritum ὀσμήν. *G. O.* II, 608.) Ejusmodi trium personarum nomina rursum sunt ῥίζα, κλάδος, καρπός (cf. Niceph. Blem. *G. O.* I, p. 18–20. Hug. Ether. l. I, c. 4, p. 1201); insuper Filius dicitur manus, Sp. sanct. digitus (Niceph. Blem, l. c. p. 17, 18). Sed nihil illustrius ea descriptione, quam Gregor. Nyssen. Serm. de Spirit. sanct. adv. Ar. et Sabell. s. Maced. profert (Mai. *Nova Bibl. PP.* I, p. 20; Niceph. Blem. l. c. p. 56; Beccus, epigr. I, *G. O.* II, 537; Georg. Metoch. ib. p. 935 seq.), dum illos, qui statuebant, τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν esse signum imminutionis alicujus aut immutationis secundum naturam, aggreditur.

(54) Id demonstrant Beccus (*G. O.* I, 94, 148; II, 539 seq. 627 seq, epigr. 13), Niceph. Blem. (ib. I, p. 8 — 21), Constantin. Meliteniota (ib. II, 675 seq.), Georg. Metochita (ib. 925 seq.), Georg. Trapezunt, ad J. Cubocl, (ib. I, 478 seq.), Allatius (c. Hotting. p. 325 seq. *Vind. syn. Eph.* c. 48, 59, p. 239 seq. 382 seq. *Enchir.* c. ζ' et ια'), Petav. *de Trin.* VII, 4.

(55) Id Basilius *de Spirit. sanct.* c. 5 ex professo propugnat et probat; idque pro hac re uberius exponunt J. Beccus, *De una Eccl.* c. 20 seq. 24; orat. 2, de injusta depos. c. 15; l. I, ad Theod. Sugd. c. 9 (*G. O.* I, 113, 123 seq. II, 60 seq. 110 seq.); Georg. Metoch. *C. Maxim. Plan.* (*G. O.* II, 944 seq.); Georg. Trapezunt. *De una Eccl.* c. 2; *De proc. Spirit. sanct.* ad J. Cubocl. c. 2 (ib. I, 538 seq. 471 seq 493 seq.); Gregor. Cpl. ad imp. Trapez. c. 5 (ib. 426 seq. 461); Gregorius Protosyncellus *Apol. c. Marc. Ephes.* (Hard, *Conc.* IX, p. 623-626); Joseph. Methon. (ib. p.586); Bessarion (*Orat. dogm.* c. 5, ib. p. 352 seq.); Hieron. Donati (*De process. Spirit. sanct.* ad Leonem X, lib. III, c. 9); Leo Allatius, ((*Enchir.* cap. κη'. p. ρπδ' seq. *Vindic. syn. Eph.* c. 59, p. 382 seq.); Petavius, *De Trin.* l. VII, c. 17, n. 2 seq. — Schismatici interdum concedebant esse Spiritum διὰ τοῦ Υἱοῦ· sed id dicere processionem et æquivalere τῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ inficiabantur. Hinc Hugo Etherianus l. II, c. 9, p. 1222): « At vero Latinus ei quidem qui asserit Spiritum exsistentiam habere *ex Filio ut ex Patre*, consentit; dicentem autem : *Ex Patre per Filium*, et *non subintelligentem ex Filio*, aspernatur. » Cf. cum his quæ Florentiæ disputata sunt (apud Hard. IX, p. 377, seq.).

(56) Vide Niceph. Blem. orat. 1, c. 4 (*G. O.* I, p. 3, 4), Bessarionem, Gregorium Scholarium, ac Joseph. Methonensem (apud Hard. IX, p. 313, 449, 567 seq.); Leonem Allatium, *Vindic synod. Ephes.* c. 50, p. 274 seq. c. 59, p. 398 seq.

dogmatica oratione c. 6 comprobavit (Hard. IX. 356 seq. 348 seq).. Neque prudens quisquam hodie affirmare audebit vel Macedonianos, vel Latinos Græcorum Patrum codices, quotquot ejusmodi quid continent (non secunda interpolatoris, sed prima omnino manu, absque ulla fraudis suspicione id præ se ferentes), quorum codicum plures exstant adhuc Photii ævo paulo antiquiores, in suum favorem corrupisse; quam accusationem (quod ad Græcos libros attinet) nonnisi multis post schisma exortum sæculis, ex angustiis in quas in Flor. potissimum concilio Græci theologi redacti sunt, protensam pronum jam fuit catholicis confutare (56); quinimo ejusmodi convicium in auctores ipsos, falsatoriæ artis peritissimos, [160] retorquere jure suo potuerunt (57). Jam vero Photius, qui Græcorum Pa-

(57) Huc pertinet celeberrimus Gregorii Nysseni locus serm. de Orat. Dominica III, c. fin., editus complete ab Ang. Maio (*Nova PP. Bibl.* Romæ 1847, t. I, p. 52, 53,) de quo doctissimus editor propria dissertatione (p. 40 51) late egit. Censuit quidem Petavius (*De Trin.* VII, c. 3; §§ 11-13) in illis verbis : Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, quibus textus Rom VIII, 9, adjungitur, illud ἐκ fuisse posterius additum; sed interna, quibus utitur, argumenta non adeo decretoria sunt, ut externis, quæ pro illa lectione stant, quæque Petavius nondum perspecta habuit saltem omnia refragari vel debeamus vel etiam possimus; imo facile illa ipsius argumenta solvuntur. Bene Gregorius λέγεσθαι et προσμαρτυρεῖσθαι secernit; ex Patre esse Spiritum, diserte et expresse in Bibliis legitur; ex Filio vero esse, non dicitur κατὰ λέξιν, sed concluditur, deducitur ex iis quæ explicite dicuntur, præsertim ex Rom. VIII, 9; ut ex aliis, ubi Spiritus vocatur Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, id etiam alii Patres deducunt, quod postea demonstrabitur. Habemus autem judicium synodi anno 1280 a J. Becco et octo metropolitis celebratæ (Allat. *G. O.* I, p. 366–374. Cf. *De consens.* l. III, c. 1, n. 5, p. 893-897), ubi publicis tabulis manifestatum fuit Escammatismenum referendarium ex hujus operis codice antiquissimo (quem nunc Romæ exstare omnia suadent) illud ἐκ erasisse idque ipsum postea esse confessum. Codex alter ante schisma conscriptus pariter illud ἐκ præse fert, ac recentiores potissimum sunt, qui eo carent. Locum deinde cum hac præpositione plures concordati scriptores proferunt eamque lectionem alii ex professo defendunt. Cf. Hug. Ether. (l. II, c. 19, p. 1234); Beccum, *De injusta deposit.* orat. 2, c. 23 in Camat. *Animadv.* c. 22, epigr. 1, ad Theod. Sugd. l. III, 5 *De un. Eccl.* c. 28; *De proc. Spirit.* c. 1, n. 4. (*G. O.* II, p. 74, 333, 523, 141; I, 143, 230); Georg. Metoch. (ib. II, 944, 953, 1045); Isaiam Cyprium (ib. I, 398); Manuel. Calec. (l. II, p. 401, ed. cit.); Jos. Methon. (Hard. IX, 571); Allat. (*Vind. Syn. Eph.* c. 41, p. 205; *Enchir.* c. ιβ'), deinde card. Maium l. c. et opusculum : *Confutazione di Antimo patriarca scismatico*, Roma 1854, p. 47. — Accedit alius non minus illustris locus Basilii l. III *C. Eunom.* n. 1 seq., de quo diu disputatum fuit in conc. Flor. sess. 19-22. (Hard. IX, 220, 225 seq. 241 seq. 255 seq. 264 seq. 328 seq.). Lectionem Latinorum jam Hugo Ether. (l. III, c. 13, p. 1249) retulit ejusque adversarius Nicetas Thessalonicensis agnovit (Cf. Bessar. ep. ad. Alex. Lasc. c. 1; Allat. *Enchir.* cap. κ'). Si dex vetustate codicum judicium fiat, male Garnerius textum, qualem Photiani propugnant, recepisse dicendus est; neque attendit ad tot argumenta tum. interna tum externa,

trum opera, quæcunque sibi comparare [161] poterat, nocturna diurnaque versarat manu, ea omnia astute dissimulavit, quæ adversariorum causæ in iis favebant, ac silentio pressit omnino, nonnulla fortasse minus diserta testimonia suum in sensum trahi posse existimans, alia clariora, ut infra quoad Latinos doctores videbimus, veluti theologica ἀκριβείᾳ destituta parvipendens, magnopere vero in Latinorum confidens ignorantia ac penuria virorum Græcis litteris imbutorum, minime vero ea plane ignorans. Photii in hac controversia fidem non bonam vidit et castigavit sedulus operum ejusdem scrutator, Joan. Beccus (l. III, ad Theod. Sugd. c. 12; *G. O.* II, p. 147, 148).

[162] 7. Cæterum vidit acute Photius se facilius in suos placito Orientales confirmaturum, si adversariorum sententiam velutiab ecclesiastica traditione aberrantem, quinimo ab ea prorsus condemnatam traduceret. Sed quid tandem affert ut hoc obtineat ? Nil aliud habet, nisi concilii Cpltani I, definitionem a subsequentibus quinque synodis rursum confirmatam, ab omnibus Patribus propugnatam, ibique illud *qui ex Patre procedit* sensu exclusivo exponit. Hoc Photii caput fusius refellit epistola Simonis Cpltani ad Joannem Nomophylacem (apud Allatium contra Hotting. c. 18, p. 334-382), licet non sine apocryphorum documentorum usu, attamen in pluribus, ac præsertim in adductis Patrum testimoniis, non prorsus inaniter. Merito illud urget, nullam synodum processionem Spiritus ex Filio

A negasse, solum ea asseruisse synodos, quæ contra suorum temporum hæreses necessario erant statuenda, hinc uberiores dogmatum expositiones posteriores synodos promulgasse (58), Patres in his conciliis primas partes obtinentes, ut Alexandrinum Cyrillum (59), illud dogma Latinorum aperte tradidisse; Ephesinum [165] concilium specialiter nonum Cyrilli anathematismum approbasse (p. 356), quintam et sextam synodum solemniter eos Patres atque Ecclesiæ doctores proclamasse, qui processionis Spiritus sancti etiam ex Filio propugnatores exstiterant (p. 360) ; in septima synodo nemine reclamante Tarasii epistolam ad Orientales fuisse lectam et approbatam (act. 3), in qua ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ Spiritus sanctus procedere dicitur (60), eamque

B nullatenus fuisse culpatam (p. 368, 369). Præterea et illud maximi momenti est, quod in concertatione cum Macedonianis et Eunomianis nunquam a Patribus negatum fuit, Spiritum sanctum esse per Filium vel ex Filio, quod illi fundamenti loco ponebant ; sed negatum fuit eum esse creatum, esse ex solo Filio, et non simul ex Patre ; ea sane Græci doctores argumenta protulerunt, quæ prius admittunt, posterius repellunt. Ita v. gr. Basilius, l. II, c. Eunom. interrogat ; Πῶς οὖν (Eunomius) τὴν τοῦ Πνεύματος αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ μόνῳ προστίθησι ; Illud duntaxat vituperat, quod Patrem excludat, et adversarium ex eo refutat, quod οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ Πάτρός (61). Ac si diceret : Per te ἡ τοῦ Πνεύματος προβολὴ [164] est

quæ Beccus, Bessarion aliique in medium protulere. Fraudem in Basilii codice Græcos in ipso conc. Flor. attentasse testis est Jos. Methonensis (apud Allat. *De cons.* III, 1, 5, p. 889, 892 ; Hard. IX, 567). De hoc Basilii textu consulendi sunt Beccus, *De una Eccl.* c. 27, 59 ; *De proc. Spirit. sancti.* c. 1-3 ; l. II, c. 3 ad Theod. Sugd. et epigr. 1 (*G. O.* I, 133 seq. 200, 225-274 ; II, 120 seq. 523) ; Georg. Metoch. (ib. II, 1048 seq.); Const. Meliten. (ib. 825 seq.), Manuel Calecas (l. I, p. 395) ; Georg. Trapez. ad Joan. Cubocl. c. 22 (*G. O.* I. 516, 517) ; Joan. Plusiaden. pro conc. Flor. (*G. O.* I, 629, 630 ;) Bessarion. (l. c. p. 171, ed. Arcud. Hard. IX, 1045—1050), Bellarmin. (de Chr. II, 25) ; Allat. (l. c.) ; Petav. (l. c. c. 3, § 14 seq.), Natal. Alex. (l. c. n. 3, p. 513-515, ed. cit.), Maius (l. c. p. 46-48). — Præterea ipsi Photio objicitur, quod Bibl. cod. 177 in homil. de incarnatione Chrysostomo ascripta, quæ incipit : Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, propositionem ex expunxerit (p. 848, ed. 1601), quam Beccus (*G. O.* I, 139 ; II, 313, 314, 334, 527), Manuel Calecas, Jos. Methon. (Hard. IX, 574) et editio Saviliana omnino concordanter legerunt. Verba sunt : Ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς· ἐδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα καὶ ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. Alibi, ut orat. 1, prophyl. (*G. O.* II, 528), legitur : Τὸ παρὰ Χριστοῦ Πνεῦμα. De hoc testimonio cf. Petavium, *De Trin.* VII, 3, 19. — Alia corruptionis exempla enumerat Beccus in altera oratione de sua depositione injusta, c. 23 (*G. O.* II, p. 73, 74) ac late de his aliisque agit Constantin. Meliteniota orat. 2, c. 20-28 (*G. O.* II, 823-854), c. 31 seq. (ib. p. 864 seq.).

(58) Ratramnus, l. II, c. 2 (p. 245, 246, ed. Migne) notat, Patres concilii secundi Nicæno symbolo verba de Spiritus sancti divinitate contra Macedonianos addidisse et ecclesiis Christi exemplum de-

C disse : « Si quid secundum Scripturas sacras superaddere vellent, quod hæreticos expugnaret et fidem credentium roboraret ; » nec dici posse, solum in Bibliis contenta esse recipienda, cum tali pacto cum Arianis τὸ ὁμοούσιον esset rejiciendum, imo fere tota Cplitana contra Macedonianos definitio ; si vero dicatur, hanc virtualiter in Scripturis contineri, etiam Latinos ostendere, suum dogma quoad rem et sensum et « virtute intelligentiæ » ibi inveniri. Eodem fere modo loquitur Anselm. Havelberg. (*Dial.* II, 20, 22, p. 185, 186, 187, edit. Paris. 1723). Cf. præterea S. Thom. (p. 1, q. 36 , a. 2 ad 2) ; Beccum (*De una Eccl.* c. 46, *G. O.* I, 170-172) ; Georg. Metoch. c. *Man. Cret.* c. 26, 27 ; ibid. II ; p. 1060-1065) ; Manuel. Calec. (l, IV, *C. Græc.* p. 449, 450, ed. cit.) ; Greg. Cpl. (ad imp. Trapez. *G. O*, I, 422 seq.) ; Petav. *De Trin.* VII, c. 2.

(59) De Cyrilli fide late disputat Leo Allatius in opere inscripto : *Vindiciæ synodi Ephesinæ.* Romæ 1661, cap. 17 seq. p. 65 seq. Res adeo manifesta

D est, ut et nonnulli schismatici eum in hac quæstione cum Augustino sensisse et concedant (ib. c. 74, p. 608 seq.)

(60) Eodem Tarasii testimonio utuntur illudque exponunt : Nicephorus Blemmida, orat. 1, n. 24-26 (*G. O.* I, 31-38) : J. Beccus orat. 2, de injusta deposit. c. 26 ; l. I, ad Theod. Sugd. c. 8, epigr. 1. Ib. II, 81, 109, 538) ; Constant. Meliteniota, orat. 1. (Ib. II, 695, 696), Georg. Metochita, *C. Maxim. Planud.* (ib. p. 924 seq.); Manuel Calecas (l. I, p. 386 ; l. IV, p. 442, ed. cit.); Andreas Rhod. in sess. VII, Flor. (Hard. IX. 100) ; Bessarion (ibid. p. 349); Joseph Methon. (ibid. p. 574) ; Georgius Protosyncellus (ibid. p. 623) ; Leos Allatius (*Contra Hotting.* c. 20, p. 521 ; *Vindic. Syn. Eph.* c. 48, p. 263, c. 77, p. 651).

(61) Cf. de hoc textu disputantes Beccum, orat. 1,

Filii operatio ; sed nulla Filii operatio a Patre disjuncta et aliena est ; proinde et Patri hanc προβολὴν convenire fatearis oportet. Et hic præcise illis verbis Christi utitur, ex quibus et catholici arguunt theologi : *Omnia mea tua sunt*, etc. Quare cum luculentissime Patres ipsi Græci Latinis suffragentur : quod Photius afferre potuisset, vix ullius fuisset momenti. Poterat fortasse ad Theodorum Mopsuestenum provocare, quem tamen in re dogmatica nihili fere fecit, vel ad Theodoretum, quem « hujus negationis inventorem et præconem » vocat Hugo Etherianus [l. I, c. 2, p. 1200 (62)], vel specie saltem ad Joannem Damascenum, qui tamen, licet (*De F. O.* I, 8, p. 141) affirmaverit, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα μὴ λέγεσθαι aperte Spiritum διὰ τοῦ Υἱοῦ προέρχεσθαι docuit, et a Latinis verbis potius quam re ipsa dissidere jure optimo censetur (63). Quæ [165] cum ita sint, non temere Ratramnus (l. I, c. 8, p. 242 seq. ed. cit.). Græcos sui temporis ita objurgat : « Cessent igitur reprehensores vel malevoli vel imperiti Christi Ecclesiam redarguere, quod Spiritum sanctum confitetur a Patre et Filio procedere. Hoc Evangelia docent, hoc Apostoli profitentur, hoc prophetæ non tacent... Videte, quo tendat vestra... professio, qua dicitis Spiritum sanctum a Patre procedere, non autem a Filio. Hoc nec in Litteris divinis nec in doctoribus ecclesiasticis aliquando legistis. Dixit quidem sancta synodus Cplitana... Filium consubstantialem esse Patris, Spiritum quoque sanctum procedentem a Patre ; nunquid negavit eum a Filio procedere ? Vel consequens est, ut procedit a Patre, non procedat a Filio ? Potius ergo agnoscite, si Filii vultis esse Ecclesiæ et Patrum sequi doctrinam, quod dicendo sanctum concilium Cpli collectum Spiritum sanctum procedentem a Patre, quod eum et a Filio procedere non negavit ; sed tota Trinitas, cum sit consubstantialis et Filius natus a Patre, Spiritus quoque sanctus sit charitas utriusque, non possit quis negare Spiritum sanctum a Filio procedere, nisi negaverit Filium charitatem, qua diligit Patrem, habere. Quod quia vesanum, tenendum omnino et fideliter profitendum, quia Pater diligit Filium et Filius diligit Patrem, et hæc dilectio, qua Pater diligit Filium, a Patre procedit, et dilectio, qua Filius diligit Patrem, a Filio nihilominus procedit. Est autem hæc dilectio Spiritus sanctus. Procedit ergo Spiritus a Patre et Filio. » Concludimus cum Hugonis Etheriani verbis, qui (l. II, c. 17, p. 1232) ita Photio respondet : « Dixit Dominus : *Spiritus, qui a Patre procedit* ; confirmaverunt hoc et sanctæ synodi Latinorumque omne collegium non solum non inficiatum est, sed cum omni diligentia et ex toto corde credit, et dicit confiteturque, et ex Filio procedere. Nam licet solus nominetur Pater, subintelligitur omnino et Filius, eo quod absque medio de Patre non procedat, et cum nusquam Pater dixisse reperiatur : *Ego solus emitto Spiritum* ; [166] sed neque prophetarum quisquam seu aliorum Patrum : *Solus Pater emittit Spiritum*, aliquando protulit. At vero neque contra decreta SS. Patrum, qui Nicææ, Constantinopoli, Chalcedone vel ubilibet locorum pro firmanda fide convenerunt. *Idem* enim, *sed aliter* dicit *explanando, et interpretando*, quod pie intelligi oporteat Spiritum ex Patre procedere, subintellecto scil. Filio, tum quia verissimum est Spiritum ex Filio procedere, tum quia multi a Filio ipsum dividebant. Enimvero sicut intelligitur Filii esse Spiritus, cum dicitur esse Patris, ita concipiendus est ex Filio procedere, cum Deus a Patre procedit... Verum bonus Pastor suis falsis opinionibus consistentia et bene habentia dimovet et Latinorum S. Ecclesiam absque synodo pro suis viribus condemnat, contraque SS. synodos contraque apostolicæ sanctitatis viros mentitur, dum eos sanxisse affirmat, Spiritum a Patre, sed non a Filio procedere... Hic conviciator edocuisse illos asserit, quod indicare orationem arbitratur, scil. qui a Patre *solo* procedit... Non idem significant hæ duæ orationes : *Qui a Patre procedit*, et : *Qui a Patre solo procedit*, neque apud Græcos, neque apud Latinos, neque penes oratores, neque penes philosophos ; profecto rimari quidem oportet non solum dictionem, verum dictionis intentionem. Sane quæ dubia sunt, interdum per alia manifestantur et ex his quæ alibi scripta sunt. Nothum (*edit.* notum) quidem videtur Latinis *qui a Patre solo*, nothum vero Græcis *qui a Patre et Filio*, eo quod neutrum in Evangeliis scriptum est, a Patre procedit, et dilectio, qua Filius diligit Patrem, a Filio nihilominus procedit. Est autem hæc dilectio Spiritus sanctus. Procedit ergo Spiritus a Patre et Filio. » Concludimus cum Hugonis Etheriani verbis, qui (l. II, c. 17, p. 1232) ita Photio respondet : « Dixit Dominus : *Spiritus, qui a Patre procedit* ; confirmaverunt hoc et sanctæ synodi Latinorumque omne collegium non solum non inficiatum est, sed cum omni diligentia et ex toto corde credit, et dicit confiteturque, et ex Filio procedere. Nam licet solus nominetur Pater, subintelligitur omnino et Filius, eo quod absque medio de Patre non procedat, et cum nusquam Pater dixisse reperiatur : *Ego solus emitto Spiritum* ; [166] sed neque prophetarum quisquam seu aliorum Patrum : *Solus Pater emittit Spiritum*, aliquando protulit. At vero neque contra decreta SS. Patrum, qui Nicææ, Constantinopoli, Chalcedone vel ubilibet locorum pro firmanda fide convenerunt. *Idem* enim, *sed aliter* dicit *explanando, et interpretando*, quod pie intelligi oporteat Spiritum ex Patre procedere, subintellecto scil. Filio, tum quia verissimum est Spiritum ex Filio procedere, tum quia multi a Filio ipsum dividebant. Enimvero sicut intelligitur Filii esse Spiritus, cum dicitur esse Patris, ita concipiendus est ex Filio procedere, cum Deus a Patre procedit... Verum bonus Pastor suis falsis opinionibus consistentia et bene habentia dimovet et Latinorum S. Ecclesiam absque synodo pro suis viribus condemnat, contraque SS. synodos contraque apostolicæ sanctitatis viros mentitur, dum eos sanxisse affirmat, Spiritum a Patre, sed non a Filio procedere... Hic conviciator edocuisse illos asserit, quod indicare orationem arbitratur, scil. qui a Patre *solo* procedit... Non idem significant hæ duæ orationes : *Qui a Patre procedit*, et : *Qui a Patre solo procedit*, neque apud Græcos, neque apud Latinos, neque penes oratores, neque penes philosophos ; profecto rimari quidem oportet non solum dictionem, verum dictionis intentionem. Sane quæ dubia sunt, interdum per alia manifestantur et ex his quæ alibi scripta sunt. Nothum (*edit.* notum) quidem videtur Latinis *qui a Patre solo*, nothum vero Græcis *qui a Patre et Filio*, eo quod neutrum in Evangeliis scriptum est, a Patre procedit, et dilectio, qua Filius diligit Patrem, a Filio nihilominus procedit. Est autem hæc dilectio Spiritus sanctus. Procedit ergo Spiritus a Patre et Filio. » Concludimus cum Hugonis Etheriani verbis, qui (l. II, c. 17, p. 1232) ita Photio respondet : « Dixit Dominus : *Spiritus, qui a Patre procedit* ; confirmaverunt hoc et sanctæ synodi Latinorumque omne collegium non solum non inficiatum est, sed cum omni diligentia et ex toto corde credit, et dicit confiteturque, et ex Filio procedere. Nam licet solus nominetur Pater, subintelligitur omnino et Filius, eo quod absque medio de Patre non procedat, et cum nusquam Pater dixisse reperiatur : *Ego solus emitto Spiritum* ; [166] sed neque prophetarum quisquam seu aliorum Patrum : *Solus Pater emittit Spiritum*, aliquando protulit. At vero neque contra decreta SS. Patrum, qui Nicææ, Constantinopoli, Chalcedone vel ubilibet locorum pro firmanda fide convenerunt. *Idem* enim, *sed aliter* dicit *explanando, et interpretando*, quod pie intelligi oporteat Spiritum ex Patre procedere, subintellecto scil. Filio, tum quia verissimum est Spiritum ex Filio procedere, tum quia multi a Filio ipsum dividebant. Enimvero sicut intelligitur Filii esse Spiritus, cum dicitur esse Patris, ita concipiendus est ex Filio procedere, cum Deus a Patre procedit... Verum bonus Pastor suis falsis opinionibus consistentia et bene habentia dimovet et Latinorum S. Ecclesiam absque synodo pro suis viribus condemnat, contraque SS. synodos contraque apostolicæ sanctitatis viros mentitur, dum eos sanxisse affirmat, Spiritum a Patre, sed non a Filio procedere... Hic conviciator edocuisse illos asserit, quod indicare orationem arbitratur, scil. qui a Patre *solo* procedit... Non idem significant hæ duæ orationes : *Qui a Patre procedit*, et : *Qui a Patre solo procedit*, neque apud Græcos, neque apud Latinos, neque penes oratores, neque penes philosophos ; profecto rimari quidem oportet non solum dictionem, verum dictionis intentionem. Sane quæ dubia sunt, interdum per alia manifestantur et ex his quæ alibi scripta sunt. Nothum (*edit.* notum) quidem videtur Latinis *qui a Patre solo*, nothum vero Græcis *qui a Patre et Filio*, eo quod neutrum in Evangeliis scri-

De una Eccl. c. 9 ; *De proc. Sp. S.* c. 4 (*G. O.* I, 74, 282) ; Greg. Cpl. ad imp. Trapez. c. 18 (ib. p. 460) ; aliosque. Similia dicit Cyrillus, l. VI, ad Herm. (Beccus, epigr. 1, *G. O.* II, 540).

(62) Nonnulli vero eruditi non sine gravibus rationibus Theodoretum vindicant ab ejusmodi errore.

(63) Illud ἐκ τοῦ Υἱοῦ rejecit non alio sensu, nisi ὡς ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας, ἐκ τῆς ἀρχῆς προκαταρκτικῆς, ut Græcus auctor apud Niceph. Blem., orat. 1, p. 7 advertit. Hugo Ether. l. III, c. 21, p. 1259 : « Solus vero, inquit, Damascenus Joannes dissidere a magno Cyrillo aliisque Patribus videtur, si tamen ita scibit : *Spiritum ex Patre dicimus et Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum non dicimus, Spiritum vero Filii nominamus.* » Verumtamen *et Scriptura sic se habente* non discordat hic sanctus a Latina veritate ; hoc ad consuetudinem Græcorum referendo, quæ non esse Spiritum ex Filio confitetur, etc. » Thomas Aquinas. (p. 1, q. 36, a. 2 ad 3) Damascenum Nestorianis hac in re accensuit ; sed statim adjecit : « Quamvis a quibusdam dicatur, quod Damasc., sicut non confitetur Spiritum sanctum esse a Filio, ita etiam non negat ex vi verborum illorum. » Sed re ipsa eum cum aliis Patribus sentire ostendunt Niceph. Blem. (l. c, c. 23, p. 29 seq.) ; Beccus (*G. O.* II, 66 seq. 124) : Constantin. Meliten. orat. 1 (id. 673 seq. 694, 695) ; Georg. Trapezunt. (ad J. Cubocl. c. 13 ; ib. I. 494 seq.) ; Manuel Calecas. (l. III, p. 431) ; Georg. Protosyncell. *Apol. c. Marc. Eph.* (Hard. IX. 630) ; Bessarion (ep. ad Alex. Lasc. c. 9 ; ib. p. 1074 seq.) ; Leo Allatius (*De consens.* II, 2, 6-11, p. 432 seq. *Enchir.* c. 4. 26, 27) ; Walch. (op. cit. c. 2, § 2, p. 24) aliique plurimi.

ptum reperiatur; verum sic opposita sunt, ut alterum quidem duorum sit verum ex necessitate, alterum vero non ; sed ex Filio quidem procedere Scripturis consonat et concordat, et neque contrarium vel repugnans invenitur, quanquam a synodis expressum non sit. Etenim quisque Romanorum pontificum, qui synodos sanctificaverunt et confirmaverunt, semper hoc dixit ac dogmatizavit... *Ex solo* autem dicentem multa sequuntur inconvenientia... [167] Si ex solo Patre procedit Spiritus, non est ipse *imago Filii* (64), sed Patris, ut sine medio ex ipso coruscans ; non est autem hoc, cum Spiritus imago sit Filii et ex ipso *proxime* refulgeat. Propinquior erit Patri quam Filio et magis Patris quam Filii. Amplius si ex Patre solo procedit, ad mensuram dat Pater Filio Spiritum, cum solam missionem, et non emissionem ei tribuat. In quo scil. non videtur remetiri paternam excellentiam, nec ex integro Spiritum habere cum omnibus, quæ circa ipsum considerantur, sicut habet Pater. Ait enim magnus Cyrillus : « Non ad mensuram dat Spiritum Filius, juxta Joannis vocem ; sed ipse emittit ex se, quemadmodum utique et Pater. Quocirca quicunque orationem : *Qui a Patre procedit* transformat in eam quæ dicit *a Patre solo*, Salvatoris vocem, qui est perennis fons veritatis, infirmat. »

8. At multo uberius Photius de iis agit documentis, quæ Latini pro sententia sua afferre solebant, atque imprimis cap. 20-30 longam habet disputationem, qua argumentum ex Joan. xvi, 13-15 petitum enervare connititur. Hoc textu Patrum occidentalium (65) vestigia premens utebatur [168] Ratramnus (op. cit. I, 3, p. 229 sep.) inquiens : « Quid enim accipiet Spiritus sanctus a Filio, cum unius sint substantiæ uniusque potentiæ ? Nimirum *De meo accipiet* dixit, id est : a me procedit, quia sicut sunt unius substantiæ Pater et Filius, sic et de utroque procedendo Spiritus sanctus accepit consubstantialitatis exsistentiam. Nec debet movere, quod *accipiet* futuri temporis dixit ; hoc enim ad illud respicit, quod futurum erat, quod discipulis mitteretur, non ad illud, a Patre Filioque procedit ; sine tempore namque procedit a Patre, procedit et a Filio. » Sequitur : « *Omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt ; propterea dixi, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.* Si omnia, quæcunque habet Pater, habet et Filius, profecto sicut est Spiritus sanctus Patris Spiritus, est et Filii Spiritus ; alioquin si Patris est tantum, non etiam Filii, non omnia, quæcunque habet Pater, sunt Filii. » Similiter posteriorum temporum Catholici disputant. Georgius Trapezuntius (*De una S. Eccl.* O. G. I, 542 seq.). « Cum Filius, inquit, verus Patris Filius sit, necesse est ipsum Filium remanentem omnia Patris possidere. Producit vero Pater Spiritum, producit igitur et Fillius, ut idem asserit : *Quæcunque habet Pater, mea sunt ; propterea dixi vobis : quia de meo accipiet... Accipiet* futuro tempore dixit, non quod acceplurus esset ; nihil enim *novum* aut *adjectum* [169] aut *temporarium* in Deo ; sed quæ nondum peracta erat super Apostolos, notat operationem, verum peragendam (66). Namque operationum manifestationes, cum sint quoad nos (πρὸς ἡμᾶς) temporariæ, in tempore quoque fiunt et comparent. Cum igitur similis Spiritus operatio Apostolis manifestanda erat, ideo accepturum Paracletum a se dicit. Ad hæc fieri non potest, cum homines simus, ut aliter intelligamus et loquamur vel concipiamus, nisi in tempore et secundum tempus : ideoque quæ hic temporum intervallis exprimuntur, in Divinis æternaliter intelliguntur. Quare quod nunc acceptarus a Filio Paracletus asseritur, accepit ab eo ab ipsa æternitate. Quæ vero ab ipsa æternitate Deo insunt et quæ ab æterno possidet, aut naturæ aut hypostasibus accommodantur ; accipere vero hypostasin ab hypostasi non adaptatur naturæ ; ergo hypostasi. Quod nil aliud est, quam habere τὸ εἶναι personam accipientem ab ea, a qua accipit. Quod vero ab aliquo accipit esse, ex eo etiam habet, quidquid possidet (67). » Hinc enascitur celebre

(64) Græci Patres, ut jam Gregorius Thaumat. in Confess. (Nysseni Opp. III, 546), Basil. l. v, c. Eunom., Naz. orat. 2, *de Filio*, Athan. ep. ad. Serap. aliique Spiritum dicunt εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ, sicut Filium εἰκόνα τοῦ Πατρός. Id Schismatici de nuda consubstantialitate exponunt (cf. ipsum Photium *Amphil. quæst.* 235, ed. Mai. *Vett. Scr. nova Coll.* IX, p. 115). Verum certum est, id penes Patres plus aliquid dicere et idoneum esse ad Spiritus e Filio processionem confirmandam. Cf. Niceph. Blem. orat. 2, c. 7 (*G. O.* I, p. 47 seq.), Beccum (Epigr. III ; *G. O.* II, 547 seq.), Georg. Metoch. *c. Man. Cret.* (ib. 936 seq.) ; Hugon. Ether. (I. II, c. 7, p. 1221) ; Manuel. Calec. (l. II, p. 405, 406) ; Allat. *Enchir.* cap. η', p. λζ'. *Vind. Syn. Eph.* p. 466 seq.) ; sed una cum his Thomam (*Summæ*, p. 1, q. 35, a. 2 ; Opusc. I, *c. Græc.* c. 10, 32) ; ac Petavium (*de Trin.* VII, c. 7).

(65) Tertull. *C. Prax.* c. 20 : « Cæterum de meo sumit, inquit, *sicut ipse de* (illo quod est) *Patris.* » *Ambros. De Sp. S.* II, 12 (apud Ratramn. II, 4, p. 255) : « De Filio Spiritus sanctus accepit ; accepit autem per unitatem substantiæ, sicut accepit a Patre Filius. » *Joan.* xvi, 14. — Hilar. *de Trin.* VIII, 20 : « A Filio igitur accipit, qui et ab eo mittitur et a Patre procedit, et interrogo utrum id ipsum sit, a Filio accipere, quod a Patre procedere. Quod si nihil differre credetur inter accipere a Filio et procedere a Patre, certe id ipsum atque unum esse existimatur a Filio accipere, quod sit accipere a Patre. Ipse enim Dominus ait : *Quoniam de meo accipiet*, etc. Hoc quod accipiet, sive potestas est, sive virtus, sive doctrina est, Filius a se accipiendum dixit. » Cf. Leon. M. serm. 2, *de Pentec.* et August. apud Ratramnum, III, 2, p. 277.

(66) Λήψεται δὲ ἐπὶ μέλλοντος εἶπεν, οὐχ ὅτι ἔμελλεν λήψεσθαι· οὐδὲν γὰρ νέον ἢ ἐπείσακτον ἢ χρονικὸν ἐπὶ Θεοῦ· ἀλλὰ τὴν οὔπω γεγονυῖαν ἐπὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐνέργειαν, μέλλουσαν δέ.

(67) Διὰ τοῦτο τὰ χρονικῶς λέγόμενα ταῦτα αἰωνίως νοεῖται ἐπὶ τῶν Θείων· καὶ ὅπερ ἄρα λήψεσθαι νῦν ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγεται ὁ Παράκλητος, αἰωνίως ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει· τὰ δὲ αἰώνια προσόντα τῷ Θεῷ, πάντα δὲ αὐτῷ αἰωνίως ὅσα ἔχει, ἢ τῇ φύσει ἢ ταῖς ὑποστάσεσιν ἁρμόζει· τὸ δὲ λαμβάνειν ὑπόστασιν παρ' ὑποστάσεως οὐ τῇ φύσει ἁρμόζει, τῇ ὑποστάσει ἄρα. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, εἰ μὴ τὸ ἔχειν τὸ εἶναι τὸ λαμβάνον πρόσωπον ἐξ οὗ λαμβάνει· τὸ δὲ'

illud *Joannis Theologi* argumentum (*Conc. Flor.* sess., XVIII, Hard. IX, 193 seq.) : « A quo Spiritus sanctus accipit esse in divinis, ab eo etiam procedit ; dicitur autem Spiritus sanctus accipere esse a Filio ; ergo et a Filio procedit (68). » « Quod autem [170] accipit, » ait Bessarion (ep. ad Alex. Lasc. c. 7, ib. 1067, 1068), « est ejus essentia ; nec enim est aliud ipse, aliud ejus essentia... cum summe simplex sit, essentiam suam et esse accipit ex Filio. » Hinc catholici theologi ex illo textu multiplicia desumunt argumenta.

9. Jam vero Photius præ cæteris in eo insistit, quod Christus non dixerit ἐξ ἐμοῦ, quod hoc perperam Latinorum inducat interpretatio, quod illud ἐκ τοῦ ἐμοῦ personam potius Patris innuat, adeo ut sensum habeat : ἐκ τοῦ ἐμοῦ Πατρός. (Cf. potissimum capp. 22, 29, 30). Sed I) falso supponit, Latinos astringi ad verba Christi mutanda in ἐξ ἐμοῦ, cum omnes vertant non *de me*, sed *de meo*, id est, de eo, quod habeo a Patre acceptum, de eo quod meum est. Imo fatentur Latini fere omnes immediate de scientia ac doctrina sermonem esse, nec repugnant Chrysostomo (hom. 78 in Joan.) interpretanti : Παρ' ἐμοῦ, τουτέστι παρὰ τῆς ἐμῆς γνώσεως (69). Sed inde jure suo colligunt processionem ex Filio. Observat Gregorius Cpl. in *Apol. contra Marcum Ephes.* (70) adductis Chrysostomi verbis : « Non est scientia Filii aliud, aliud Filius ipse. Si enim ipse esset aliud, et aliud præter ipsum scientia quæ in eo est, compositus foret et non simplex. » Præterea, ut ait Georgius Trapezuntius (l. c. p. 544), si quis affirmaverit accipere quidem Paracletum a Filio quæcunque Sanctis revelaturus erat, non vero ipsum esse, impia plane effutiet. « Habebit enim [171] aliquid acquisitum (ἐπίκτητόν τι) Paracletus et sic non erit verus Deus. Quæcunque enim Deus possidet, ab ipsa æternitate possidet. » Nil, aiunt Patres (71), Spiritus sanctus habet adventitium, nil postmodum acquisitum, sed ommia habet ab æterno. Unde Joannes Theologus, sess. XXI, conc. Flor. (Hard. l. c. 256, 257) : « Omne quod Spiritus sanctus accepit et accipit et accipiet, id æternaliter habet ; et quod Filius audit a Patre, idem est quod scientia ; scientia vero in divinis idem est quod esse (72). » Breviter Allatius (*Contra Hotting.* c. 18, p. 295) : « Ne Spiritus sanctus fiat creatura non accipiet scientiam, nisi accipiendo essentiam. » Hinc quando dicitur Spiritum nonnisi ea loqui, quæ audivit, sicut Filius nonnisi a Patre audita loquitur, eadem essentialis scientia intelligitur. « Idem, ait Petavius (*De Trin.* VII, 5, 4) ad textum Joan. XVI, 13, in Deo audire quod videre vel scire ; idem scire quod esse, ut et Augustinus tract. in Joan. XVIII, 19, pluribus disserit. » II) Ex arbitrio conficta et nullatenus admittenda est illa interpretatio : ἐκ τοῦ ἐμοῦ Πατρός. « Si esset hæc vera intelligentia, ait Manuel Calecas (lib. I, *C. Græc.* p. 397, ed. cit.), nequaquam sine additamento diceretur. Nunquam enim possessiva pronomina masculini vel feminini generis sine adjectione Græcæ linguæ proprietate proferuntur. Dicimus enim : Ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ἡ ἐμὴ οἰκία [172] ἡ πόλις. Ita quippe Græcæ linguæ consuetudo proferre consuevit. Alias enim vitiosa esset pronuntiatio. Cum vero sine adjectione dicitur, *neutrum* esse et *rem* significare intelligitur, exempli causa : Εἴ τι καὶ τοὐμόν ἐστι παρά σοι, si quid meum est apud te, quod per se rem intelligi dat. Eodem pacto Bessarion (l. c.) : « Si cum dicitur *ex meo*, subintelligendum esset ex Patre, hoc *meo* esset pronomen generis masculini ; nullus autem vel in Græca vel in Latina lingua edoctus aut masculini aut feminini generis pronomen profert, nisi cum additione : *meus frater*, *meus amicus*, aut *mea civitas* vel *domus*, dicens. Meus etenim simpliciter absque additione non magis patrem quam hostem significat. » III) Nec illud verum proinde est, ἐκ τοῦ ἐμοῦ duas personas insinuare, quarum altera sit possidens, altera ipsa possessio (c. 22). Non sine acumine Hugo Etherianus (l. II, c. 19, p. 1234) hinc Photium refellit dicens : « Idem Salvator dicit : *Non possum ego a me ipso facere quidquam. . . quia non quæro voluntatem meam.* Et rursum : *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam ;* et item : *Mea doctrina non est mea.* At vero si secundum positionem Photii Patriarchæ *meum* pronomen ubique duas personas significat, voluntas Filii alia sit a Filio persona... Quare non est necessarium, *meum* pronomen ubique duas significare personas, cum et *figurate* de eadem persona dicatur, ut Persius (*Satyr.* V, 88) dicit :

Vindicta postquam meus *a prætore recessi*

et Euripides : « Ego autem *meus* sum. » Attendere

τὸ εἶναι λαμβάνον ἔκ τινος ἐξ ἐκείνου ἔχει καὶ πάνθ ὅσα ἔχει.

(68) Propositionem majorem : Ἀφ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει τὸ εἶναι, ἀπὸ τούτου καὶ ἐκπορεύεται, nec Marcus Ephesius penitus rejecit ; minorem vero ab ipso negatam luculentis Patrum testimoniis Joannes comprobavit.

(69) Cf. Perrone, *Prælect. theol.* Tract. *de SS. Trin.* cap. 5, prop. 1, ad obj. 1, 3, ubi etiam de Maldonati sententia agitur.

(70) Cod. Monac. 27 f. 132 a. Οὐκ ἔστιν ἡ γνῶσις τοῦ Υἱοῦ ἄλλη καὶ ἄλλος ὁ Υἱός... εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἕτερόν τί ἐστιν, ἑτέρα δέ τις παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐ ᾧ γνῶσις, σύνθετός ἐστι, καὶ οὐχ ἁπλοῦς.

(71) Basil. *De Spirit. sancto*, apud Niceph. Blem. et Beccum epigr. 13. (*G. O.* I, 15 ; II, 630) : Τὸ Πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀΐδιος πάντα ἔχει ὡς Πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός. Cf. Athan. (ib. epigr. 8, p. 583).

(72) Ἐπειδὴ πᾶν ὅπερ ἔλαβε καὶ λαμβάνει καὶ λήψεται, ἀϊδίως ἔχει, ἐπειδὴ ἡ ἀκρόασις τοῦ Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ταὐτόν ἐστι καὶ γνῶσις, καὶ ἡ γνῶσις ἐπὶ τῶν θείων ταὐτόν ἐστι τῷ εἶναι. Cf. Bessar. l. c. « Idem est sapientia et ejus esse, et a quo accipit esse, ab eodem etiam accipit sapientiam, et cum spiratur, et accipit esse et subsistere, etiam accipit sapientiam. . . Si Spiritus accipit a Filio, ergo Filius *dat* ei ; sed ipsum *dare* in divinis personis significat idem quod *producere*. »

debuisset homo ille, quod *aliter apud Grammaticos* accipitur persona, et *aliter apud Theologos*. Etenim in Grammatica *quælibet res persona nuncupari potest*, sive per se subsistat, sive per aliud, sive substantia sit, sive accidens. Quare secundum hujusmodi disciplinam, cum Filius dicit : *mea* voluntas, *meum* judicium, *mea* doctrina . . . alia et alia intelligitur *ad similitudinem possessionum* persona (sc. grammatice). In theologia vero tacitis proprietatibus ab omnibus quæ secundum [173] substantiam dicuntur, tres tantum insinuantur (ed. imminuantur) personæ, quarum nulla expresse intelligi videtur, ubi Salvator dicit : *De meo accipiet et annuntiabit vobis.* » Præterea IV) adversatur illa expositio Christi ipsius explanationi, qua v. 15 ex eo probat τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται ante a se affirmatum, quia omnia quæ habet Pater sua sunt. Hæc ultima verba juxta omnes essentiæ unitatem in Patre et Folio probant ; hinc illud quod accipere dicitur Spiritus, manifeste patet esse ipsam divinitatem, non aliud quidquam. Deinde, ut Bessarion (l. c.) ait, ex Joan. XVI, 15, hoc construitur argumentum : « Spiritus accipit ex iis quæ Patris sunt ; sed omnia Patris sunt mea ; igitur Spiritus accipit ex meis vel ex meo. Et *cum ipse et sua unum et idem sint propter summam simplicitatem, accipiendo de suis, accipiet ex eo.* » Semel constituto, de ipsa divina essentia esse sermonem, non amplius negari potest, Spiritum hanc accipere a Filio. Si vero Spiritus a Filio accipit, Filius ei dat sive communicat essentiam ; *dare* vero in divinis idem est ac producere, ut idem Bessarion (ib.) Chrysostomi in Joan. v, 22 suffragio confirmat. Etiamsi igitur quoad verba non est idem : Spiritum accipere a Filio et procedere a Filio (Phot. c. 21), re tamen ipsa idem est, quia *accipere* in Spiritu et *dare* in Filio sunt correlativa et Spiritus ut Deus nil præter divinitatem accipere ab eo potest. Conjungit se Christus cum Patre, ad suam cum Patre communionem recurrit, ex quo cuncta habet ; nec separat sua ab iis quæ sunt Patris, imo eadem esse ostendit. Absurde rursum Photius (c. 23) quasi duo contraria exhibet : procedere a Patre et procedere a Filio ; prius posterius non excludit, sed includit ; nec posterior mystagogia priorem institutionem tollit, imo vero confirmat : Omnia quæ sunt Patris mea sunt. Recte Manuel Calecas (l. c.) « Si enim Spiritus a Filio accipit, Patris autem omnia et Filio communia sunt, manifestum et ex his insinuari Filium unum cum Patre Deum [174] esse, Spiritum autem verum Deum ex Patris et Filii essentia denuntiari. Porro dicere : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt ; ideo* (διὰ τοῦτο) *dixi vobis : quia de meo accipiet*, etc. ; aut nihil significat aut non significat propositum tibi ; quippe suscepta ad structuram causa nihil de Filii dignitate excludit, nisi in quantum dictum est : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt :* quod *etiam sine eo quod sequitur solum per se ipsum dici poterat.* » Sane inanis foret ea repetitio, inanis ea probatio, si tantum voluit dicere : De meo Patre sumet, non de me. Potius dicendum videtur, dum Christus se veluti medium terminum ponit inter Patrem et Spiritum, dum per suam cum Patre communionem quod asserit vindicat, dum quæ accipiet Spiritus sua prius vocat ac deinde ad Patrem refert, se ipsum proximum datorem eorum designasse. Accedit, quod universalis Christi propositio πάντα ὅσα κ. τ. λ. non permittit Spiritus προβολὴν a Filio removere (73). « Quod si accipiendo, ait Hugo Etherianus (l. c.), de iis quæ sunt Patris et habet Pater, accipit de Patre, et accipiendo de iis quæ sunt Filii et habet Filius, accipit de Filio. Manifestum est igitur quod non de solo Patre accipit Spiritus, ut Photius asserit. . . Si emissor Spiritus non in eo quod generat secundum naturam est Pater, Filius vero minime, quomodo verax erit Salvator asserens : *Ideo dixi vobis, quia de meo accipiet, quia omnia quæ habet Pater, mea sunt ?* Aut enim habebit secundum naturam, ut sit emissor, quod Patris non ut genitoris est, aut si non hoc, Patris quidem sunt, quæ exsistunt Filii, *quæ vero sunt Patris, non pertinent ad Filium.* Quare si omnia quæ sunt [175] Patris (non ut genitoris) habet Filius, emittere autem Spiritum Patris non ut genitoris est, hoc abesse non potest a Filio. » Hoc est illud, de quo supra (§ 2) egimus, argumentum : Quæ habet in divinis Pater excepta paternitate (et innascibilitate) communia sunt eidem cum Filio ; ergo vis spiratrix, quæ est a paternitate (et a ratione ingeniti) distincta, est Filio cum Patre communis. In divinis juxta Anselmum (*De inc.*, *c.* 3 ; *De proc. Spirit. sanct.* c. 2), omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Cf. Petav. *De Trin.* VII, 9, 11.

10. Demum V) adversatur Photii expositio ipsis Græcis Patribus, quorum doctrinæ se tenacissime inhæsurum semper protestatur. Id satis præter alios Manuel Calecas et Bessarion nec minus luculenter Beccus (l. III, ad Theodor. n. 10 ; *G. O.* II, 144, 145 et in *Epigraph.*) atque Allatius (*Enchirid.* c. κε'. p. ρξς' seq. et *Vindic. syn. Ephes.* p. 294) demonstrarunt. Unum alterumve horum Patrum audiamus. Athanas. ad Serap. ait : Ὁ μὲν Υἱὸς φησιν· ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει· ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται κ. τ. λ. Item orat. 3, c. Adrian. (Calecæ est orat. 3) : Τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνει. . αὐτὸς γὰρ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα δίδωσι καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγος ἔχει. Hoc testimonio Nicephorus Blemmida, orat. 2, c. 6.

(73) Profecto verba : *Omnia quæ habet Pater*, etc. 1) universalia sunt ; ergo non possunt restringi et limitari nisi in iis, quæ natura rerum per se excludit ; 2) ad ipsam relationem ad Spiritum a Filio extenduntur ipso et ad id adhibentur, ut Spiritum secum intime conjungi et de eo, quod ipsius est, accipere ostendat.

G. O. I. 44, 45), Gregor. Cpl. ad imp. Trapezunt. c. 4 (ib. 424); Bessarion (l. c.) aliique plurimi utuntur (cf. Petav. *De Trin.* VII, 5,1 seqq.) Non minus luculenta argumenta suppeditat Epiphanius, dum in *Ancorato* (cf. Beccum *G. O.* II, 145, 580) scribit (74): « Quod si Christus ex Patre procedit, Deus [176] ex Deo, et Spiritus ex Christo, aut ab utroque, ut ait Christus : *qui a Patre procedit*, et : *Hic ex meo accipiet.* » (Cf. et hær. 74, n. 10 Opp. I, 898). Certe Epiphanius probaturus τὸ παρ' ἀμφοτέρων, quam vim tribuit verbis : qui a Patre procedit, ad ostendendam Spiritus ex Patre originem, eamdem verbis, de quibus agimus, inesse exsistimat ad manifestandam processionem ex Filio (75). Audiatur et Didymus (lib. II *De Spirit. sanct.* Opp. Hier. IV, I, 514, ed. Mart.) : « Rursum hic *accipere*, ut divinæ naturæ conveniat, intelligendum. Quomodo ergo *Filius dans* non privatur his quæ tribuit, neque cum damno suo impertit aliis : sic et Spiritus non *accipit*, quod ante non habuit. Si enim quod prius non habebat, accepit, translato in alium munere, vacuus largitor effectus est, cessans habere quod tribuit. Quomodo igitur supra de naturis incorporalibus disputantes intelleximus, sic et nunc Spiritum sanctum *a Filio accipere id quod suæ naturæ fuerat*, cognoscendum est; et non dantem et accipientem, sed unam significare substantiam : si quidem *et Filius eadem a Patre accipere dicitur, quibus ipse subsistit.* Neque enim quid aliud est Filius, exceptis his, quæ ei dantur a Patre ; *neque alia substantia est Spiritus sancti præter id quod datur ei a Filio.* » Addatur Cyrillus Alexandrinus, quem Constantinus Meliteniota (*De proc. Spirit. sancti*, orat. 1, c. 15 ; *G. O.* II, 571, 572) ; et Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* pag. 279, 295-297) locupletissimum testem adducunt multis in locis eumdem textum diverso omnino modo a Photii ratione explanantem. Ad verba illa : « *Non enim loquetur a semetipso* (*Joan.* XVI, 13) notat : « Non utique uti ego futura prædicaret, nisi prorsus in me exsisteret et per me progrederetur (76). » Exponens vero Joan. XVI, 14 tradit : « Cum vero [177] Filio consubstantialis sit et ut Deum decet *per ipsum prodeat*, omnem ejus in omnibus perfectissimam possidens operationem et virtutem, *propter hoc* dicit : *Quia de meo accipiet* (77). » Et ad v. 15 repetitis Christi verbis addit : « Spiritus videlicet, qui per ipsum et in ipso est (78). » Item in Joan. XV, 26 : « Ecce enim Spiritum veritatis *sui ipsius* nempe nuncupans, ex Patre illum procedere ait. Nam sicut *Filii Spiritus* est naturaliter in ipso manens et per ipsum prodiens, sic certe Patris quoque Spiritus est. Quibus autem *Spiritus communis* est, ii profecto secundum substantiam separari non possunt (79) (cf. Becci *Epigr.* V, *G. O.* II, 567). Quid clarius iis quæ Cyrillus item ad Joan. XVI, 13, disputat? (*G. O.* II, 570-572.) « Cum enim prædixisset Paracletum ad eos venturum, Spiritum veritatis eum nominavit, hoc est sui ipsius. Ipse enim est Veritas. Namque ut addiscerent discipuli, non alienam neque peregrinam a se missurum virtutem, sed seipsum alio quodam modo daturum polliceri, *veritatis Spiritum, id est, sui ipsius*, Paracletum vocat. Non enim alienus a substantia Filii sanctus Spiritus intelligitur, sed *ex ea naturaliter progreditur*, nil aliud ab ipso exsistens, quantum ad naturæ identitatem, licet in persona propria concipiatur (80). » Cum autem venerit, ait, [178] non loquetur a seipso quidquam ; pro eo ut dicat : Prudentes vos reddet, et veritatis mysterium revelabit ; non loquetur quidquam prorsus, quod mihi non consentiat, neque peregrinis vos disciplinis instruet. Neque proprias forte leges feret. Cum vero Spiritus et quasi *mens mea* sit, loquetur omnino quæ in me sunt. Et hæc Dominus ait, non ut ministri locum habere Spiritum sanctum secundum quorumdam imperitiam cogitemus, sed potius discipulos certiores reddere volens, secundum essentiæ rationem a seipso non esse diversum Spiritum sanctum, et hæc prorsus loqui et operari et velle. Propterea quæ præmi-

(74) Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησιν ὁ Χριστός. Ὅ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· καὶ· Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται.

(75) Cf. Georg. Metoch. *Contra Manuel. Cretens.* c. 7, *G. O.* II, 982.

(76) Οὐκ ἂν οὖν ἄρα καθάπερ ἐγὼ προσερεῖ τὰ ἐσόμενα, μὴ οὐχὶ πάντως ἐν ἐμοί τε ὑπάρχων καὶ δι' ἐμοῦ προϊών.

(77) Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιόν τέ ἐστι τῷ Υἱῷ καὶ πρόεισι θεοπρεπῶς δι' αὐτοῦ, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐφ ἅπασι τελεωτάτην ἔχον ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, διὰ τοῦτο φησὶν, Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Cf. Becci Epigr. 5, *G. O.* II, 573.

(78) Διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, Ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα δηλονότι τὸ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ.

(79) Οἷς δὲ τὸ Πνεῦμα κοινὸν, τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα (al. διῃρημένα).

(80) Προειρηκὼς γὰρ ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὠνόμασεν αὐτὸν, *τουτέστιν ἑαυτοῦ· αὐτὸς* γὰρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ἵνα γὰρ εἰδοῖεν οἱ μαθηταί, ὡς οὐκ ἀλλοτρίας καὶ ξένης αὐτοῖς δυναμεως ἐπιφοίτησιν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑτέρως ἐπιδώσειν ἐπαγγέλλεται, Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τουτέστιν ἑαυτοῦ, τὸν Παράκλητον ἀποκαλεῖ· Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα, πρόεισ' δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον, ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο τυχὸν ἰδιοσυστάτως. Cyrilli Thes. L. Allatius (*Vind. syn. Eph.* p. 296 seq.) recitat : Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν μετὰ σαρκὸς ἀποπληρῶσας οἰκονομίαν ἀναβαίνειν πρὸς τὸν Πατέρα, πέμψειν δὲ ὑπέσχετο τὸν Παράκλητον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἵνα μὴ τις ὑπολάβῃ τὰ μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ διατάξειν ποτὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύς τε σαφῶς, ὅτι τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ὑπάρχον τὲ ἐξ αὐτοῦ πάλιν διακονήσει ῥήματα, οὐ λαλήσει, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ καὶ τὸ μέλι περὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ φυσικῆς ποιότητος λέγοι, οὐκ ἐνθήσει τι ἀφ' ἑαυτῆς τοῖς ἀπογευομένοις· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται φυσικῶς, διαβαινούσης τῆς ἐκ τῶν οὐσιῶν, ἵν' οὕτως εἰπω, ποιότητος ἐπὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀμερίστως προερχομένα· οἷον καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἐκ μέλιτος ἡ γλυκύτης, ἐκ πυρὸς ἡ θερμότης, ἐξ ὕδατος ἡ ψυξις.

sit, quod « etiam ventura annuntiabit vobis. Ac si diceret : Signum hoc erit vobis, *ex mea substantia* esse Spiritum et mentem esse quasi meam, quod ille futura sicut ego prædicabit (81). Sic rursus [179] ad Joan. XVI, 14 observat, per hoc, quod Spiritus accipiat a Filio, nihil omnino ei detrahi, et omnia eum habere perfecte (82). Cæterum quæ Cyrillus habet, ea ad illustrandum contextum et scopum verborum Christi insigniter conferunt ; quæ autem disputat Photius, etsi magna ex parte vera sunt, tamen ipsius non prosunt intento. Christus consolatur discipulos, non alienum ac peregrinum se consolatorem missurum testatur, ostendit suam tum cum Patre tum cum Paracleto æqualitatem, sui et illius cum Patre ὁμοφυίαν ; verum non hoc *duntaxat* ejus verba sibi volunt. Multo efficacius ea probat, si simul ostendit, *a se*, quem noscebant amabantque adeo discipuli, Spiritum sua omnia habere, et si auctore Photio (c. 26, 27) cavere vult, ne illi majorem se ipso putarent Spiritum, multo validius id efficit, si a se eumdem esse confirmat, se velut ejus principium repræsentat, quem superius a Patre procedere dixerat. Imo, ut Photii verbis utamur, priorem mystagogiam revera evolvit uberius et cum hac explanatione conjungit ac copulat per illa verba : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt.* Quorsum vero illa ratiocinatio, si nihil a Filio accipit Spiritus ? Sed qui singulas Photii assertiones prosequi vellet, ampliorem adhuc probationum materiam dubio procul inveniet. Nos ad alia properamus.

11. Non minus prolixa est disputatio (a cap. 48), qua [180] aliud Scripturarum testimonium Latinis eripere conatur Photius, videlicet *Galat.* IV, 6, ubi Spiritus sanctus vocatur *Spiritus Filii.* Quamvis verba *per se* non probent Spiritus a Filio processionem, tamen spectatis tum aliis tum traditionis christianæ præsidiis huic dicto aliisque similibus vim inesse ad eam ostendendam summo consensu theologi persuasum habuere semper ac variis modis argumenta exinde efformarunt. Photio coævus Ratramnus ita de hoc textu disserit (l. I, c. 4. p. 232) : « Non ait Paulus : Misit Deus Spiritum *suum.* Quod si diceret, non penitus excluderet Filium, quoniam Deus est etiam Filius, quemadmodum Pater est Deus, et uterque non duo Dei, sed unus est Deus ; quod enim persona separat, substantia conjungit. Volens autem auferre omnem quæstionem, personam Filii specialiter dixit misisse Deum Spiritum A Filii sui in corda nostra. Num alius est Spiritus Filii quam Spiritus Patris ? Quod si idem est Spiritus amborum, profecto procedit ab utroque ; non enim sic dicitur Spiritus Filii, tanquam sit minor Filio ; hoc qui sentit vel dicit non est catholicus. Qua de re non est, quare dicatur Spiritus Filii, nisi quia procedit a Filio, sicut dicitur Spiritus Patris, quia procedit a Patre. » Addit deinde Ratramnus alios textus, ubi Spiritus dicitur Spiritus Jesu, Spiritus Christi, ac potissimum *Rom.* VIII, 9, concludens, Spiritum Christi esse eumdem qui et dicitur Spiritus Dei (c. 6, p. 236) atque comparans *Rom.* VIII, 15 cum *Galat.* IV, 6 notat : « Videte, quod eumdem dicat Spiritum adoptionis filiorum, quem confitetur Spiritum Filii, quo nos doceat Apostolus, eumdem esse B Spiritum Patris, quem dicit Spiritum adoptionis, et eumdem esse Spiritum Filii, quem misit Deus in corda nostra ; et in eodem, qui tam Patris quam Filii monstratur Spiritus, clamamus : *Abba, Pater.* Quod nequaquam facere possemus, si non quemadmodum procedit a Patre Spiritus sanctus, sic etiam procedat et a Filio. » Hinc rursum exclamat (c. 7, p. 238) : « Si Spiritus non [181] procedit a Christo, quomodo Spiritus dicitur esse Christi ? Procedit igitur a Christo, quia non ex *subjectione*, nec *ex particulari sectione* dicitur ejus esse, sed quod ejus de substantia substantialiter procedit. » Neque aliter Georgius Trapezuntius ad Cretens. *De una S. Eccl.* c. 3, 4 (*G. O.* I, 541 seq.) : « Ex Patre et C Filio habet Spiritus, quod sit, secundum divinum Evangelium. Nec non et Paulus dicit : *Misit Deus Spiritum Filii sui.* Itaque si *Patris et Filii Spiritus est*, quod sæpe sæpius legitur, manifestum est eum ab utroque spirari vel procedere. » His concordant multi alii Theologi (cf. Walch op. cit. c. 10, § 3, p. 168, 169), qui ita ratiocinari solent : Qui in divinis dicitur esse alterius, ab illo procedit ; quia cum una persona sit alteri æqualis, non dicitur alterius esse ratione subjectionis aut servitutis, sed ratione originis ; proinde si Spiritus sanctus dicitur Spiritus Filii, jam a Filio procedit (cf. Demetr. Cydon. *De proc. Spirit. sanct.* c. 10). Præclare Manuel Calecas contra Græcos ita disputat : « Cum unum alterius dici vel hujus *proprium* in divinis, D rejecta materia et iis quæ materiam consequuntur, neque tanquam membrum, neque ut possessio, neque ratione alicujus excellentiæ vel alterius cujuspiam affinitatis dici queat, sed ratione solum principii et ejus quod est a principio, in quo uno

(81) Καὶ οἱονεὶ νοῦς ἐστιν ἐμὸς, λαλήσει δὲ πάντως τὰ ἐν ἐμοί· καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Σωτὴρ, οὐχ ἵνα νοῶμεν ὑπουργικὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τινῶν ἀμαθίαν, πληροφορῆσαι δὲ μᾶλλον ἐθελήσας τοὺς μαθητὰς, ὡς οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ κατά γε τὸν ἐν ὁμοουσιότητι Λόγον, ταῦτα τὴ πάντως λαλήσει καὶ ἐνεργήσει καὶ βουλήσεται. Διὰ γὰρ τοι τοῦτο προστέθηκεν, ὅτι καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν· μονονουχὶ λέγων, σημεῖον τοῦτο ἔσται, ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οἷον ἐμός ἐστι νοῦς, τὸ ἐρεῖν αὐτὸν τὰ ἐσόμενα καθάπερ ἐγώ. Sequuntur verba posita nota, 83.

(82) Beco. epigr. 5, l. c. p. 574 : Ἀκατηγόρητον οὖν ἄρα παντελῶς καὶ λοιδορίας ἁπάσης ἔξω κείσεται τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· προϊὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει τελείως, λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. Cf. sequ. ap. Becoum p. 576. Cyrilli verba in Joan. xx, 22, una cum Anastasii textu in lib. Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τῆς ἀληθείας δογμάτων adducit Gregorius Cpl. *Apol.* c. Marci Ephes. Confess: in cod. Monac. 27, f. 119.

alterum ab altero discerni comprehendimus, perspicuum est, cum dicimus Spiritum sanctum proprium esse Filii, id sola illa principii ratione intelligi posse (83). » [182] Egregie quoque disserit Bessarion (*Orat. dogm.* c. 6 ; Hard. IX, 340) : » Spiritus quoque *relativum nomen* est et ad spirantem refertur ; et cujus dicitur Spiritus, ab illo etiam spiratur. Quod enim personalia nomina Trinitatis *relativa* sint, nullus ignorat. *Personale* vero nomen Spiritus esse, quod Spiritus sanctus dicatur, nemo inficiatur quemadmodum Patris *Pater* et Filii *Filius*, et necessario relativum, quemadmodum et illa ; siquidem essentia non sunt, nec aliud est in divinis præter essentiam et relationes. Quemadmodum igitur, Filius cum sit nomen relativum, et referatur ad Patrem, veremur Filium Spiritus dicere, ne Spiritus pater ejus putaretur, ita et Spiritus, cum sit nomen relativum et necessario ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur, cujus dicitur Spiritus esse (84). » Denique Patres non solum latini (cf. v. gr. Aug. *De Trin.* IV, 20), verum etiam Græci Ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ea ratione dicunt, ut inde Spiritus a Filio origo plane manifestetur, quod præ cæteris Petavius (*De Trin.* VII, c. 4, § 8 seq.) ostendit.

12. Sed omnem movet Photius lapidem, ut inanem atque absurdam talem Paulini effati intelligentiam ostendat. In primis eodem artificio, quod c. 20 seq. circa verba Christi *Joan,* XVI, 13, adhibuerat, conclusionem e *Galat.* IV, 6 deductam contrariam doctrinæ Christi effingit, adversariosque [183] Paulum cum Servatore committere et injuria utrumque afficere pronuntiat (c. 48). Deinde « Ubinam, inquit (c. 49), Paulus edixit Spiritum ex Filio procedere ? *Esse* quidem *Filii* (neque enim alienus ab ipso, quod absit) et ille dixit et Ecclesia Dei, simul confitetur intelligitque ; procedere autem ex Filio neque ex ejus labiis divinis rebus repletis prodiit unquam, neque piorum quispiam scripto protulit, imo ne auribus quidem hanc blasphemiam excipere toleraret (c. 49). » Inde exigit, ut nihil dicatur præter id quod dixit Apostolus, ut ejus verba retineantur nec tali expositione immutentur. Quo ista spectant : « Quare igitur non et tu hæc dicis, sed prave agis, omnia susdeque vertis et verbum præconis pervertis et, quod gravius est, hanc tuam perversionem atque blasphemiam in ipsam doctoris vocem immittis ? (C. 50). Dixit : *Spiritum Filii sui.* Recte omnino ac pro sapientia ipsi divinitus data. Tu vero quid vocem adulteras, et quæ quidem dixit, non dicis, quæ autem ne cogitavit quidem, quasi ab illo dicta prædicare non erubescis ? » (C. 51.) Sed hæc, uti cætera ejusmodi, vana sunt declamatio ; illud unum quæritur, quonam pacto ex Pauli verbis Latini suam doctrinam stabiliant ; atque planum est non deesse iis argumenta quibus suam conclusionem confirment. Hoc potius videndum est, quid Photio auctore Pauli phrasis τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ sibi velit. Is itaque potissimum ad nudam *consubstantialitatem* verba illa detorquet ; id illis indicatum censet, quod Spiritus non sit alienus a Filio (c. 49) quod ejusdem naturæ cum Filio, ejusdem essentiæ, ejusdem gloriæ, ejusdem honoris et dominationis exsistat (c. 51). « Qui igitur dicit *Spiritum Filii*, naturæ quidem sine ulla differentia edocet unitatem, principium vero processionis nullo modo simul indicat ; unitatem secundum essentiam novit, eum qui æqualis naturæ hypostasin producit nulla prorsus ratione simul prædicat neque principium insinuat » (Ibid.) Deinde docet (c. 53) consubstantialem [184] esse Spiritum Patri, quia ex ipso procedit ; consubstantialem Filio, « non quia ex ipso procedit (apage, cum neque ille huic propter generationem), sed quia ex una et indivisibili principio ab æterno æquali ordine utrique progressio est. »

13. Verum denominationem Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ac similes in *biblico* et *patristico* sermone ad unam consubstantialitatem referendam esse inane prorsus et falsum est Nam I) *latius* patet dictio : hic est illius, quam propositio : hic est illi consubstantialis. Quod in primis qui peculiarem tractatum contra asserentes Spiritum τοῦ Υἱοῦ dici διὰ τὸ ὁμοούσιον ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις conscripsit, *Georgius Pachymeres* urget (*G. O.* I, 393) dicens : [« Quilibet fatebitur τόδε τοῦδέ τινος εἶναι universalius prædicari (ἐπιπλέον εἶναι) quam τὸ ὁμοούσιον. Domus etenim hæc Socratis et sedes Platonis ; sed non consubstantialis est, neque domus, neque sedes philosophis illis. » Revera nominativus Spiritus cum genitivo Filii nemini ingerit consubstantialitatis ideam. Verum II) nihil prodest si de iis solum agatur quæ *consubstantialia novimus.* « Quod si, » ita pergit præfatus auctor, « *in*

(83) Græcum Manuelis textum dat Leo Allatius *Vindic. syn. Eph.* p. 124 : Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς θείοις τόδε τοῦδε, τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παρεπομένων ἀπεληλαμένων οὔθ' ὡς μέλος, οὔθ'ὡς κτῆμα, οὐδὲ κατά τινα ὑπεροχὴν καί τοιαύτην ἄλλην οἰκειότητα λέγεται, κατὰ δὲ μόνον αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, ἐν ᾧ μόνῳ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διακρίνεσθαι καταλαμβάνομεν (hæc Greg. Nyss. asserit. Vide infra art. IV, § 7, nota 1. Φανερὸν, ὅτι καὶ τὸ λέγεσθαι ἴδιον εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον μόνον τὸν τῆς αἰτίας λόγον δύναται καταλαμβάνεσθαι.

(84) Καὶ τὸ Πνεῦμα ἀναφορικόν ἐστιν ὄνομα καὶ πρὸς τὸν πνέοντα ἀποδίδοται ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὗ λέγεται πνεῦμα ἐξ ἐκείνου πάντως καὶ πνεῖται. Ὅτι γὰρ ἀναφορικὰ τὰ ὑποστατικὰ ὀνόματα τῆς Τριάδος, οὐδεὶς ἀντερεῖ· ὑποστατικὸν δὲ τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ· καὶ ἀναφορικὸν ἐξ ἀνάγκης. ὥσπερ καὶ ταῦτα · εἴπερ οὐσία μὲν οὐκ ἔστιν, ἄλλο δὲ παρὰ τὰς ἀναφορὰς καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἔστιν. Ὥσπερ οὖν τὸν Υἱὸν διὰ τὸ ἀναφορικὸν ὄνομα εἶναι καὶ ἀποδίδοσθαι πρὸς Πατέρα, δεδίαμεν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγειν, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ νομισθῇ, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀναφορικὸν ὄνομα, ὄν, καὶ πάντως ἀποδιδόμενον πρὸς τὸν πνέοντα, ἐξ ἐκείνου καὶ πνεῖται, οὗ Πνεῦμα εἶναι λέγεται.

consubstantialibus etiam solis quæratur, minime inveniemus, in consubstantialibus omnibus sequi hoc hujusce esse, sed et in his etiam plurimis modis deficere comperitur. Consubstantialis quippe Petrus est Paulo et Petro Paulus ; sed neque Paulus Petri, neque Petrus Pauli. Ideo multo minus patebit τὸ ὁμοούσιον quam τὸ τόδε τοῦδέ τινος εἶναι καὶ λέγεσθαι. Tunc enim omnino minus diffunderetur consubstantiale, quam hoc alicujus esse et dici, si hoc quidem illi ex altera parte non responderet (οὐκ ἀντέτρεφε), responderet vero ac congrueret huic consubstantiale ; cum vero minus sit et non omne, quod est alicui consubstantiale, hujus dicatur, ampliori mensura consubstantiali inerit, minus esse, quam illi, quod hujusce est. » Similiter Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1225) : Cum omnes homines inter se sint consubstantiales, tamen « nullus homo [185] in eo quod homo (vel alteri consubstantialis) alterius esse dicitur. » Pergit III) Pachymeres (p. 394) : « Hoc concesso inquirendum est, utrum magis se extendat causa (αἴτιον) an effectus (αἰτιατόν). Sine dubio causa. Quare si quis quærat, cur *lumen radii* dicitur (φῶς ἀκτῖνος λέγεται), stultum foret respondere : quia consubstantiale est ; sed si quis quæsierit : Quomodo hæc consubstantialia sunt, tunc locum habet responsio, quia hoc hujusce dicitur, licet in pluribus consubstantialibus id causa non sit. Sic et in proposita quæstione quispiam audebit efferre. Si magis late patet esse et dici Spiritum Filii, ut jam ex dictis de consubstantialitate fateri debemus, si quis quæsierit : Quare consubstantialis Spiritus Filio est? commode respondebitur, quod Filii Spiritus dicitur Spiritus sanctus ; neque enim ascititius (ἐπίκτητον) est illi, ut nobis sunt ea quæ possidemus, sed æterno ac naturali modo promanans. Sicut si quis quæreret : Quare consubstantialis est Filius Patri ? dicimus, quia Patris Filius sit Filius ; et est præterea ex Patre secundum substantiam, sed non uti creaturæ. At vero respondere ad quæstionem, cur Filii dicatur Spiritus, quod illi consubstantialis est, insulsa est responsio et non juxta dialecticas leges. Minus enim patet consubstantiale eo quod est hujusce esse. Et quomodo quod minus sese extendit, illius quod magis, causam esse fatebimur? Causa etenim de pluribus vel paribus, si contra versatur, nunquam vero de paucioribus. » (P. 395.)

14. Alii vero Theologi et alias proferunt rationes, quibus commentum illud destruitur. « Qui asserunt, ait Georgius Trapezuntius (*G. O.* I, 541, c. 4), Filii Spiritum dici κατὰ τὸ ὁμοούσιον, deliranl. Cur enim non dicimus τὸν Πατέρα τοῦ Πνεύματος, cum ejusdem ac Spiritus naturæ sit ? An non apertum inde remanet, eum qui Patrem Spiritus dicit, Spiritum dicere Filium et blasphemare? Et pariter eum qui Filium Spiritus dicit, utpote Spiritum in Patrem [186] transformantem ? » Sane juxta illam expositionem cum tres personæ sint inter se consubstantiales, quælibet deberet dici alterius. Atqui abhorret ab hoc loquendi mos theologicus et Christianus ; et si qui paucissimi vel e schismaticis fuere, qui Spiritus sancti proprium dicerent Filium (cf. Const. Meliten. orat. c. 37 ; *G. O.* II, p. 746), plurimi tamen id omnino rejecerunt, inter quos Marcus Ephesius « Filius, inquit, Spiritus sancti neque est neque dicitur secundum Gregorium Nyssenum (85). » Hujus enim hæc sunt verba : Ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται, οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία. Sed si hoc non convertitur, id consubstantialitatem non denotat ; si enim ad ὁμοούσιον foret referendum, jam e converso diceretur uti Spiritus Filii, sic Filius Spiritus. Præterea genitivus τοῦ Υἱοῦ vel indicat possessionem, proprietatem vel relationem quamdam ; generatim id dicitur alicujus, *quod ad eum quocunque modo pertinet*. Sed ex principiis theologicis Patrum relationes in divinis sunt relationes originis ; nomina trium personarum ipsa sunt relativa, denotatur itaque hic habitudo originis (86). Neque secus ratio reddi posset, cur non dicatur Filius proprius Spiritus sancti, Pater proprius Spiritus. Proprietatem non habet divina persona in aliam, nisi habitudine principii. Recolantur quæ (§ 11) ex Bessarione adduximus. Quibus ista consonant Georgii Trapezuntii (l. c. p. 541, 542) : « Quemadmodum Pater et Filius nomina sunt hypostatica modum exsistendi (τὸν τρόπον τοῦ εἶναι) harum [187] hypostaseon indicantia, pari ratione et Spiritus nomen hypostaticum est, exsistendi modum ipsius manifestans. Ex Patre ergo et Filio spiratur, cum amborum sit Spiritus. » (Cf. eumd. ad Joan. Cubocl. c. 10, p. 487.) Accedit, quod juxta Patres Græcos eodem Spiritus modo proprius est Filii, quo est proprius Patris. Sed juxta eosdem Patres proprius est Patris ut ex eo procedens ; juxta eosdem igitur est proprius Filii ut ab eo progrediens (87).

(85) Marc. Ephes. in Confess. ap. Gregor. Cpl. *Apol.* cod. Mon. 27 f. 117 a. : Ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόριον.

(86) Georg. Schol. ad cap. 12 Ephesii (cod. cit. f. 210 a.) exinde demonstrationem a Latinis peti docet, Μὴ δεῖν ἐπὶ τῶν θείων ἄλλην τινὰ σχέσιν πλὴν τῆς κατ' αἰτίαν νοεῖν, ὁπόταν ἕτερον ἑτέρου λέγηται εἶναι.

(87) Cyrill. Alex. in Joan. XVI. (ap. Const. Melit. *G. O.* II, 671) : Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἴδιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φυσικῶς ἐν αὐτῷ ὑπάρχον καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν, οὕτω καὶ τοῦ Πατρός. Respons. ad Orient. (Allat. *Vind.* c. 26, p. 118) : Ἴδιον γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐστὶ τὸ ἅγιον τοῦ Υἱοῦ καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Respons. ad Theodoret. Allat. l. c. p. 119, 120) : Ἦν γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα, καθαπερ ἀμέλει καὶ τοῦ Πατρὸς, κ. τ. λ., ubi adducit *Rom.* VIII, 8, 9. Deinde pergit : Ἐκπορεύεται μὲν γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν (Joan XV, 26), ἀλλ' οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ· πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν (Joan. XVI, 15). Idem in Joan. I, 32 : Ὥσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Basil. ad Amphiloch. (Const. Melit. *G. O.* II, 665,

Ergo non diversimode dicitur Spiritus Patris et Spiritus Filii, sed eodem plane modo et utrumque ad originem refertur. Basilius *c. Eum.* II, n. 34 probat Spiritum ex Patre esse, ex eo, quod dicitur Spiritus Dei, sicut Spiritus Filii ; legitime ergo probabitur ex Filio esse, eo quod dicitur Spiritus Filii. Diserte Cyrillus statuit : quod proprium est Dei, id ex ejus essentia est ; proprium dicitur alicujus, quod ex ejus essentia est (88) ; [188] sed juxta eumdem (infra III, § 9) quod ex essentia Patris vel Filii est, id quoque ex eo est. Ratum omnino esse debet ex Patribus, æqualiter esse Spiritum tum Patris tum Filii. Hinc Hugo Etherianus (l. I, c. 1, p. 1200, 1201) : « Si ab uno solo duorum processionem Spiritus haberet, duorum non esset *æqualiter* commune et *indefferenter*, sed *præcipue* illius, ex quo proveniret ; at vero Spiritus est alterutrius (utriusque) *æqualiter* et *indifferenter* ; non enim *minus Fili* et *magis Patris* est, quare non ab uno solo duorum procedit Spiritus. » Et rursum (l. I, c. 6, p. 1203) : « Æqualiter atque indifferenter ab utroque Spiritus *habetur* ; igitur æqualiter atque indifferenter ab utroque idem Spiritus *emittitur* (89). » Si Spiritus *proprius* Patri ob processionem, ob eamdem proprius erit Filio. Quare Ratramnus (l. II, c. 4, p. 254) : « Unde Patris est Spiritus, quia procedit a Patre ; hinc quoque Filii pariter est, quia procedit a Filio ; non enim duo, sed unus est Spiritus, nec enim alius dicitur esse Patris et alius Filii Spiritus, sed unus amborum ; procedit ergo ab utroque. » Et rursum alio modo premi Photius potest, dum statuit, proprium Spiritum Filii vel Patris ob consubstantialitatem dici, consubstantialitatem vero cum Spiritu rationem in Patre et Filio esse diversam (90) ; tunc [189] enim non omnino eodem modo « æqualiter et indifferenter » Patris et Filii foret Spiritus, sed plane diverso modo, quod Patribus contradiceret. Denique alii theologi advertunt, etiamsi Photio concedatur, phrasim Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ ad consubstantialitatem esse referendam, tamen immota manere Latinorum argumenta (91), quod ex infra (art. IV, § 20 fin.) dicendis luculentius patebit.

15. Illud vero quod dictum fuit, non vice versa dici Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, confirmari potest etiam ex theologo non ignobili, cujus fragmenta ipse nobis Photius servavit. Jobus enim monachus, *De incarnat.* lib. VII (in *Biblioth.* Photii, cod. 222, p. 318, 319, ed. 1601) de eo agens, quod Filius apud Patres dicitur manus, dextera, etc. (92), notat, recte dici digitum manus esse, non vero manum digiti ; sic Spiritum dici Filii, non vero Filium Spiritus, sicque de hac re disserit, ut congruum omnino suppeditet pro Latinorum doctrina argumentum (93). Quod si quis opponat, et patrem [190] *esse Filii*, quemadmodum Photius c. 52 arguit dicens : « An igitur propterea et e converso Patri tribues generationem ? » responderi potest, nihil obstare, quominus *Pater Filii* dicatur, sed multum obstare, quominus *Filius* dicatur *Spiritus sancti ;* non propterea Patrem generari dicendam, quia Filii esse dicitur, neque latinos ad id statuendum adigi. Sane Pater et Filius sunt relativa nomina et talia, quæ *per se originis relationem* declarant, qua alter ex altero, ex Patre Filius, non ex Filio Pater ; *Pater filii* est et dicitur Pater, Filius vero *Patris Filius. Spiritus* quoque relativum nomen est (veluti spiratus), si in ecclesiastico loquendi usu et *perso-*

666) : Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ, καθάπερ Θεοῦ, καὶ νῦν Χριστοῦ προσειπὼν, καθάπερ καὶ Θεοῦ Πνεῦμα ὡς τοῦ ἀνθρώπου. Cf. Maxim. ap. Beccum epigr. 11, (*G. O.* II, 622, 623) ; atque Beccum in Camat. c. 23, epigr. 5, (*G. O.* II, 335, 563) ; Constant. Meliten. orat. 1, c. 35, 36 (id. II, 740 seq.) ; Georg. Trapez. (I, 486 seq.), Leon. Allat. *Vind. syn, Eph.* c. 33, p. 157 seq.

(88) Cyrill. serm. ad Nest. (*G. O.* II, 620) : ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων, τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγενημένον, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο.

(89) Cf. eumdem l. I, c. 16, p. 1211 ; l. III, 11, 12, p. 1246 seq.

(90) Ad id Hugo Ether. l. II, c. 20, p. 1235 hæc respondet : « Neque hoc videtur esse verum, ut Spiritus ideo sit Filii, (s. Filio consubstantialis), quod ex una causa et indivisibili ante sæcula æqualiter utrique progressio. Inconvenientia enim sequuntur et hoc nuntiantem : nempe secundum quod sunt ex una causa, *uniuntur ambo.* Non enim *tot*, sed *hujusmodi* ostenduntur ex eo, quod secundum unionem non intercedat numerus. Impossibile est enim aliqua numerari in eo quod nihil differunt, cum secundum distantiam tantum numerum nanciscantur ; at vero secundum quod Spiritus est Filii, differens ab ipso et quasi *altera persona* ostenditur nihil quippe sui ipsius esse potest. Quare non ideo est Filii et ei consubstantiale, quod ex una causa et indivisibili ante sæcula æqualiter utrique *processit.* » *Cf. quæ* Hugo iterum, l. III, c. 4, p. 1241, de hac re disputat quæque non semper satis ad rem accedunt, ac Georgium Metoch. *G. O.* I, 975 seq., 931 seq.

(91) Bessar. ep. ad Alex. Lasc. (Cod. Mon. 27 f. 49 b.) : Εἰ οὖν διὰ τὸ ὁμοούσιον λέγεται Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, σώζονται ἄλυτοι πᾶσαι αἱ τῶν Λατίνων ἀποδείξεις, αἷς αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα Υἱοῦ ἐπιχειροῦντες καὶ ἐξ αὐτοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δεικνύουσιν. Hæc dicit occasione textus Greg. Nyss. de quo § 6, nota 10.

(92) Cf. Iren. v, 1, 6 ; Tert. *C. Prax.* c. 13 ; Euseb. *in psal.* LIX, 7 ; Cyrill. Glaph. *in Exod.* l. II, thes. 13 (ap. Becc. *G. O.* II, 639, 640).

(93) Χεὶρ μὲν καὶ βραχίων καὶ σοφία καὶ λόγος τοῦ δὲ ἀνθρώπου λέγεται, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τῆς δεξιᾶς ἢ τῆς σοφίας ἤ τῶν ὁμοίων οὐκ ἂν μὴ ῥηθείη· ὥσπερ οὐδὲ τοῦ κλάδου φαμὲν τὸ δένδρον, ἀλλὰ τὸν κλάδον τοῦ δένδρου· καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ δάκτυλος ὀνομάζεται Θεοῦ· καὶ ἐπεὶ ὁ δάκτυλος τῆς χειρὸς εὐλόγως οὐ μόνον τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ πατρικὴ δεξιὰ, λέγεται· ἀλλ' οὐ τὸ ἀνάπαλιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος· οὐδὲ γὰρ ἡ χεὶρ ῥηθείη ἂν τοῦ δακτύλου. Et rursum, lib. VIII, (id. p. 328) ad quæstionem : Cur Spiritus sanctus non sit Filius. Τὸν μὲν Υἱὸν γεγεννῆσθαι διδασκόμεθα, ἐκπορεύεσθαι δὲ τὸ Πνεῦμα θεοπρεπῶς ἐμυήθημεν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Πνεῦμα μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἴρηται, ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἑκατέρου τούτων Πνεῦμα λέγεται, Πατὴρ δὲ ἡ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὐκέτι, οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν. Similia habet Photius, *Amph.* 189 ; Mai, *N. C.* I, p. 183, 184.

naliter (94) accipiatur ; attamen per se non ita relationem originis manifestat, sicut Patris et Filii nomina. « *Per se* enim Spiritus neque ad Patrem refertur, neque ad Filium » (Bessarion supra § 11 et Joan. Theologus infra art. seq. § 1) « sed ad spirantem » (ibid.). Ex hinc jam disparitas patet. [191] Dum dicitur Pater *Filii*, intelligitur Filii *Pater* ; nec potest Filius pro principio sumi, Pater pro principiato ; sed si dicitur *Filius sancti Spiritus*, verba indicant Filium a Spiritu originem habere, Spiritum esse Patrem, quod absurdum. *Pater Spiritus* dici nequit, quia tunc Spiritus foret Filius, *Filius Spiritus* dici non potest, quia tunc Spiritus foret Pater. *Aliud est esse alicujus simpliciter, aliud* esse *Patrem vel Filium alicujus ;* porro Pater non dicitur Filii esse proprius simpliciter, sed *Filii Pater* ; id subintelligitur, quod ejus sit *Pater*. Pari modo diceretur Spiritus spirantis esse et spirans Spiritus sancti *spirator* seu προβολεὺς Πνεύματος. Hæc vocabula sibi ad amussim respondent et ad idem pertinent genus, adeoque confusionem arcent. Recte rursum dicitur : Pater et Filius sunt προβολεῖς (προβολεὺς) Πνεύματος, sed non simpliciter : *Pater et Filius sunt Spiritus sancti.*

16. Neque vero, quod subdole ac perverse Latinis ascribit Photius (c. 59), ii unquam docuere ; *Quod alicujus esse dicitur, ex eo vel ab eo est.* Potest certe hoc illius dici vel ut possessio possidentis vel ut pars totius vel ut effectus causæ vel ut forma seu qualitas subjecti, etc., quocunque demum nomine genitivus casus cum nominativo subjecti conjungi potest, qua late patet genitivi usus. Latini non dicunt de quocunque, quod dicitur esse alicujus, id ab hoc exsistere ; sed id dicunt de personis, nec de personis quibuslibet, sed *de personis divinis*. Creaturæ quoque sunt Patris et Filii ; sed non propterea a creaturis procedunt Pater et Filius. Ex qualitate atque charactere subjecti determinatur, quomodo ad aliud pertineat id, quod ejus dicitur esse. Quicunque alterius dicitur, ad eum quodam modo pertinet ; vel ut servus vel ut necessarius, etc., relationem ad ipsum habet. Porro a divinis omnes ii respectus excludendi, qui divinas non dicent hypostases, ut servitus vel ministerium ; ea σχέσις [192] statuenda, quæ divinis concordat (95). Hæc porro est originis habitudo (§ 14), relatio inter principium et principiatum. Sicut calor solis dicitur calor a sole causatus, sicut fructus arboris fructus ab arbore productus, ita Spiritus Filii est Spiritus per Filium emissus, ut principiatum principii est. Vane ergo colliguntur exempla similium dictionum, ubi *de divinis personis* sermo non est. (Phot. c. 57 seq.) Dicitur Spiritus sapientiæ, spiritus intellectus, spiritus scientiæ, dilectionis, adoptionis filiorum, promissionis, fidei, et alia hujusmodi (96) ; sed sapientia, intellectus, scientia, etc., non sunt personæ divinæ ; verum dona et charismata, « quorum Spiritus sanctus fons ac largitor glorificatur, » ut ipse Photius (c. 58) bene novit ; hæc effectus, fructus, donationes, ac veluti possessio sunt Spiritus sancti ; in his genitivus longe aliam habet significationem . « Nequaquam, ait Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1236), *hoc modo* (ut Spiritus consillii, fortitudinis, timoris, etc.) *Filii* nuncupatur *Spiritus* ; Filii sane Spiritus, uti *Patris æque ac indifferenter* censetur. Intellectus vero, gratiarum et donorum dicitur Spiritus ut *dator et effectiva illorum causa.* » Sed multo uberius idem [193] auctor jam ante (c. 13, p. 1228) contra Theophylactum eamdem rem pertractaverat. Atque præ cæteris hoc urget : « Ad hoc.... scil. aliud esse, *ex aliquo*, et aliud *alicujus*, eadem in pluribus convenire inveniuntur. Nam pars quidem totius est et ex toto, et arboris fructus et ex arbore, et spuma maris et ex mari ; et sicut *impossibile est, fontis esse aquam et non ex fonte, sic impossibile est Spiritum esse Filii et non ex Filio*, aut Patris et non ex Patre, Filium Spiritumque ; *Pater vero non in eo quod sit alicujus ut ex aliquo, sed in eo, quod generat Filium, ejus dicitur.* » Secundum hanc doctrinam bene dici potest, quædam ita alicujus dici, ut etiam ex eo sint, quædam vero non ita ; quæ priori modo alicujus dicuntur, manifeste inde dignosci, quod alia ratio, cur hujus dicantur, locum omnino non habeat, vel nexus talis inter utrumque intercedat, qui id per se patefacere possit. Deinde ad illud Theophylacti : « Dicitur Spiritus esse Filii, secundum quod unitas est Filius et virtus et sapientia, sanctus vero Spiritus et unitatis et fortitudinis et sapientiæ Spiritus apud Isaiam describitur, » observat Hugo virtutem, sapientiam, unitatem tribus personis convenire et per se esse nomina essentialia ; si *essentialiter* su-

(94) Videlicet nomen *Spiritus* tum *essentiale* tum *personale* esse potest. Cf. Thom. *Sum.* 1, q. 36, a. 1 in corp. et ad 1. Jam Aug. *De Trinit.* V, 11 ; XV, 19 id præclare enarrat : « Quia Spiritus sanctus *communis est ambobus, id vocatur proprie quod ambo communiter.* » Cf. et Hugon. Ether. l. III, c. 3, p. 1240 seq. Pariter *Patris* nomen *essentialiter* quoque usurpatur, non tantum *personaliter* ; sed priori modo nonnisi ad extra, ad creaturas dicitur, ut *Matth.* VI, 26, 32 ; X, 29, et tunc tribus personis convenit. De hac acceptione hic non est sermon. Si Spiritus alicujus esse dicitur, ut recte notat Bessar. (ep. ad Alex. Lascar. c. 6), non absolute seu essentialiter sumitur, sed relative.

(95) Egregie Leo M. serm. 1, *de Pentec.* (Ball. serm. 75 ; *Patrol.* ed. Migne tom. LIV, p. 403), cap. 3 : « Cum in personarum proprietatibus alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen alia Deitas, nec diversa natura est. Si quidem cum et de Patre sit Filius unigenitus, et *Spiritus sanctus Patris Filiique sit Spiritus, non sicut quæcunque creatura, quæ et Patris et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens, et sempiterne ex eo quod est Pater Filiusque subsistens.* »

(96) Vidit acute Photius, cum Filius dicatur veritas, virtus, sapienta expressiones Πνεῦμα ἀληθείας, δυνάμεως, σοφίας eodem modo intelligi posse, quo Πνεῦμα Υἱοῦ ; ideo ponit alias dictiones, ut Sp. fidei, Sp. promissionis, Sp. revelationis, etc., in quibus adversarii Filii nomina invenire nequeant (c. 58). Sed eo ipso jam subjectum non est amplius idem illud, de quo Latini ita statuunt.

muntur, nihil sane hic explicatur ; si vero *personaliter* et prout Filio *appropriantur*, eadem Latinorum argumenta recurrunt. Præterea exempla varia ab adversariis allata sic repellit : « Deus dicitur (Deus) Abraham ut creator et Dominus Abraham, forsan vero et ut amicus illius ; intellectus autem et fortitudinis et similium ut *efficiens causa* dicitur. Sed Spiritus dicitur Filii et Patris, ut ex Deo ens et ipse Deus, non ut adventitium adveniendo extrinsecus (hoc enim quis asseverare audeat ?) sed ut plenitudo ejus, qui certe non aliter sano intellectu comprehendi potest, secundum quod tertius dicitur a Patre...., nisi ex Filio habere substantiam intelligatur et consideretur ; hic utique Spiritus juxta Domini vocem *Veritatis* est, quia dicitur Spiritus veritatis ; qui [194] profecto, in quantum *Veritatis* est, in tantum *Filii* exsistit, et ex ipso exsistentiam sortitur... Si (Spiritus sanctus ex Veritate non habet esse, adveniens et adventitia est ejus veritas ; cum ipse Veritatis prædicetur, et ejus dicatur esse. Igitur sicut est Veritatis, sic et esse et subsistere habet ea Veritate, et ex ipsa, Filio scilicet, procedit secundum personarum ordinem. »

17. Objicit sibi Photius (cap. 59) in adductis Bibliorum testimoniis (cap. 57), ut *Isa.* XI, 2 ; *II, Tim.* I, 7 ; *Galat.* VI, 1 ; *Exod.* XXXI, 2, 3, aliisque, non ipsum Spiritum sanctum intelligendum, sed dona et charismata ab eo promanantia quæque ipse largitur ; sed nihil hoc adversarios juvare contendit, quia secundum eorum legem ratiocinari ita debeamus : inde procedit Spiritus, cujus dicitur, sive persona Spiritus sive charisma intelligatur ; ergo non charisma producit sapientiam, filiationem, fidem, etc., sed sapientia, filiatio, fides, etc., producunt charismata. Imo cum juxta adversarios idem sit dicere Πνεῦμα ac dicere charisma, tot erunt ipsis Πνεύματα quot χαρίσματα et quodlibet horum pneumatum sive charismatum in duo dividetur, quorum unum producat, alterum producatur, unum donet, alterum donetur, fides fidem, intellectus intellectum et sic deinceps donet. Sed absurdæ plane ejusmodi sunt conclusiones. In primis docent Latini, πνεύματος vocem multipliciter usurpari ; significare interdum ἐνέργειαν, δύναμιν haud per se subsistentem, significare aera, ventum, flatum, etc. ; cum vero cum articulo ponatur, plerumque rem certam, singularem ac regulariter subsistentem notare ; in Bibliis, ut jam advertit Didymus, l. I *De Trin.*, Πνεῦμα communiter dici Spiritum sanctum ; posse vero et τὸ Πνεῦμα dona Spiritus sancti significare figura metonymiæ, qua pro effectibus persona effectrix ponitur, ut *Ephes.* IV, 23 ; *I Thess.* V, 19 ; *I Joan.* IV, 1 (II Kilber. Theol. Wirc. *Tract. De Deo uno et trino* disp. 6, c. 2 ; art. 1 fin. n. 343). Et recte in multis Bibliorum locis per Spiritum [195] intelligunt charismata, ut jam pluralis τὰ πνεύματα v. gr. *I Joan.* IV, 1, ostendit. Sed inde non sequuntur, quæ commiuiscitur Photius ; nam canonem illum a Photio Latinis ascriptum nemo admittit eorum (§ 16) et hinc ratiocinatio *illi unice, superstructa* cadit ; non est genitivus hic causam indicans, sed effectum denotat ; non sunt divinæ personæ sapientia, fides, revelatio, etc. Atque licet sensu vero et biblico πνεύματα dicantur charismata et tot possint haberi πνεύματα hac significatione sumpta, quot charismata : tamen hæc non dividuntur in duo, ut ex falso supposito arguit Photius (c. 59, 60). Sed his puerilibus ludis non est immorandum.

18. Sed alias quoque rationes in promptu habet Photius, quare Spiritus Filii dicatur. Quarum una licet in opere non fusius explicata, tamen in titulo expressa et sæpius insinuata (97) est : quod Spiritus *a Filio mittatur et suppeditetur dignis fidelibus.* Hanc rationem sedulo exornarunt Photii sequaces eamque catholici theologi accurate refutarunt. Etenim I) etiamsi ad missionem referatur quod Spiritus dicitur Filii, adhuc processio exinde deduci potest, cum missio temporalis æternæ processioni innitatur (§§ 3, 4). II) Spiritus a Patribus dicitur proprius Filii secundum naturam ; sic Basilius l. I, *c. Eunom.* explicat Πνεῦμα Χριστοῦ, ὡς κατὰ φύσιν ὡκειωμένον αὐτῷ (Gregor. Cpl. *Apolog. contra M. Ephes. Confess.* cod. Mon. 27 f. 117 b, hoc textu præter alios utitur) ; sed natura est æterna et si quid natura proprium alterius, ejus rei ratio nequit ex temporariis repeti ; est proinde Spiritus proprius Filii non aliquo alio respectu, sed prout est divina persona, et inde ex ipso est. III). Causa sic ratiocinatur Georgius Pachymeres, (l. c. *G. O.* I, 390 seq.), prius intelligi debet quam effectus ; et sempiternum in personis divinis prius quam effectus earum [196] qui sunt temporales. Spiritus sanctus ideo in tempore suppeditatur fidelibus a Filio, quia est et dicitur Spiritus Filii ; hoc est veluti causa, illud voluti effectus. Ergo quod Spiritus dicatur Filii, ex eo ratio non peti potest, quod donetur a Filio dignis. Eodem modo Bessarion (epist. ad Alex. Lasc. c. 7 ; Hard. IX, 1067) : « Quod si quis dicat : Ideo dicitur Spiritus Filii, quia ex eo mittitur, falsa est ratio ; e converso namque quia ejus est, mittitur ab eo ; priora enim sunt causa posteriorum (non vice versa). Prius autem est, quod Spiritus sit Spiritus Filii ; posterius vero, quod mittatur ab eo. » IV) Non minus opportuna sunt, quæ disputat Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1235) : « Non dicitur Spiritus Filii ut consubstantiale et qui mittitur per ipsum, ut Photii declarat descripto ; aut enim æternaliter est Filii perque ipsum æternaliter mittitur, aut prius Filii erat, quam per ipsum mitteretur. Quod si antequam mitteretur, Filii erat Spiritus, *non* quia per ipsum mittitur, ejus exsistit. Et rursus si per Filium Spiritus æternaliter mittitur, aut mittitur Filio cum Patre mittente ipsum, aut tanquam per instrumentum mittitur per Filium, veluti per arcum mittitur

(97) Vide art. præced. § 9.

sagitta ; sed hoc est impossibile, eo quod alia natura sit causæ, et alia instrumenti : alienus foret Filius a Patre, ut instrumentum ab artifice. Quare mittit Filius et habet Spiritum omnino, quemadmodum et Pater, qui scilicet Spiritus neque in eo quod mittitur alicubi (l. alicui) consubstantialis est. Profecto quæ minime substantialiter insunt, substantialia esse non possunt. Quomodo enim a proprietatibus ad substantiales qualitates, scil. substantiales differentias rationem transferri possibile? Existimo non recte. Non enim est proprietas idem substantiali qualitati ; propterea non potest transigi consubstantiale in proprietatum communitatem. Ergo Filius Dei est Spiritus dator et ejus emissor ut suæ plenitudinis. Est enim ejus *plenitudo* Spiritus sancti sicut Joannes inquit : *Nos de plenitudine ejus omnes* [197] *accepimus* (*Joan.* I, 16), videlicet de Spiritu ejus. Quod si Spiritus in eo quod persona, Filio non communicat, plenitudo Filii non communicat Filio ; item si Spiritus non est ex Filio, quod est inconveniens ; cum ergo ex Filio, et ex ipso procedit. Hoc qui negant, asserere videntur non propria virtute per Spiritum fecisse miracula.» Præterea V) si Filius dat Spiritum, sane ipsum habet ; sed quidquid habet *ut Filius*, id non ex gratia habet, sed natura, id ab æterno habet. Hinc rursum Hugo Etherianus (l. II, c. 11, p. 1226) : « Non habet Filius Spiritum *secundum participationem*, qui per se vita, per se lux, et per se veritas exsistit ; nec ab alio modicum quid ipsius Spiritus accipit, ut ideo impotens sit emittere ipsum, cum Pater ad plenum hoc queat facere. Quod semper habuit, quomodo ab alio accepit ? *Quid* autem *Apostolis plus habet*, si *Patrem interpellando mittat Spiritum*, non habens per se neque ex se prodeuntem ? Quare mittit et emittit Filius Spiritum, sicut Pater... In prophetis, in apostolis et in Christo unus Spiritus sanctus loquebatur, sed tamen *aliter* ab illis et aliter a Christo idem Spiritus habebatur. Nam Christus *per se* Spiritum, illi vero *per Christum* habebant. » Et denuo (l. III, c. 12, p. 1248) : « Spiritus Filii est aut ratione *naturæ* aut ratione *gratiæ*. At Dei Verbum nihil ex gratia, quia Deus est, possidet ; quare nihil adjectum, nihil habet nuper adveniens, sed ut a principio constiterant exuberantiæ divinæ ratione consistunt naturæ, videlicet naturaliter. » Similiter Beccus in Camat. *Animadv.* c. 2 (*G. O.* II, 294) : « Si a Patre uti ex eo exsistens datur Spiritus, per Filium vero non uti ex eo exsistens, quis demum non existimaverit uti a servo et administro (διακονικῶς καὶ ὑπηρετικῶς) per Filium Spiritum dari ? »

19. Usitatissimum Græcis heterodoxis effugium hoc loco commemorandum est, quo statuunt sæpenumero Patres largitionem donorum et missionem temporalem intellexisse, [198] non vero æternam processionem (98), dum Spiritum per Filium effundi, prodire, manifestari ac suppeditari dicunt. Evertunt hanc exceptionem quæ præmisimus, evertunt ipsa Patrum verba, quibus dicunt Spiritum effundi a Filio *sicut a Patre* et ita ut *connaturalis Spiritus ei* sit, quod de donis per se dici nequit, effundi Spiritum a Filio ex *propria naturo atque substantia* (99), aliaque hujusmodi sexcenta. Neque solum dona ac charismata fidelibus dantur, sed ipse Spiritus sanctus qui in eis inhabitat (Petav. *De Trin.* VIII, 4 seq.), quod frustra a Græcis plane negatur. Late [199] de his disputant Hugo Ether. (l. III, c. 18, p. 1254 seq. Cf. II, 13, 14, p. 1228 seq.) ; Beccus (*Orat. de un. Eccl.* c. 16-19 ad Theod. l. I. c. 2 in Camat. *Animadv.* et epigr. 8, *G. O.* I, 104 seq. II, 89 seq. 320-323, 586 seq.) ; Constantin. Meliten. (orat. 1, c. 20 ; ib. 2, 682 seq.) ; Georgius Trapezuntius (*De proc. Spiritus sancti* ad Joan. Cub. *G. O.* I, 479 seq. 481 seq.) ; Bessarion (*Or. dogm.* c. 8. epist. ad Alex. Lasc. 7, Hard. IX, 361, 1063) ; Bellarm. *De Chr.* II, 22) ; Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* c. 47, p. 229 seq. c. 51, p. 286 ; c. 55, p. 354-357). Unum Hugonem Etherianum adducamus, qui (l. c.) scribit : « Licet apostoli et prophetæ in tempore a Christo Spiritum acceperint, Dei tamen Filius non in tempore Spiritum habere cœpit, neque idem Spiritus a Filio exire initium sumpsit per tempus aliquod (1). Sane a diebus æternitatis, sicut Filius

(98) Id urget potissimum Theophanes Procopowicz, op. cit. cap. 1, p. 3, 14, 15, abutens vel inscii et imprudentis vel etiam malevoli in hac materia Anastasii Bibliothecarii verbis, qui in ep. ad Joh. Diac. (Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 31) ista scripserat : « Præterea interpretati sumus ex epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presb. circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non *causam vel principium* Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant, sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere ex Filio, *missionem nimirum processionem intelligentes*, pie interpretans, utriusque linguæ gnaros ad pacem enutriens, dum scil. et nos et Græcos edocet *secundum quiddam procedere* et *secundum quiddam non procedere* Spiritum ex Filio ; difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. « Quam sententiam merito ut insulsam castigat Petavius, *De Trin.* l. VII, c. 17, n. 12, in fine.

(99) V. Gr. Cyrill. ad Theod. (Allat. *Vind.* 333) Ὢ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. Idem in verba : *Vidi descendentem Spiritum* (Becc. epigr. 4, 561, 562) : Οὐ γὰρ δήπου πρὸς τοσαύτην ἀλογίαν καταδησόμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴεσθαι μεθεκτὸν ἐν τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτῷ τῷ Πατρί· ὥσπερ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον... τίνα οὖν τρόπον ἀπομεριοῦμεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, τὸ οὕτως ἐμπεφυκὸς καὶ οὐσιωδῶς ἡνωμένον, δι' αὐτοῦ τε προσκύπτον, καὶ ὑπάρχον ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ὡς μηδὲν ἕτερον εἶναι νομίζεσθαι παρ' αὐτόν ; ... Ἀπαράλλακτος ἡ τοῦ Χριστοῦ ὁμοιότης πρὸς τὸ ἴδιον αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ κατὰ φύσιν προχεόμενον Πνεῦμα.

(1) Idem l. II, c. 15, 16, p. 1229, 1230 ex Biblils et Patribus inculcaverat, Christum non accidentaliter, non ex adjectione vel extrinsecus, sed ex se ipso ut Dei Filium Spiritus plenitudinem habuisse, quam in rem et Cyrilli Alexandrini anathematismo

a Patre generatur, ita Spiritus sanctus ab utroque exit, ab utroque mittitur æternaliter, et ab utroque, ut ostensum est, *univoce* procedit. Nam apud tres nihil præterit, nihil futurum est; apud tres personas non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio... *Quantum ad ipsos* (Patrem et Filium) spectat, ante omnia sæcula mittunt et donant (Spiritum sanctum). Exsistentibus autem dono missioneve dignis incipere dicuntur mittere vel donare; *nequaquam secundum se*, (sed) *quantum ad suscipientes*. Igitur si mittere æternum, et missio; versaque vice : si missio æterna, et mittere. Atqui missio æterna est. Non enim ut in lithotomon sic) ratio turris fabricandæ fabricationem præcedit et ab ea dividitur, ita in Filio et Patre [200] ratio missionis Spiritus missionem prævenit et ab ipsa separatur. Nam si ratio missionis Spiritus sancti ab æterno in Filio est, et missio ipsius Spiritus cœpit esse in Filio ab aliquo tempore, prius et posterius, adjectum et separabile habet Filius et accidentium non effugit multiplicitatem. Nonne sol cum illuminat domum, aliqua hodie incipit irradiare; pretiosi similiter splendent jugiter lapides, stellæ quoque; attamen illarum in tenebris, harum vero in luce minime splendor rutilat, *non ex interceptione splendoris, sed ex aspicientium imbecillitate?* Amplius : missio Spiritus sancti et cognitio missionis simul sunt in Patre et Filio; neutrum enim horum duorum tempus præjudicat; at vero *cognitio* æterna est; ergo et missio Spiritus sancti ab utroque æterna est et uterque æqualiter et æternaliter causa missionis Spiritus... Si utique (Pater) causa est, et Filius est aliqua causa Spiritus sancti; si neuter est causa, missio Spiritus sancti nec causam habet nec principium, quod est solius Patris privilegium in Trinitate. Quare forsitan non sit inconveniens, si processio Spiritus sancti æternaliter de Patre ac Filio manans penes suscipientes creaturas *missio*, usitatius *donatio* et si quid aliud hujusmodi nuncupetur, sublimioribus quidem semper divino, inferioribus vero semper creato referendis. Nam idem Evangelium in Christo *doctrina*, in apostolis vero nobisque omnibus *disciplina* censetur. Lux quoque solis perennis est; quandiu nobis oritur, diem vocamus, breve attribuentes ei temporis spatium. » Quibus exemplis aliud copulat duce Hieronymo ex incarnatione desumptum, quæ velut jam ab initio sæculi facta perhibetur, ac deinde (p. 1255 C.) pergit : « Quod si unitas mysterii Dominicæ incarnationis in Filio principium temporis non habuit, multo minus credibile est missionis Spiritus sancti a Patre ac Filio in alterutro eorum incepisse sub tempore. » Præterea idem auctor contra Theophylactum aliosque, qui arguebant Spiritum non ter vel sæpius datum discipulis, [201] neque verbis *Joan.* xx, 22, neque ante Christi e mundo discessum, sed priores ante Pentecostem donationes ad Spiritus dona esse referenda, ac *Joan.* xx, 22 ad donum duntaxat dimittendi peccata (2), inter alia docet (l. II, 13, p. 1228) ex Gregorio Nazianzeno et Gregorio I. Romano, Christum non dedisse solum donum quoddam, sed *ipsum Spiritum sanctum*. Quod denuo (c. 15, p. 1229) aliis argumentis confirmare studet, Chrysostomi, quæ contraria esse verba videbantur, explanans et in verbis ipsis : *Accipite Spiritum sanctum* insistens. Si quis vero dicat nonnisi donum remittendi peccata datum fuisse, « attendat, ait Hugo, si hujusmodi virtus *separabilis* sit. Sed patet, quod non sit separabilis, cum nihil secundum accidens divinis insit hypostasibus; ergo dum *dat Spiritum*, largitur *totum*, *non partem*. » Deinde docet Christum in die resurrectionis dedisse *totum Spiritum*, sed *non secundum omnem operationis speciem*, in die vero Pentecostes dedisse *secundum omnem in ipsis operationis speciem;* distinctiones fieri ad personarum discretionem et propter operationum in ipsis apostolis efficaciam (3). « Ad hoc — [202] ita prosequitur — insufflasse Christus ut emissor in eo *quod Deus* in faciem discipulorum creditur, tum ut per hoc intelligeremus Spiritum vere de illo procedere, ut de profundo corporis ejus ille flatus evaporabat sensibiliter (4), tum quod ad habendum et quasi possidendum Spiritum eis daret, quod in die Pentecostes

nono utitur adnectens Theodoreti oppositionem ac Cyrilli responsum una cum testimonio ex ejus ad Nestorium epistolis.

(2) Theophylact: apudi Hugon. II, 13, p. 1228; apud Beccum *Gr. orth.* I, p. 220, 221; Nicol. Methon. *Syllog.* in cod. Mon. 66 f. 81 b. cap. 35 : Εἰ ὁ αὐτὸς Παράκλητος ἐδόθη τότε διὰ τῆς ἐμφυσήσεως, ἀλλὰ μὴ τὸ χάρισμα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς αὐτίκα δεδήλωκεν ἐπειπὼν ὁ Σωτήρ Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται (Joan. xx, 23)· οἶδε γὰρ ὁ λόγος καὶ τὰ χαρίσματα καλεῖν πνεύματα· τίνος ἡ κατὰ τὴν γῆν παρουσία; ἢ γὰρ τοῦ αὐτοῦ καὶ περιττὴ, ἢ ἑτέρου, καὶ ποῖον τοῦτο;

(3) Præclare Greg. Nazian. orat. 37, p. 608, tres veluti gradus communicationis Spiritus distinguit: primum (τὸ πνεῦμα) ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου δυνάμεις ἐπιτελοῦν, deinde ἐκφυσώμενον (*Joan.* xx, 22), postea ἐν γλώσσαις πυρίναις φαινόμενον. Insigni verborum majestate Leo M. Sermone 2 de Pentec. c. 3, 4, (Baller. 76, p. 405 seq. ed. Migne): « Non ambigamus, quod cum in die Pentecostes discipulos Domini Spiritus sanctus implevit, *non* fuit *inchoatio muneris, sed adjectio largitatis;* quoniam et patriarchæ et prophetæ et sacerdotes omnesque sancti, qui prioribus fuere temporibus, ejusdem sunt Spiritus sanctificatione vegetati, et sine hac gratia nulla unquam instituta sacramenta, nulla sunt celebrata mysteria, ut *eadem* semper fuerit *virtus charismatum*, quamvis *non eadem* fuerit *mensura donorum*. Ipsi quoque beati Apostoli *ante passionem Domini* sancto Spiritu *non carebant*, nec potentia hujus virtutis aberat ab operibus Salvatoris. . . . . Sed illi perfectioni, quæ erat discipulis conferenda, major gratia et abundantior inspiratio servabatur, per quam et quæ nondum acceperant, sumerent et excellentius possent habere quæ sumpserant. » Cf. et Beccum, *Or. de una Eccl.* c. 68 (*G. O*, II, 220, 221), Ἐξ ὅτου γὰρ τῷ πρωτοπλάστῳ εἰς ψυχὴν ζῶσαν παρὰ τοῦ Δημιουργοῦντος ἐνεφυσήθη, διαφόραις ἐπιδημίαις ἐσύστερον τοῖς ἀξίοις καταπεφοίτηκε (τὸ Πν.)· ἀλλ' ὅμως· εἰ καὶ πολλοῖς καὶ πολλάκις κατεπεφοίτηκεν, οὐδεμία τῶν αὐτῶν παρουσιων περιττή.

(4) Vide § 5, notam 2.

ad robur et operationem ostensionemque signorum e cœlis discipulis eisdem misisse fertur. Quod ex hoc liquido apparet : præsente Christo raro signa faciebant ejus discipuli : quo in cœlum abeunte ac mittente Spiritum per manus apostolorum signa fiebant (*Act.* II, 43) ; unde in specie ignis missus dicitur, ut eos qui adhuc quasi limus erant, molles exsistentes corroboraret atque confirmaret . . . Ex his igitur manifestum esse potest, quod non sit vecordiæ neque imprudentiæ, si quis dicat Christum discipulis tunc Spiritum dedisse, quando post resurrectionem eis dixit : *Accipite Spiritum sanctum*, cum scientissimi Græcorum iidemque sanctissimi hoc comprobaverint, ut ostensum est ; porro nostri temporis homines errorem hoc reputant et insaniam, pro eo solum, quod Spiritus processionem ex Filio abolere conantur.

20. Eamdem materiam rursus versat Photius, c. 90-94, ubi imprimis (c. 90) varias ex Scripturis formulas colligit, quibus [203] Spiritus sanctus dicitur Spiritus Dei, Spiritus Domini (5), Spiritus, qui ex Deo est, Spiritus Patris, Spiritus suscitantis Jesum Christum, Spiritus Christi, Spiritus Filii, etc. (6). Porro pergit : Nihil horum declarat per se et vi [204] verborum processionem Spiritus sancti, quemadmodum dictio expressa : *Spiritus a Patre procedens*. Hinc omnino differunt ab ista illæ formulæ. Si autem quoad sensum ejusmodi dictionibus processio indicari dicatur, nil hoc adversarios juvat (c. 91). Etenim cum sexcenties fere dicatur Spiritus ex Patre procedere, possent sane formulæ : Spiritus Dei, Spiritus Patris ad processionem quodammodo referri tanquam ad primam et præcipuam dictionis rationem, per se ad consubstantialitatem referuntur ; sed consubstantialitas Spiritus sancti cum Patre in processione fundatur [consubstantialis Spiritus Patri, quia ex ipso procedit, non vero quia consubstantialis, ideo procedens (7)], proinde ad processionem referri possunt ut ad principalissimam causam. Sed nec semel dicitur Spiritus sanctus ex Filio procedere, neque in Bibliis, neque apud Patres ; proinde ingens est disparitas ; nullum nobis jus suppetit processionis ex Filio astruendæ, neque id ex verbis κατὰ ῥητὸν id non dicentibus elici potest. Verum aliæ adsunt rationes ob quas dicatur Spiritus Filii vel Christi, eæque variæ : I) quia consubstantialis est Filio, II) quia ungit Christum, III), quia manet super ipsum et in ipso. En duas novas rationes addit, quæ non ad ipsam divinitatem, sed ad humanitatem Christi spectant, quarumque posteriorem jam cap. 85 occasione Græcæ versionis *Dialogorum* Gregorii Magni, cujus verba allegaverat, uberius illustravit. Hinc contendit (c. 93. 94), aliud esse Spiritum *Filii* dicere, aliud Spiritum *Christi* ; Christi Spiritus dicitur utpote inungens Christum, sed ungebatur Christus, ut homo, [205] non ut Deus. Quare qui arguit : Spiritus dicitur Christi, ergo ex Christo procedit, is ex humanitate Christi procedere Spiritum, is humanitatem divinitati consubstantialem esse horrendo errore asserit. Cum vero tot rationes queant assignari, ob quas Spiritus dicitur Filii vel Christi, jam eliditur argumentum Latinorum, quo dictionem hujusmodi nonnisi ad processionem referri posse statuunt. Imo vero cum *per se et immediate* neque voces Πνεῦμα Θεοῦ, Πν. Πατρὸς processionem dicant, id multo minus de illis Πνεῦμα Υἱοῦ. Πν. Χριστοῦ cogitari debet, ubi nullum adest fundamentum ejusmodi, ubi præmissa nulla habetur ea certitudine fulgens, qua divinitus revelata gaudet propositio : Spiritus ex Patre procedit, ubi consubstantialitas non æque in processione funda-

(5) Cum Κυρίου nomen appropriari soleat Filio (Greg. Naz. orat. 23, p. 420, 29. p. 490, unde κυριολογία apud Theologos) Spiritus Domini communiter Theologis est Spiritus Filii. Quare Hugo Ether. l. II, c. 20, p. 1236 : « Is idem sicut Dei dicitur Spiritus, ita et *Domini Spiritus* nominatur, sed non convertitur. Etenim licet Deus Pater *Spiritus* juxta Domini vocem censeatur, *Spiritus est Deus*. *Spiritus* quoque et Filius Dei secundum illud : *Spiritus ante faciem vestram Christus Dominus* (dicuntur enim, ut dictum est § 15, n. 3, Pater et Filius *spiritus* essentialiter nomine accepto) : neque tamen Pater neque Filius *Dei Spiritus* dicitur ; sicut igitur *commune* est Patri et Filio, *non esse spiritum alicujus*, sic *proprium* est Spiritus, *esse amborum Spiritum*. »

(6) Multæ aliæ addi possunt hujus generis expressiones, ut Spiritus Jesu (*Act.* XVI, 17) Spiritus veritatis (*Joan.* XV, 26) Spiritus oris Domini Jesu (*II Thess.* II, 8). Hanc posteriorem dictionem ita illustrat Hugo Etherianus l. c. : « Sicut inter illos, qui ex Deo nati sunt, solum Dei Verbum de utero ejus genitum esse pronuntiatur : ita inter spiritus Dei solus Spiritus sanctus *de ore Filii* prodire creditur. *Verbo* enim *Domini cœli firmati sunt et spiritu oris ejus* (Verbi scilicet juxta Apostolum) *omnis virtus eorum* (*Psal.* XXXII, 6). Isto Spiritu ille iniquus Antichristus disperdetur, quia « *Dominus Jesus interficiet eum spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui* (*II Tess.* II. 8), ut Paulus dicit, quod de anima Christi nullus intelligere præsumat. Nam illa in eo quod anima est, neque interficit neque destruit aliquid. Reliquum igitur est, ut sancto Spiritui solummodo attribuatur hoc. Qua ex re manifestum est, quod sicut Filius de Patre per nativitatem exsistit, ita Spiritus ex Patre et Filio per processionem. Quod iterum et sic monstrari potest. Spiritus oris Christi ex Christo procedit, cujus rei signum est insufflatio in faciem discipulorum facta ; scil. Spiritus oris Christi Spiritus sanctus est ; unum enim habet Spiritum consubstantialiter, ut Dei Filius, non plures. Itaque Spiritus sanctus ex Christo Dei Filio procedit. » Notari debet, additis Patrum expositionibus ex ejusmodi locutione non incongrua argumenta confici (Cf. Anastas. Syn. *de rect. dogm.* hanc in rem ab Andrea Rhod, in conc. Flor. sess. VII ; Hard. IX, 93-96 allegatum. Theodorum Raithen. in epigr. *1*, a Becco *Gr. O.* II, 531, adductum, Beccum ipsum in Camat. *Anim*, c. 18, lib. II, 328 ; Georg. Metoch. *c. Man. Cret.* c. 13 ; lib. p. 1013, 1014 et infra art. 3, § 5, not. 1.) — Alia plura quæ huc referuntur ex Bibliis, sanæ exegesi minus probantur, neque nos ea curamus ; verum haud pauca sunt ita Patrum solemni usu recepta, ut spernere ea haud fas sit, eaque plerumque et melius fundata reperiuntur.

(7) De hoc altero membro infra art. 4, §§ 20, 21, agetur.

tur (c. 53), cum alia sit ratio consubstantialitatis inter Filium et Spiritum, quam inter Spiritum et Patrem. — Hæc fere potiora sunt, qua Photius prolixe rursum disputat. Mittimus in præsentia, quod Photius falso supponit; non certam esse Spiritus ex Filio processionem e fontibus revelationis, de quo ipso vertitur controversia quodque jam maxima ex parte pertractatum fuit; mittimus, quod disertis verbis id tradi in Bibliis postulare videtur (c. 92 fin.), cum tamen quam plurima dogmata Græcis æque ac Latinis indubitata non κατὰ λέξιν in illis reperiantur expressa; mittimus quæ inter alia ejusdem argumenta recurrunt ibi opportunius consideranda. Unam adducemus Joan. Becci responsionem, qui (l. III, ad Theodor. Sugd. Ep. c. 5 seq. *G. O.* II, p. 141 seq.) hanc ipsam nostri operis partem præ oculis habuit Photianamque doctrinam cum Græcorum Patrum theologia acute et solerter comparavit.

21. Itaque Beccus libenter Photio concedit Spiritum sanctum ideo dici Christi, quod ipsum inungat, illud vero negat, alio modo dici Spiritum Christi, alio vero Filii. « Subdola, inquit, est hæc præveque contorta expositio. Etenim si solummodo ea ratione, qua Christus carnis et [206] sanguinis particeps factus est et humanitatem assumpsit, proprio inunctus Spiritu, dictum asserens *Christi Spiritum* assumendum est, qua vero ex æterno est Deus, nullatenus, retributionis et mutuæ duarum Christi naturarum communicationis inficias iverit. Pravam interpretationem hanc Nyssenus quoque refellet, dicens : Spiritum ex *Filio* esse astipulatu confirmatur; probatque hoc Apostoli dicto : *Qui Spiritum Christi non habet, hic ejus non est* (8). » Merito Beccus infert, a Photio communicationem idiomatum (in concreto) negari, quæ Patribus ac theologis rata est; *Christi* nomen θεάνθρωπον significat, unam personam quæ et divinam et humanam habet naturam, quæ Filius Dei et filius hominis est, unus tamen idemque. Unde de *Christo* tum divina tum humana prædicantur; *de eodem, non tamen secundum idem* dicuntur. Qui separat Christum ceu hominis Filium a Dei Filio, in Nestorianismum incidat oportet. Christus est Verbum caro factum, est ipse Dei Filius; proinde *Spiritus Filii* est et *Spiritus Christi*, licet aliter ad humanitatem Christi quam ad ejus divinitatem se habeat Spiritus, naturis in se spectatis. Rursum, ita prosequitur Beccus (c. 6): « idem *Spiritum Filii* vocat Spiritum, quia consubstantialis Filio et quia super ipsum manet et in ipso. At rebus divinis pertractandis magnus Basilius nunc dicit Spiritum Filii esse Spiritum, [207] quod *per Filium est ex Patre* (9), nunc nullum discrimen in rebus theologicis inter præpositiones *ex* et *per*, et patenter admodum (10) docet. Iterum Photius *aliud* notare dicit dictum affirmans *Spiritum Dei vel Patris, sive Spiritum Filii* Spiritum, et *aliud asserens, Spiritum ex Patre procedere.* » At magnus Basilius : « Erga Patrem, ait, proprietatem intelligo, quando ex Patre procedit; erga Filium autem, quando audio : *Quisquis Spiritum Christi non habet, hic illius non est* (11). Si itaque proprius est Spiritus Patri, quia ex Patre procedit, et proprius est Filio, quia est Spiritus Christi, ubinam est efficta a Photio dictionum differentiæ vis (12)? Et rursum idem magnus Basilius : « Neque enim minus quidpiam habituri sumus ad cognoscendum Spiritum esse ex Deo, cum audimus illum esse Spiritum oris illius (13). » Sed nomen hoc satis superque fuerit, illius ex Deo exsistentiam indicare. Quis fidem adhibebit Photio, nisi cerebrum in calcaneis ferat, dicenti : Aliud est manifesto *procedere ex Patre* Spiritum, et aliud innuitur, cum quis dixerit Spiritum *qui ex Deo est?* « Spiritum Dei, ait magnus Basilius, audientes ex Deo Spiritum esse cognoscimus; indeque dictionem *ex* [208] *Deo* Spiritus ex Deo exsistentiam significare constabilit, quod et dictio asserens illum *ex Deo procedere* notat, ut est apud omnes indubitatum (14). » Magni ergo Basilii auctoritate Photii assertum reprobat Beccus, aliud esse

(8) L. c. p. 141 : Σεσοφισμένη ἐστὶ τοῦτο καὶ διάστροφος ἐξήγησις· εἰ γὰρ μόνον καθ' ὃν λόγον σαρκὸς ὁ Κύριος μετέσχε καὶ αἵματος καὶ γέγονεν ἄνθρωπος (Phot. c. 93), τῷ ἰδίῳ χρισθεὶς Πνεύματι, τὴν Πνεῦμα Χριστοῦ λέγουσαν τὸ Πνεῦμα φωνὴν ἐκλαμβάνεται, καθ' ὃν δὲ λόγον ἐξ ἀϊδίου ὑπάρχει Θεὸς (Phot. ibid.) οὐδαμῶς, τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον καὶ τὴν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν τῶν τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεων ἀπαρνήσεται. Ἐλέγξει δὲ καὶ ὁ Νύσσης τὴν παρεξήγησιν, ἐν οἷς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγων προσμαρτυρεῖσθαι κατασκευάζει αὐτὸ ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι· εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, κ. τ. λ. De quo textu cf. § 6. not. 57.

(9) Basil. in cap. : Quare non est Spiritus filius Filii : Πνεῦμα Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ἐκ Πατρός. Vide infra art. 4, § 29, not. 1.

(10) Basil. *De Spiritu sancto*, c. 5. Vide supra § 6, nota 8. Eadem contra Photium urget Leo Allat. *Enchirid. de proc. Spirit. sancti*, Romæ 1658. κεφ. κε'. p. ρξγ',

(11) Basil. *c. Eunom.* Τὴν μὲν πρὸς Πατέρα νοῶ οἰκειότητα, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· τὴν πρὸς Υἱὸν δὲ, ἐπειδὴ, Εἴ τις Πν. Χρ. οὐκ ἔχει, κ. τ. λ.

(12) Beccus l. c. c. 7. p. 142 : Εἰ γοῦν οἰκεῖον μὲν Πατρὶ τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεται, οἰκεῖον δὲ Υἱῷ ὅτι ἐστὶ Πνεῦμα Χριστοῦ ποῦ λοιπὸν ἡ τῆς πλαττομένης Φωτίου διαφορᾶς τῶν φωνῶν δύναμις ;

(13) Basil. l. IV. *c. Eunom.* Οὐδὲ, γὰρ ἔλαττόν τι μέλλομεν ἕξειν εἰς τὸ γινώσκειν τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ Θεοῦ, Πνεῦμα τοῦ στόματος ἀκούοντες, αὐτό Cf. § 20, not. 2; III, § 5, not. 1.

(14) p. 142. 143 : Τίς ἂν Φωτίῳ πιστεύσειεν, εἰ μὴ παρὰ ταῖς πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον φέρει, λέγοντι. Ἕτερόν ἐστι περιφανῶς τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ ἄλλο δηλοῦται, ὅταν τις λέγῃ τὸ Πν. τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ; Πνεῦμα Θεοῦ, φησὶν, ἀκούοντες, ὁ μέγας Βασίλειος, ἐκ Θεοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα γινώσκομεν· κἀντεῦθεν τὴν ἐκ Θεοῦ φωνὴν σημαντικὴν τῆς ἐκ Θεοῦ ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος συνίστησιν, ὅπερ καὶ ἡ ἐκ Θεοῦ αὐτὸ λέγουσα ἐκπορεύεσθαι κατὰ τὸ παρὰ πᾶσιν ἀναμφίλεκτον λέγεται. Cf. Allat. l. c.

ἐκπορεύεσθαι ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, aliud ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα dici, atque ita concludit : « Multo magis veritati consonum est, ejusdem cum Patre essentiæ dicere Spiritum, quia ex Patre est, et ejusdem essentiæ cum Filio, quia *per Filium*, quam Spiritum Filii et per Filium Spiritum, quod ejusdem sit cum Filio essentiæ. Neque enim quia *ejusdem* cum Filio *essentiæ* est, ideo et Spiritus Filii et per Filium dicitur (quemadmodum qui hujus rei argumenta hauserunt ex Photio nugantur hoc tempore), sed quia ex Patre per Filium exsistentiam habet, propterea et Spiritus Filii et Filio consubstantialis est (15). » Postremo Beccus illis quæ Photius ex Spiritus sancti super Christum baptizatum descensu deducit, magni Athanasii præclara verba opponit, quibus declarat : « Ipse (Christus) Spiritum de cœlo misit ut *Deus*, et ipse illum in terra suscepit ut *homo*. *Ex ipso* itaque in *ipsum* descendebat, ex divinitate ipsius in humanitatem ipsius (16). » Quæ non solum [209] ad præsentem Photii disputationem egregie faciunt, verum et ex Filio Spiritum esse Athanasium censuisse persuadent. Sic idem Athanasius dicit Christum unctum a Spiritu ut hominem, dantem vero ipsum fidelibus ut Deum ; accipientem Spiritum pro natura humana, communicantem vero eumdem pro natura divina. Sed his, licet plura supersint dicenda, finem imponamus, ne fines tractationis nimis excedamus. Qui de postremo dictis plura cupit, adeat Nic. Blemmidam (*G. O.* I, 50); Beccum (ib. I, 201); Georg. Metoch. (ib. II, 968 seq.), et Leon. Allat. (*Vind. syn. Eph.* c. 73, p. 574 seq.) neque Cyrilli Alexandrini præclara verba in Joan. Ev. prætermittat, quæ Beccus (*G. O.* II, 561-567 seq.) suæ sententiarum collectioni merito inserta voluit (17).

22. Tandem Photius (c. 66 seq.) adversarios inducit Ambrosii, Augustini, Hieronymi aliorumque doctorum Occidentalium auctoritate innitentes ac hunc in modum disputantes : « Aut isti Patres pia dogmata tradiderunt et tunc quicunque Patres eos cum honore nuncupant, eorum sententiæ assentiantur oportet ; aut impiorum dogmatum inventores propagatoresque exstitere, et tunc simul cum sua doctrina velut impii rejiciantur. » Non audet Photius Occidentalium doctorum penitus respuere auctoritatem ; tergiversationibus, argutiis, suspicionibus et exceptionibus variis utitur, callide, velut si quæ de Bibliorum testimoniis disseruerat, certa omnia forent, atque indubitata, ignominia adversarios ipsos, quos laudant Patres, afficere exclamat. « Neque enim sufficiebat ipsis, quod verba Domini prava expositione perverterunt, neque quod pietatis præconem in impietatem violento modo abduxerunt ; verum imperfecta sua studia arbitrantur, [210] nisi et quos Patres celebrant, quonam pacto contumeliis petant, exquisierint (c. 66). » Hos enim Patres vocant nomine tenus, reipsa vero Patrum eis prærogativas adimunt, cum eos Christo contradicentes confingant (c. 67). Hinc quasi Patrum illorum honorem vindicaturus omnem in eo collocat operam, ut quadamtenus eos excuset, ex humana imbecillitate et ignorantia, ex bona fide cum defectu necessariæ correptionis, atque ex eo quod non dogma vel legem constituere voluerint (c. 68). Sed quantuscunque honor eis tribuatur, non obsequendum esse urget illis quæ præter Christi et apostolorum institutionem docuerint, cum neque angelo de cœlo fides sit habenda præter Evangelium quid prædicanti (c. 69) ; potius obvelanda fuisse quæ in eorum dedecus vergunt filiorum Noe exemplo, quam coram orbe terrarum manifestanda (c. 70). Præterea cum tam longum tempus interea effluxerit, incertam esse librorum fidem, qui fortasse interpolati ac corrupti fuerint (c. 71) ; deinde facile accidere potuisse, ut Patribus illis cum gentilibus et cum hæreticis decertantibus vox quædam minus accurata exciderit, ἀγωνιστικῶς seu polemice dicta, non vero δογματικῶς, vel ut œconomia quadam usi fuerint (c. 72) Pauli (c. 73, 74) et Basilii (c. 77) agendi rationem secuti ; denique neque deesse Patres, quorum sententias Ecclesia haud susceperit, licet alioquin magni eos faciat (c. 75) ; atque sic revera parricidas manus eos Patribus injicere, qui contra ipsorum intentionem illorum expressionibus ad impugnandam Christi saluberrimam doctrinam abutantur ; in hos Patres ipsos insurrecturos et contra mentem sibi afflictam solemniter protestaturos (c. 76). Sed quo plura hac in re congerit Photius, eo infelicior est pugna et quidem quoad omnes partes. Consultius Photio, qui nonnisi paucissima Latinorum doctorum scripta noverat, certe fuerat in hanc arenam non descendere. Etenim in primis non solum illi tres cum aliis paucis tradidere. Spiritum a Filio quoque procedere, verum [211] Latini doctores ad unum omnes, quotquot fusius de divina Trinitate egerunt ; ut Tertulianum prætereamus, jam ante Ambrosium id docuere Marius Victorinus et copiosissime Hilarius Pictaviensis (18) ; id cum Augustino innumeri doctores ac concilia Hispaniæ et

(15) n. 8. p. 143 : Οὐ γὰρ ὅτι ὁμοούσιον Υἱῷ, διὰ τοῦτο καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς οἱ παρὰ Φωτίου λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐρεσχελοῦσι τὰ νῦν, λέγεται· ἀλλ' ὅτι διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐκ Πατρὸς ὕπαρξιν ἔχει, διὰ τοῦτο καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ καὶ ὁμοούσιον Υἱῷ.

(16) Athan. *De incarn.* : Αὐτὸς γὰρ αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτός αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. Ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. Eodem testimonio rursum Buccus utitur *Orat. de una. Eccl.* c. 60 ; *de proc. Spirit. sanct.* Epigr. 1, in Camat. c. 22 (*G. O.* I. 202, 329 ; II, 527, 534, 334), et Constantin. Meliten. orat. 2, c. 9 (ib. II, 791).

(17) Quædam ex his habes supra § 19, nota 2.

(18) Vide Hilar. *De Trin.* VIII, 20; apud Hugon. Ether. l. III, c. 17, p. 1253 seq. et apud Maium *Spicil. Rom.* 1841, t. VI, Præf. p. XXXV ; atque Patrum Latinorum seriem apud Æneam Paris, et Petav. *De Trin.* l. VII, c. 8.

Galliæ tradiderunt. Neque semel et iterum illis ejusmodi vox excidit; sed *constanter* et *ubique* hanc fidem sunt professi ut Ecclesiæ fidem. Vel unum Augustini eximium *De Trinitate* opus illud assertum abunde refellit. Imo universalitas ac consonantia hujus traditionis in Occidente summa cum perspicuitate effulget; ridiculæ proinde sunt Photii hypotheses de corruptis eorum Patrum libris, de quorumdam sanctorum œconomia, aliæque hujusmodi. Neque sermo esse potest de unius alteriusve Patris errore, sed de communi Occidentalium fide; nec erroris arguit Photius solum paucos scriptores, verum Occidentalium Ecclesiam universam, non sæculi noni tantum, sed retro omnium sæculorum. Ex ipsis vero Græcorum principiis egregie arguit Bessarion (*Orat. dogm.* c. 2, 4, 10; Hard. IX, 325 seq. 352, 368 seq), doctores tum Orientales tum Occidentales sibi omnino concordes esse putandos et Patres minus clare loquentes ex iis, qui apertius loquuntur, explicandos; eos ubi consentiunt, velut testes fidei in omnibus admittendos. Sed dissensum Latinorum cum Græcis Patribus vel cum Christi ipsius doctrina, quem supponit Photius, falso confingi, consensum luculentissime probari, liquido constat (cf. § 6 seq.), Occidentales hac in re apertissime locutos exploratum est, fidem veteris occidentalis Ecclesiæ constantem universalemque esse nonnisi documentorum ejus plane rudis negabit. Hinc merito Photium injurium in Occidentales[212]Patres, quos Orientis doctores summo cum honore prosequebantur, quos quinta synodes solemniter approbavit (19), quos nemo suorum temporum erroris in eo dogmate incusavit, Beccus aliique traducunt. « Si et allegatos Romanæ Ecclesiæ Patres, ait Beccus (*Or. de una. Eccl.* c. 45, *G. O.* I, p. 170), ab accurata rerum notitia excidisse cognovissent, tum alii Ecclesiæ Romanæ Patres, quos plurimos et summos ea ætas tulit (sæc. IV et V potissimum), tum Ecclesiæ nostræ lumina, qui id tempus Ecclesiarum unionem exosculabantur, non neglexissent, sed scripto signassent postmodum nobis enatum, dignissimum sane qui sciretur, errorem (20). » Sane si Augustinus in Occidente adversarios habuit, qui ejus circa gratiam et libertatem theologiam impugnarent, si nonnulla in ejus scriptis variis displicuerunt: quid factum esset, si novam de Spiritus sancti processione doctrinam invehentem Occidentales deprehendissent? Nullatenus id fieri passus esset Occidens, neque Oriens id tulisset, quando vel levissima innovationis circa fidem suspicio magnas excitavit turbas. Et quomodo tot [213] Doctores locis temporibusque dissiti, quomodo Itali, Africani, Galli atque Hispani in eamdem sententiam conspirassent, nisi a Christiana traditione ad eos pervenisset?

23. Sed opponit Photius (c. 78-89) recensitis Latinis Patribus Romanos pontifices, et eo quidem solo titulo, quod in fidei professione Spiritum sanctum simpliciter ex Patre procedere declaraverint, quasi hoc processionem ex Filio excludat, quam tamen plerique diserte docuerunt. Quod implicite in symbolo continebatur, id explicite et ipsi sicut Hispaniæ concilia (21) plura docuerunt. Recte observat Beccus (l. c.), Latinos Græcorum symbolum neque hodiedum rejicere, sed facto ostendisse, non verbis, sed sententiis pietatem ab ipsis coli (quod Florentina synodus luculenter rursus confirmavit); minime eos Evangeliorum codicibus additamentum inseruisse, sed semper tenuisse, Spiritum ex Patre procedere nil aliud reipsa significare, quam procedere ex Patre et Filio. « Non itaque eo quod non simul pronuntiatur (συνεκφωνεῖται) aliquando Filius, non una simul intelligetur (συνεπινοηθήσεται) cum Patre, sed quod cum Patre simul intelligitur, simul enuntiatur tempore et modo, ut placuerit ei, qui verba de Patre et Filio instituerit, dummodo juxta piam sententiam simul cum eo intelligatur, licet non enuntiatus, et simul rursus enuntiabitur tanquam qui simul cum eo intelligitur. » Præterea nihil habet Photius quod afferat, nisi quod illi pontifices concilii Cpltani I. Symbolum firmaverint, idque ejus intento non sufficit. Nominatim appellat Damasum (22), Cœlestinum et Leonem Magnum, [214] Vigilium, Aga-

(19) Monet Gregor. Cpl. contra Marci Ephesii petulantiam (ad c. 71, nota 1.) in Apol. contra eumdem (Cod. Mon. f. 131, 132): Εἰ οὖν οὐκ ἐδοκιμάσθησαν αἱ τῶν δυτικῶν ἁγίων Πατέρων φωναί, οὐκ ἔδει αὐτοὺς ἁγίους ἀποκαλεῖν, οὐ τὰς προκομιζομένας αὐτῶν μαρτυρίας ἐπὶ βιβαιώσει τῶν ὀρθῶν δογμάτων προσδέχεσθαι παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι ταῦτας καὶ ἀποστρακίζειν, διὰ τὸ ἀδοκιμάστους εἶναι, ὡς αὐτὸς νομοθετῶν φάσκει. Τοῦτο δὲ οὐδ' ἐν μιᾷ τῶν συνόδων γέγονε· προεκομίσθησαν γάρ Ἀμβροσίου καὶ Ἱλαρίου καὶ Λέοντος καὶ Αὐγουστίνου, καὶ οὐδεὶς εἰς τοῦτο τολμήσας ἦλθεν, ὡς τοιοῦτόν τι ἐρεύξασθαι. Τί δὲ δοκεῖ αὐτῷ ἡ τοῦ ἁγίου Μαξίμου ἐπιστολὴ λέγουσα τοὺς δυτικοὺς Πατέρας λέγειν, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον;

(20) Εἰ γοῦν καὶ τοὺς ῥηθέντας Πατέρας τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας παράσυρῆναι τῆς ἀκριβείας διέγνων οἵ τε ἄλλοι τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας Πατέρες, οὓς πολλοὺς καὶ μεγάλους ὁ τότε χρόνος ἀνέδειξεν, οἵ τε τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας φωστῆρες, οὓς ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν τότε ἠσπάζετο ἕνωσις, οὐκ ἄν ποτε παρεῖδον ἀνεπισήμαντον, τὸ οὕτω γεγονὸς ἡμῖν ἀξιοζήτητον σφάλμα.

(21) Conc. Bracar. I, a. 411; Tolet. III, 589; IV, 633; VIII, 653 et sequentia.

(22) Simon Cpl. ep. cit. (§ 7); ap. Allat. c. Hott. l. c., Joseph. Methon. *Resp. ad Marc. Eph.*, Calceas et Genebrardus formulam de Spirit. sancti processione ex Patre et Filio Damaso auctori tribuerunt, verum ea res probari nullatenus potest Cf. Petav. *De Trin.* VII, 2; Kilber Theol. Wirceb l. c. n. 408, p. 584. Præfatus Kilber n. 410, prob. 3, cum Natali Alex. (sæc. IV, diss. 37, a. 5) existimat. Nicolaum I additamentum in Symbolum recepisse, quod et plures alii docuere; verum neque Photii verba ex encycl. ab eo alligata, quæ solum dicunt a Latinis symbolum vanis et adulteriuis sermonibus corrumpi eosque prædicare, etiam ex Folio procedere Spiritum, neque Ratramni affirmatio, idem licere Romano pontifici quod concilio Cpolitano, id satis demonstrant. Cf. not. 8, ad Photii cap. 88.

thonem, Gregorium Magnum, Zachartam, Leonem III vel IV. Benedictum III, Joannem VIII et Adrianum III. Quam temere Gregorium I testem adducat, jam ostensum fuit (25); idem dicendum de Leone Magno, qui licet Symbolum vetusta sua forma retinuerit, tamen aperte docuit Spiritum a Patre et Filio procedere (24). Neque ipsum juvat quod (cap. 88) a Leone III vel IV factum refert; nam, ut ait Natalis Alexander (l. c. p. 525 seq.), tametsi Leo III illud *Filioque* addi Symbolo et cantari non probaverit, nulla causa tunc id postulante, nulla urgente necessitate, et Symbolum absque illa additione in argenteis tabulis exaratum servari jusserit (25) ad memoriam posteritatis sempiternam, tamen processionem Spiritus sancti a Patre et Filio ceu dogma fidei ab Ecclesia credi professus est, ut constat ex actis collationis legatorum Gallicanæ Ecclesiæ et Caroli Magni imperatoris ex synodo Aquisgranensi ad sedem Apost. directorum cum Leone III, quæ ex abbate Smaragdo Sirmondus descripsit (26). « Lectis enim a prædictis missis [215] Bernario Wormatiensi, Jesse Ambianensi episcopis et Adalardo abbate Corbeiensi) per ordinem testimoniis (*De process. Sp. S. a P. et F.*) atque a Domino apostolico diligentissime auditis ait: Ita sentio, ita teneo, cum his auctoribus et sacræ Scripturæ auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, defendo, et nisi conversus fuerit, et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abjicio. Rogantibus deinde legatis, cur non esset bonum inserere Symbolo et cantare, quod credere bonum erat, respondet Pontifex: Bonum certe et valde bonum, utpote jam fidei sacramentum magnum, quod non licet non credere, quisquis ad hoc valet pertingere. » In sequentibus perstat pontifex petitionem abnuendo amore custodiendæ antiquitatis et servandæ pacis cum Græcis studio ductus, non autem a doctrina abhorrens, quam et suam aperte profitetur et quam in sua quoque ad Orientales epistola (27) expressit diligenter. Additio vero sensim in variis Occidentis ecclesiis recepta paulatim in universo Occidente obtinuit et Photii doctrina necessariam ejus apertam in Symbolum receptionem ostendit. Quocunque demum tempore Romana Ecclesia in fidei professionem eam explicite inseruit, fides ejusdem semper eadem fuit.

24. Superest, ut pauca dicamus quoad illam schismaticorum exceptionem, concilium III, act. 6 et concilium IV, act. 5 (cf. Phot. c. 80) omnem omnino ad Symbolum additionem prohibuisse. Sed manifestum est ejusmodi vetitum nonnisi contrariam fidei expositionem proscribere ac privata auctoritate factam, non vero expositionem fidei uberiorem, eamque a legitima auctoritate factam. Porro Catholici demonstrant additamentum illud *Filioque* nonnisi explicationem esse verborum jam in Symbolo expressorum [216] (§ 2 et 7) eamque auctoritate Ecclesiæ, ac Romani pontificis in primis, synodorum plurimarum et demum Lugdun. II, et Florentini concilii stabilitam. Quod si nullam dogmaticam definitionem sanciendi post tertiam et quartam synodum Ecclesia haberet potestatem, absurda evidentissima sequerentur. Sed res hæc omni ex parte in Florentina synodo pertractata et illustrata fuit. Cf. præterea Natal. Alex. *H. E.* sæc. IX, dissert. 18, assert. 2; et Pitzipium *L'Eglise orientale* I, p. 27 seq. 113 seq.

III. — *Considerantur principia theologica a Photio propugnata.*

1. Quod fere ubique Photius et Photiani astruunt, *Filio quoque tribuere spirationem Spiritus sancti idem esse ac duo in Trinitate statuere principia ac duplicem* προβολήν: id jam cap. 4 diserte enuntiatur. Verum id nullo modo ostendi posse, imo falsissimum esse manifestum est, cum Pater et Filius in spiratione nonnisi *unum* dicantur *principium*, nec spirent ut hypostases distinctæ, nec ex distinctivis suis, sed ex communibus essentialibus. Quemadmodum concilium Lugdunense II docet, Spiritum sanctum ex Patre et Filio æternaliter non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ab uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedere (Hard. VII, 680) et Florentinum illud ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ μοναδικῆς προβολῆς rursum inculcat: ita semper Ecclesia Latina tenuit, ejus Patres ac theologi diu ante docuerunt. Hugo Etherianus (l. I, c. 4, p. 1201 D.): « Non enim, inquit, simpliciter aliqua duo sunt Pater et Filius, ex quibus provenit Spiritus sanctus. Nam neque duæ res proprie sunt, sed una, neque duæ substantiæ sed una, neque duo principia, sed unum... Igitur [217] cum hæ duæ personæ non sint duo principia, neque duo simpliciter, manifestum est, quidquid ab iis provenit, ex duobus minime prodire principiis, posito et concesso Spiritum sanctum ex utroque procedere. » Quod deinde quibusdam exemplis illustrare conatur. Præclare S. Anselmus (lib. *De proc. Spiritus sancti*, cap. 9): « Quod si dicunt, non eum esse posse de duabus causis sive duobus principiis, respondemus, quoniam sicut non credimus Spiritum sanctum esse *de hoc*

(23) Not. 9, ad cap. Phot. 84.

(24) Vide Leonis verba § 16, nota 1. — Ep. 15 *ad Turrib.* (Migne I, p. 631): Alius qui genuit, alius qui generatus est, alius qui de utroque processit. — Serm. 76, *de Pentec.* c. 2, 5; serm. 77, c. 6 (ib. I, 404, 405, 407, 415); Baron. ad an. 447, et ad an. 883, n. 32.

(25) Liber Pontificalis in Leone III. — Petr. Lomb. lib. I *Sent.* d. 11; Abælard. *Introd. in Theol.* l. II, c. 14; Petr. Dam. opusc. 32, c. 2; Bellarm. *De Chr.* II, 27; Allat. *Contra Hotting.* c. 19, p. 416 seq. Walch. op. cit. c. 2, § 4, p. 28-30; Baron. a. 883, n. 33.

(26) Sirmond. *Conc. Gall.* t. II, p. 256. — Baron. ad a. 809, n. 53 seq. Jager. *Histoire de Photius.* 2 edit. p. 355-357.

(27) Mansi *Conc.* XIII, 798; Jaffé, *Reg.* n. 1930; Walch, l. c., c. 2. § 5, p. 30, 31.

unde duo sunt Pater et Filius, sed *de hoc in quo unum sunt*, ita non dicimus duo ejus principia, sed unum principium. Quippe cum dicimus Deum principium creaturæ, intelligimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum principium, non tria principia, sicut unum creatorem, non tres creatores, quamvis tres sint Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, quoniam per hoc, in quo unum sunt, non per hoc, in quo tres sunt, est Pater aut Filius aut Spiritus sanctus principium sive creator. Sicut igitur, quamvis Pater sit principium, et Filius sit principium et Spiritus sit principium, non tamen sunt tria principia, sed unum : ita cum Spiritus sanctus dicitur esse de Patre et Filio, non est de duobus principiis, sed de uno, quod est Pater et Filius. » Egregie id probat Thomas (*Summa*, 1, q. 36, a. 4) : « Pater et Filius in omnibus unum sunt, in quibus non distinguit inter eos relationis oppositio. Unde cum in hoc, quod est esse principium Spiritus sanctus, non opponantur relative, sequitur, quod Pater et Filius sunt unum principium Spiritus sancti. » Vere Manuel Calecas lib. III, c. Græc. (*Bibl. PP. max.* Lugd. t. XXVI, p. 436) : « Tantum abest, ut Romani et Latini duo Spiritus principia duosve processus confiteantur, ut eos quoque anathematizent, qui talia dicere præsumunt. » Quod continuo probat ex citata definitione concilii Lugdunensis. Joannes vero Theologus in conc. Flor. sess. 22 (Hard. IX, 272, 273) rem hoc pacto declarat : « Non enim dicimus duo principia et duas causas, sed unum potius principium et unam causam. Nam Pater ut Pater ad Filium refertur ; [218] Filii enim Pater ; similiter Filius ut Filius refertur ad Patrem ; Patris namque Filius ; et Filio non exsistente est impossibile esse Patrem, cum hæc relativa sint et ad aliquid. Spiritus autem sanctus per se neque ad Patrem neque ad Filium refertur, quatenus Pater et Filius, sed ad spirantem ; spirantes autem sunt Pater et Filius ; Patris namque et Filii Spiritus est ; et contra hoc nihil dici potest. Spirant ergo isti Spiritum sanctum una spirativa seu productiva potentia ; quæ productiva potentia cum una eademque numero sit, originaliter quidem Patris esse intelligitur, a quo illam et Filius habet. Et hoc sensu dicimus Patrem et Filium unum esse principium et unam causam Spiritus sancti (28). De hac veritate uberius disputant Leo Allatius tum in *Vindiciis synodi Ephesinæ*, Romæ 1661 c. 69, 70, p. 534-554, tum in *Enchirid. de proc. Spirit. Sancti.* c. ιγ', p. οε', Petav. *De Trinit.* VII, 10, 10, Walch. *Histor. controv. de proc. Spiritus sancti*, Ienæ 1751, c. 10. p. 177, aliique permulti. Neque Græci id obtendere possunt vetustiores Latinos rem non ita intellexisse, nullum enim ad id ostendendum habent testimonium, quin apertis Augustini aliorumque textibus (29) refelluntur.

[219] 2. Sed instant Photiani ac plura absurda inde promanare comminiscuntur. Occurrit sæpe dilemma illud : Si Spiritus sanctus ex Patre et Filio est, aut est ex iis tanquam ex uno et tunc etiam erit ex semetipso, quia Pater, et Filius, et Spiritus sanctus unum sunt, aut tanquam ex duobus, et tunc manifeste duo statuuntur principia. (30) Similis objectio legitur apud sanctum Thomam (l. c. obj. 1) : « Videtur, quod Pater et Filius non sunt unum principium Spiritus sancti : quia Spiritus sanctus non videtur a Patre et Filio procedere, in quantum sunt unum : neque in natura, quia Spiritus sanctus sic etiam procederet a seipso, qui est unum cum eis in natura ; neque etiam in quantum sunt unum in aliqua proprietate, quia una proprietas non potest esse duorum suppositorum, ut videtur. Ergo Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, ut sunt plures. » Sed Thomas : « Ad primum dicendum, quod si attendatur *virtus spirativa*, Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, in quantum sunt unum in virtute spirativa, quæ significat quodam [220] modo naturam cum proprietate... Neque est inconveniens unam proprietatem esse in

(28) Οὐ γὰρ δύο ἀρχὰς καὶ δυό αἴτια λέγομεν, ἀλλὰ μᾶλλον μίαν ἀρχὴν καὶ ἓν αἴτιον. Ὁ γὰρ Πατὴρ καθὸ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν ἀναφέρεται· Υἱοῦ γὰρ Πατήρ· καὶ ὁ Υἱὸς καθὸ Υἱὸς ὡσαύτως πρὸς τὸν Πατέρα ἀναφέρεται· Πατρὸς γὰρ Υἱός, καὶ μὴ ὄντος Υἱοῦ ἀδύνατον εἶναι Πατέρα· σχετικὰ γάρ εἰσι ταῦτα καὶ τῶν πρός τι. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καθ' ἑαυτὸ οὔτε πρὸς τὸν Πατέρα, οὔτε πρὸς τὸν Υἱὸν ἀναφέρεται, καθὸ Πατὴρ ἢ Υἱός..... Τὸ γὰρ Πνεῦμα καθὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν πνέοντα δεῖ ἀναφέρεσθαι. πνέοντες δὲ εἰσὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· Πατρὸς γάρ ἐστι Πνεῦμα καὶ Υἱοῦ· καὶ τούτῳ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος. Πνέουσιν οὖν οὗτοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ μίαν πνευστικὴν ἤτοι προβλητικὴν δύναμιν· ἥτις προβλητικὴ δύναμις μία οὖσα καὶ ἡ αὐτὴ τῷ ἀριθμῷ, ἀρχοειδῶς μὲν τοῦ Πατρός εἶναι νοεῖται, παρ' οὗ καί ὁ Υἱὸς ταύτην ἔχει. Καὶ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ λέγομεν· ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μία ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ ἓν αἴτιον.

(29) Cf. Aug. *De Trin.* v, 14, *Contra Maxim.* III, 47 : « Pater principium sine principio, Filius principium de principio, sed utroquo simul, non duo sed unum principium. » Hunc textum adducunt Æneas Paris *contra Græcos* c. 47. (MIGNE, t. CXXI, p. 710) ; et Ratramnus, l. III, c. 4 ; (ib. p. 293, 294).

(30) Ita Græci apud Georg. Trapezunt. *De proc. Spirit. sanct.* ad J. Cubocl. n. 23 (*G. O.* I, 319) : Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγεται, ἔσται ἐξ αὐτῶν ἢ ὡς ἀπὸ ἑνὸς ἢ ὡς ἀπὸ δυοῖν· ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἀπὸ ἑνός, ἔσται καὶ ἐξ αὐτοῦ· ὁ γὰρ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τῇ θεότητι ἕν, ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα μετ' αὐτῶν ἕν· ὡς ἐκ δυοῖν ἄρα, καὶ οὕτω δυαρχία πρεσβεύεται Ἰταλοῖς. Simile est epicherema Græcorum a Georgio Scholario refutatum cod. Monac. 27 f. 257 b : Εἰ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς προβάλλουσιν ἅμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὡς εἷς προβάλλουσιν αὐτὸ ἢ καθὸ εἰσὶ δύο, τουτέστι ἢ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ᾗ εἰσιν ἓν ἄμφω, ἢ τῷ λόγῳ διακρίσεως· ἀλλὰ τὸ δεύτερον ἅπαν ἀδύνατον. οὔτε γὰρ καθὸ εἷς, ἐπεὶ ἐν τῇ ἑνότητι αὐτῶν καὶ τὸ ἅγιον περιέχεται Πνεῦμα, καὶ ἔσται αὐτὸ προβολεὺς εἷς μετ' αὐτῶν, καὶ ἑαυτοῦ αἴτιον καὶ ἀρχή· ἢ εἰ μὴ προβάλλει ἑαυτὸ, τῆς ἑνότητος αὐτῶν ἀποκεκλεισμένον ἔσται, καὶ ἕτερον τῇ οὐσίᾳ· οὔτε καθὸ εἰσὶ διακεκριμένοι καὶ δύο· τότε γὰρ καὶ δύο προβολεῖς ἔσονται καὶ δύο ἀρχαί· εἰ οὖν τὸ β' ἀδύνατον, καὶ τὸ α' ἄρα ἀδύνατον· οὐκ ἄρα προβάλλουσιν ἄμφω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

duobus suppositis, quorum est una natura. Si vero considerentur *supposita spirationis*, sic Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, ut sunt plures. Procedit enim ab eis ut amor unitivus duorum. » Et accurate, uti solet, verborum vim perpendens advertit (ad 7) : « Videtur melius dicendum, quod quia spirans adjectivum est, spirator vero substantivum, possumus dicere, quod Pater et Filius sunt *duo spirantes* propter pluralitatem suppositorum, *non* autem *duo spiratores* propter unam spirationem. Nam adjectiva nomina numerum habent secundum supposita, substantiva vero a seipsis propter formam significatam. » Georgius Trapezuntius (ad Joh. Cubocl. n. 29 ; *G. O.* I, 532 seq.) respondet Patrem et Filium οὐχ ᾗ θεὸς producere Spiritum, sed ut προβολεὺς εἷς sunt ; nec duo esse principia tum quod ad Patrem referatur, quidquid sit Unigeniti, tum quod Pater et Filius processione non discernantur. « Quibus enim aliqua in Trinitate non discernuntur, ea si confusionem non inferunt, communia sunt iis, quæ non discernuntur. Non discernuntur vero Pater et Filius processione. Communis est ergo Patri et Filio processio ut principium, si confusionem non infert ; at non infert, imo et ordinem ipsum conservat ; igitur communis est (31). Ac rursum : « Quibus aliqua in Trinitate non discernuntur, illis uniuntur. Quare omnino necessarium fuerit, cum producunt, unum esse Patrem et Filium ; et sic unus producens, et propterea productio una et unus productor, et productus unus, Spiritus sanctus ab utroque tanquam ab uno, unica [221] productione, qui *unus* cum sit cum Patre et Filio *Deitate*, *discretus vero productione*, *non producit se ipsum*. Quo enim ab aliquo discernitur, fieri non potest, ut in hoc unum cum eo sit (32). Hinc fere omnia ea argumenta, quæ Spiritum sanctum etiam a Filio procedentem ostendunt, simul probant, nonnisi unum cum Patre Filium ibi esse principium. Verbis magis quam re ac sensu differt ab his ea responsio, qua ejusdem generis objectionem solvere nititur Georgius Scholarius (33) : neque præcise et unice qua unus, nec qua duo sunt Pater et Filius, Spiritum spirant, cum spiratio utpote filiationi non relative opposita a Patre Filio communicetur, [222] una tamen sit utriusque actio ; sub diverso respectu utrumque dici potest : ratione unicæ operationis sunt unas, ratione personarum ac prout Pater a nullo, Filius a Patre acceptam habet spirationem, sunt duo ; sed utrumque simul considerandum apteque jungendum. Quæ, uti debent intellecta, cum Aquinatis doctrina plane conspirant.

3. Sed si de duplici principio ac de duplici spiratione ita res se habet, actum est de Photii conclusionibus (c. 4), Spiritum sanctum fore compositum et Filio minorem indeque destrui Trinitatis simplicitatem. Nulla sane sequitur compositio, si ab uno principio unica spiratione Spiritus simplex procedit ; nulla sequitur inæqualitas inter alteram et tertiam personam inde deducta, quod illa simplex, hæc duplex habeat principium ; verum etiamsi Latini duplex Spiritus sancti principium admitterent, quod tamen omni modo rejiciunt, adhuc concludi nequiret, inde Spiritum naturæ æqualitate cum Filio, quam et ipsi Tritheitæ propugnant, plane privari. Quod ad compositionem spectat, bene arguit Manuel Calecas, l, III, *c. Græcos* (34) : « Sive igitur *per se* quis compositionem vult, nihil aliud quam essentiam et esse et quod est, accipit ; esse vero et essentia sancti Spiritus et quod est, unum quiddam et simplex est ; sive *propter eos qui dant aut producunt*, unum est Pater et Filius. Non enim in quantum duo sunt, sed in quantum unum, ex Patre et Filio est Spiritus sanctus ; sed quemadmodum Filius totus ex toto, ita et Spiritus *totus ex toto* asseritur. Neque aliud quidem totum Pater, aliud autem totum Filius ; sed *unum totum* est juxta fidei positionem, gignendi ac noscendi discretione servata. Nullo ergo modo compositionem cogitare licet. Quanquam etiam si plus quam tres personæ

(31) L. c. p. 533 : Οἷς γάρ τινα ἐν τῇ Τριάδι οὐ διακρίνεται, ταῦτα, εἰ μὴ σύγχυσιν εἰσάγει, κοινὰ τοῖς μὴ διακρινομένοις· οὐ διακρίνονται δὲ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τῇ ἐκπορεύσει κοινὸν ἄρα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἡ ἐκπόρευσις, ὡς ἀρχὴ, εἰ μὴ εἰσάγει σύγχυσιν· οὐκ εἰσάγει δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον τάξεως συντηρητικόν· κοινὸν ἄρα.

(32) Οἷς δέ τινα ἐν τῇ Τριάδι οὐ διακρίνεται, τούτοις ἑνοῦται· ἀνάγκη ἄρα πᾶσα ἐν τῷ προβάλλειν ἓν εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ οὕτω προβάλλων εἷς καὶ προβολὴ μία, διὰ τοῦτο καὶ προβολεὺς εἷς, καὶ πρόβλημα ἓν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἀπὸ ἑνὸς, μιᾷ προβολῇ· ὅπερ ἓν ὂν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τῇ θεότητι, διακρινόμενον δὲ τῇ προβολῇ οὐ προβάλλει ἑαυτό· ᾧ γάρ τινος διακρίνεται, κατὰ τοῦτο ἓν εἶναι μετ' αὐτοῦ ἀδύνατον.

(33) Responsio ad arg. paulo ante (nota 1) allatum in eodem cod. Monac. Ὅτι οὔτε καθὸ εἷς εἰσιν καθάπαξ προβάλλουσιν αὐτὸ οὔτε καθό εἰσι δύο καθάπαξ· καὶ οὕτω τὰ ἐκατέρωθεν ἐπόμενα ἄτοπα, οὐκ ἀκολουθεῖ· οὐκ ἄρα ἔρρωται ἡ ἀκολουθία ἐκείνη· ὅτι δὲ οὔτε καθὸ εἷς μόνον οὔτε καθὸ δύο μόνον, δῆλον ἐντεῦθεν· τὸ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κοινωνεῖται ἐκ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ μετὰ τῶν ἄλλων τῆς φύσεως ἀγαθῶν, διόνι οὐκ ἔχει ἀντίθεσιν τὸ προβάλλειν πρὸς τὸ γεννᾶσθαι ἢ οὐκ ἀντίκειται τῷ τοῦ Υἱοῦ λόγῳ· πάντα δὲ τὰ μὴ ἀντικείμενα οὕτω κοινωνητὰ τῷ Υἱῷ ἐκ Πατρός· ἢ οὖν κοινόν ἐστι καὶ ἀμφοῖν τὸ προβάλλειν, τῷ λόγῳ τῆς μιᾶς ἐνεργείας εἷς εἰσιν ἐν τῇ τοῦ Πνεύματος προβολῇ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· ἢ δὲ ὁ Πατήρ ἐστιν ἀρχὴ τῷ Υἱῷ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας καὶ αὐτὸς ἐξ οὐδενὸς ἔχει κοινωνητὴν τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν, πρώτη ἀρχὴ ὢν ἐν τῇ Τριάδι καὶ ἁπλῶς πρώτη ἀρχὴ πάντων, δύο εἰσὶν ἐν τῇ τοῦ Πνεύματος προβολῇ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός· ἐπειδὴ ὁ μὲν προβολεύς ἐστιν ἀφ' ἑαυτου, ἢ Πατὴρ δηλονότι, ὁ δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς λαμβάνων τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν, ἢ γεννητός ἐστιν ἐξ αὐτοῦ καὶ Υἱός· ὥστε οὐ δεῖ χωρίζοντας λέγειν, ὅτι καθὸ εἷς καθάπαξ ἢ καθὸ δύο καθάπαξ διὰ τὰ εἰρημένα· ἀλλὰ μᾶλλον καθὸ ἑκάτερον ὁμοῦ ἦγον τῷ λόγῳ τῆς ἑνώσεως ἅμα καὶ τῷ λόγῳ τῆς διακρίσεως.

(34) Apud Nat. Alex. l. c. p. 530 ed. cit, hæc Manuelis verba pariter allegantur. Beccus eamdem objectionem (*Or. de una Eccl.* n. 37 ; *G. O.* I., p. 58 neque tamen adeo accurate pertractat.

esset Deus, nulla necessitas [223] compositionis esset, et quod extremum, processionis ordine a singulis acciperet. Non enim dantium multitudine, sed ex eorum quæ dant, eorumque quæ insunt, differentia compositio judicatur. Si autem, quæ dantur, differentia sunt, et quæ insunt, differre necesse est ; atque ita compositum erit, quod ex hujusmodi constabit ; quod in Spiritu sancto nunquam habet locum. »

4. Ex dictis etiam illud dijudicari potest, quod affirmat Photius (c. 14), non solum duo principia in Trinitate statuere Latinos, verum etiam principia duo *diversa ac differentia*, alterum sine principio, alterum principiatum. Sane si spectantur *personæ*, duabus ejusdem naturæ personis convenit ratio principii, eatenus quidem diverso modo quatenus est in Trinitate « principium non de principio, quod est Pater, et principium a principio, quod est Filius. » (Thomas I. c. q. 33. a. 4) ; sed sicut principii ratio et principiati naturæ æqualitatem non tollit, sic nec diversa in principiante relatio. Sed si spectatur *virtus et actio* spirandi, Pater et Filius sunt unum principium, uno eodemque actu spirant. Quod si stricte loquendo de duobus principiis sermo haberi nequit, multo minus de duobus principiis inter se diversis. Differentia solummodo est ex parte personarum, quatenus altera sine principio est et ex se habet spiratricem vim, altera a principio est et vim spirandi habet communicatam ; seu quatenus sunt Pater et Filius ; cum vero non spirent qua ille Pater, hic Filius, nulla est in spirando diversitas ; et sicut natura non differunt, quia Pater ingenitus, Filius genitus, sic nec natura differunt, quia Pater a nullo, Filius a Patre habet spirativam virtutem. Potest, sane dici duas esse personas principiantes, sed ideo non sunt duo principia. Advertit Joan. Argyropulus (*De proc. Spirit. sanct.* c. 10 ; *G. O.* I, 414-416) ἀρχὴν accipi posse tum pro δυνάμει tum pro ὑποστάσει ; priori sensu non haberi duo principia, cum δύναμις προβλητικὴ nonnisi una eademque sit in [224] Patre et Filio ; posteriori sensu vocabulum δύο ἀρχὰς admittit, cum tali pacto tres personæ in creatione quoque τρεῖς ἀρχαὶ sine absurditate dici, et uti tres, ita duæ personæ ejusdem actionis participes cogitari queant. Demum audiatur rursum Hugo Ethe-

A rianus (l. II, c. 3, p, 1216) disputans : « Si Pater et Filius non simpliciter duo dicuntur, sed secundum quid, nec alter ab altero separatur, multo minus duo principia seu duæ causæ eo quod alteruter (uterque) causa sit sanctique Spiritus principium prædicabuntur. Nunquid Verbum Dei Patris Deus cum Deo ? Et Deus quidem genitus ex Deo ingenito. Attamen non sunt duo Dii, genitus et ingenitus, sed unus et idem Deus. Sic igitur unum principium unaque causa Spiritus sanctus, qui est sine initio Pater et Filius, qui principium et caput dicitur, ut Hilarius dicit ; caput enim omnium Filius est, sed caput Filii Deus est. Duo sunt, ubi similia numerandi nomina rerum aliquam pluralitatem ostendere volunt, etsi earum exsistendi rationem taceant. Nam

B naque continuitatem neque discretionem neque dividendorum aperiunt differentiam, aliquam tantummodo manifestantia varietatem, quæ nulla inter Patrem et Filium, ex eo quod Spiritui esse præstant ; verum una causa est Spiritus uterque. »

5. Alterum axioma a Photio invectum (vide c. 9, 17 seq. 47) est illud : *Producere seu emittere Spiritum sanctum est Patris idioma seu hypostatica Patris proprietas.* Hinc concludit, a Latinis personarum idiomata destrui, dum, quod dicit Patris idioma, et Filio vindicant. Verum hoc principium nulla ratione nullaque auctoritate fultum prorsus a Latinis rejicitur. Patris constitutivum idioma omnes *paternitatem* dicunt, cum qua spiratio identificari nequit ; nemo præterea Patrum τὴν προ-

C βολὴν uni Patri vindicavit vel ejus characterem constitutivum censuit (35) ; addit Beccus (orat. 2, *De injusta* [225] *dep.* c. 24 ; *G. O.* II, 76, 77) Photii πρότασιν iis omnibus Doctorum testimoniis confutari, in quibus ἡ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἑνότης ἐπὶ πᾶσιν ὅσα ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ λέγεται, appareret, quod adductis Basilii et Athanasii textibus declarat. Verum quo res luculentius pateat, accuratius divinarum personarum proprietates late dictas inspiciamus. Distinguuntur omnino proprietates personales, hypostaticæ, personas constituentes a diacriticis. (Vide Petav. *De Trin.* Proœm. l. IV.) Nonnisi tres *proprietates hypostaticas vel constituentes* (ἰδιώματα ὑποστατικὰ) agnoscunt Patres ac

D theologi ; sunt autem : πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις (36). » In divinis porsonis, » recte ait Hugo

(35) Afferuntur quidem Gregorii Nysseni verba : Τοῦδ' ἕνεκα Πνεῦμα στόματος (Psal. XXXII, 6), ἀλλ' οὐχὶ λόγον στόματος εἴρηκεν ὁ Δαβὶδ, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα μόνῳ προσοῦσαν τῷ Πατρὶ πιστώσηται. Verum revera loco hoc legendum esse τῷ Πνεύματι et nonnisi errore vel fraude (sumpto πνι pro πρι) illam lectionem inductam ostendit contextus tum aliæ rationes, quas diligenter Niceph. Blemmida, orat. 2, c. 12 ; Beccus, *de proc. Spiritus sancti* et in Camateri *Anim.* c. 106 ; Georgius Trapez. ad Joan. Cubocl. c. 19 (*G. O.* I, 53, 54, 245 seqq. II, 455, 456 ; I, 510-512 aliique exposuerunt. Cum vero apud Nyssenum non secus ac apud Basil. c. Eunom. l. III, Πνεῦμα τοῦ στόματος idem sit ac Πνεῦμα τοῦ Λόγου, efficax ex verbis illis Psalmi, prout a Patribus intelliguntur, desumitur contra Photianos argumentum, quod sess. 18, conc. Flor. Joan. Theol. quoque in medium protulit (Hard. IX, 200). Simile quid contigisse in Gregorii Nazianzeni orat. 84, (Clem. 34), *De adventu Ægyptiorum*, nimirum in verbis illis : Πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ ἔχει, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν πλὴν τῆς αἰτίας, atque pro αἰτίας legendum esse ἀγεννησίας tum ex melioris notæ codicibus, tum ex parallelis ejusdem theologi locis ostendit Joan. Beccus, orat. 2, *De injusta deposit.* c. 18 l. IV, *Ad Constant.* c. 6, (*G. O.* II, 63-65, 213).

(36) Cf. Beccum ad Theod. Sugd. l. II, c. 7 (*G. O.* II, 128-133). Georg. Metoch. *Contra Maxim. Plan.* (lib. II, 929 seqq.) De eo, quod interdum, ut apud Naz. orat. 38, p. 486 ; orat. 13, p. 211, ed. vet., loco τῆς πατρότητος ponitur ἀγεννησία ; vide L. Allat.

Etherianus (l. I, c. 8. p. 1204), tres proprietates [226] immobiles sunt: paternitas, filiatio, processio; secundum quas solas tres personæ, Pater scil. et Filius et Spiritus sanctus *insigniuntur*. » Sane cum Græci nonnisi tres personas in Trinitate agnoscant, etiam tria solum admittere possunt idiomata constituentia, quæ notant tres relationes subsistentes ab invicem realiter distinctas (Thomas q. 30, a. 2); proprietates enim personales sunt idem cum personis ea ratione, qua abstractum est idem cum concreto (ib. q. 40. a. 1, ad 1). Hæc tria characteristica personarum idiomata immota prorsus manere omnes consentiunt (37). Post hæc recensentur diacriticæ et non constituentes proprietates: innascibilitas, quæ relationis est expers et ad unum Patrem spectat, et προβολὴ sive spiratio activa a passiva seu ἐκπορεύσει secernenda. Quæ notæ diacriticæ cum tribus illis hypostaticis notis quinque notiones (ἐννοίας, γνωρίσματα) efficiunt, quas Damascenus (*De fide orth.* I, 9-11) jam satis novit. Triplicis generis hinc secernuntur ἰδιώματα: ὑποστατικὰ primum, deinde σχετικὰ, tertio συστατικά. Ratio objectiva, qua persona designatur et ab alia dignoscitur, est notio seu ἰδίωμα συστατικόν; tales notiones igitur sunt paternitas, filiatio, processio, innascibilitas et activa spiratio. Duæ posteriores non constituunt personam; ideo dicuntur tantum notiones personarum, non autem personales; hoc vero inter se differunt, quod activa spiratio etiam relatio est seu ἰδίωμα σχετικὸν, innascibilitas vero, quæ nil aliud dicit, nisi Patrem non esse ab alio, nulla est relatio, ideoque mera et pura notio vocatur. Habemus ergo quinque notiones, ex quibus quatuor sunt relationes, tres notæ constituentes. (Cf. Thom. q. 32. a. 3.) Ex his jam patet [227] activam spirationem non esse hypostaticum Patris idioma, esse vero relationem, cum σχέσιν dicat ad spiritum; patet quoque eam nullam habere oppositionem relativam ad paternitatem, neque ad filiationem. Si constitutiva foret Patris nota, cum paternitate identificaretur, et Spiritus sanctus esset Filius; si vero constitutiva non est, aliunde Photiani ostendant oportet, eam uni Patri esse tribuendam. Si ad Græcos doctores nos convertimus, ii dum Patris peculiares characteres describunt, nonnisi de paternitate et de innascibilitate loquuntur. Ita Basilius has duas solum notas adducit (38), non addit τὴν προβολὴν ut Patri propriam. Id de omnibus Græcis Patribus dici debet, qui in illa duplici nota immorantur nec unquam spiratricem vim ut ἰδίωμα ὑποστατικὸν Patris efferunt. (Cf. Petav. *De Trin.* III, 1 seq.; VII, 10, n. 19 seq.) Vocatur quidem Pater γεννήτωρ καὶ προβολεὺς (ex. gr. apud Naz. orat. 33, p. 562, ed. vet.), sed hoc liquido ostenditur eum, non quatenus est Pater, adeoque non constitutiva sua proprietate, spirare Spiritum; sed nunquam ἡ προβολὴ iis adjungitur notis, quæ uni ipsi conveniunt, quas, ut Basilius ait, μόνος αὐτὸς ἔχει; sed nunquam ratione τοῦ προβόλεως, ut a Spiritu, sic a Filio distinctus apparet.

6. Hæc rursum ex Filii proprietate confirmantur quæ nil per se habet, quod Filium ab activa spiratione excludat. Scite Hugo Etherianus (l. III, c. 2, p. 1238 G.): « Si paternitas non excludit Spiritum a Patre ratione causæ seu principii, neque nascibilitas excludit eumdem Spiritum a Filio secundum eamdem rationem. » Imo dum Patres Filium *Unigenitum* Μονογενῆ nominatum in Bibliis vident et ita hoc [228] nomen explicant, ut ipse sit *solus qui ex solo sit Patre*, μόνος ἐκ μόνου (39), manifeste Spiritum non esse a solo Patre tradunt ac mirum in modum Latinæ Ecclesiæ fidei suffragantur. Si Filius est *solus* de solo Patre, ergo Spiritus non est de solo Patre; porro alia persona non suppetit, de qua sit simul, nisi Filius. Unde recte Ratramnus (l. II, c. 6. p. 270. ed. Migne): « Dicatur, quod nostri dixere majores: Filius ex Patre natus, *solus de solo*, ac per hoc Unigenitus, Spiritus vero sanctus de Patre quidem procedens, sed *non de solo solus*, quoniam procedit et a Filio, ne *duos filios* videamur prædicare, processionem Spiritus si de Patre solummodo confiteamur. » Sane si Filio est *proprium*, ut sit de Patre solo, jam proprium Filii migrat in Spiritum, si sit et ipse de solo Patre, duoque dicentur Filii. » Et rursum (l. III, c. 5. p. 295) ex Fulgentio idem auctor: « Commune quidem inest tribus personis unius naturæ consubstantialitas, proprium vero singulis, quod Pater solus genuit, Filius solus natus de Patre solo, Spiritus sanctus quod de Patre Filioque procedit... Quod (postremum) si negare contendunt, dicant, quid ei (Sp.) sit proprium. Nam *processio* (40) de Patre communis est etiam Filio; quoniam omne quod nascitur, procedit etiam; ergo

Vindic. syn. Ephes. c. 66, p. 460 seq. Interdum alia vocabula idem exprimentia adhibentur, ut apud Basil. ep. 236, n. 6 : Πατρότης, υἱότης, ἁγιασμός.

(37) De his valet quod ait Naz. *Orat. in Epiphan.* Τὸ ἴδιον ἑκάστου ἀκοινώτητόν ἐστιν· ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν ἰδίωμα, εἰ μετέπιπτε καὶ μετεφέρετο πρὸς ἕτερον, quod uberius exponit Joan. Theol. sess. 18 Flor. (Hard. IX, 201).

(38) Basil. *Ep. de diff. us. et hppost.* 38 : Ὁ δὲ ἐπὶ πάντων θεὸς ἐξαίρετόν τι γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως τὸ Πατὴρ εἶναι καὶ ἐκ μηδημιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι μόνος ἔχει καὶ διὰ τούτου πάλιν τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντος ἐπιγινώσκεται.

(39) Id jam legitur in Gregorii Thaumaturgi Confess. apud Greg. Nyssen. Opp. III, 546 (cf. C. Passaglia Comment. theol. *De Trinit.* Romæ 1851, parte II, p. 31 35), rursum ap. Nyssen. ad Ablab. p. 459. *Contra Eunom* l. I, p. 78; Epiphan. hær. 73, p. 382. Basilii verba in ep. cit. Μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτὸς ἐκλάμψας adducit quoque Niceph. Blemmida (*G. O.* I, 11). Cf. præterea Georg. Metoch. *Contra Maxim. Planud.* (ib. II, 952 seq. 1057 seq.) Greg. Patr. (ib. I. 425, 426, 463.)

(40) Notum est dupliciter processionis nomen adhiberi. Cf. S. Thom. p. 1, q. 36, a. 2, corp. in fine et Joan. Theol. sess. 18 conc. Flor. (Hard. IX, p. 192, 193.)

secundum doctoris hujus (Fulg.) sententiam proprium est Spiritus sancti quod de Patre Filioque [229] procedit, quod nec Patri nec Filio cernitur commune. » Tantum ergo abest, ut hypostaticæ Patris et Filii notæ Filium a spiratione activa excludant, ut ei eamdem inesse ostendant. Neque vero processio per se vetat, ne et ex Filio dicatur Spiritus ; imo vix ulla aptior res esse videtur ad declarandam differentiam inter generationem et processionem, quam quod illa fiat e solo Patre, hæc vero e Patre una cum Filio ; Patres, licet de custodienda monarchia maxime solliciti primas partes tribuant personæ Patris, tamen Spiritum sanctum *immediate* conjungi Filio sæpissime docent. Hinc si Pater μόνος αἴτιος dicitur, sola causa, nonnisi ut suprema causa, fontalis et originalis, ut ἀρχικὸν αἴτιον, ut αἰτία προκαταρκτικὴ consideratur, ut Beccus ex Damasceno notat (orat. 2 *De injusta depos.* c. 20; *G. O.* II, 68) atque quoad Maximi verba (ep. ad Marinum) Bessarion (41) rursum inculcat. Præclare idem *Beccus* (*De una. Eccl.* c. 50 *G. O.* I. 183) Phurnæ objicienti : « Si Spiritus sanctus ex Patre et ex Filio procedit, proprietas Patris dimota est » ita occurrit : « Asserentes (Itali Spiritum esse et ex Filio, si veluti *ex proprio absque Patre fonte* dicerent eum esse, tum paternæ proprietatis dimotionem inferrent, *sine principio* fontem Spiritus et Filium ut et Patrem decernentes (42), si vero cum dicunt ex Filio Spiritum esse, magnum Basilium proferunt affirmantem : « Quod a Filio dicitur esse, ad primam causam relationem habet, nullam suspicionem dimotionis paternæ proprietatis relinquunt. » Audiatur demum [230] et Nicephorus Blemmida, qui (orat. 1, c. 18 ; *G. O.* I, 23, 24) ita disserit : « Etenim si Pater generat Filium, a nullo id accipiens, et Filius habet Spiritum, eum a Patre naturaliter accipiens, non genitum, sed per eumdem procedentem ex Patre, prorsus non intelligo, quamnam paternam proprietatem habiturum autumant Filium. Et quomodo Dei-genitorem Patrem indigitant ? Si quod Deum generat Filium, vere hoc est paternæ hypostaseos præcipuum. At Filius non Deum-generans est, cum Filium non generet. Si vero generare et producere, et utraque in unum colligantes, hac ratione Deum A generantem Patrem appellant, ecce et Dei fœtus (genitus) est Spiritus, et quanam ratione unigenitus Filius erit (43). »

7. Cæterum dum Photius hoc effatum : Spirare est hypostatica Patris proprietas, tanquam principium demonstrationis assumit, *petitionis principii* reus efficitur, cum idem plane sit illud pronuntiare et processionem Spiritus ex solo Patre affirmare. Subtiliores hac de re agitantur apud theologos quæstiones, quæ in præsentia ad rem nostram non spectant. En tamen hic proponere juvat, quæ ad quæstionem, [231] quibusnam proprietatibus constituantur divinæ personæ, H. Kilber (*Tract. de Deo trino* in Theol. Wirceb. Disp. 6, c. 1, art. 3, n. 381 seq.) fusius disputat eaque per summa capita B recensere. Persona constat, ut Joannes Theol. sess. 19 Flor. arguit, ex essentia et proprietate (τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῆς οὐσία καὶ τοῦ ἰδιώματος ὑφίσταται). Quæritur ergo, quænam hæc proprietates sint, quæ cum natura hanc constitutionem perficiunt ; idque duplici potissimum sensu : primo : num sint aliquid *absolutum*, an vero quid *relativum*, et hic omnes fere unanimiter posterius admittunt, quod solum recte dici potest ; secundo : sub quanam *formalitate* aut consideratione proprietas relativa constituat rationem personæ in divinis. Ut res plane intelligatur, notandum est : 1. Eadem proprietas potest esse hypostatica, relativa et nationalis ; sicut revera paternitas, filiatio et spiratio passiva sunt in hoc triplici ordine. 2. Proprietas C eadem spectari potest secundum *esse in*, sive quod dicit *absolute*, et præcise ad naturam divinam, cui per identitatem est immanens ; et secundum *esse ad*, sive quod dicit *relative*, et ad terminum vel principium, cui opponitur. His aliisque ad quæstionis intelligentiam prænotatis jam docet laudatus Theologus : I.) Personas divinas non constitui formaliter per proprietates sub ratione formalitatis *absolutæ et secundum esse in*, sed sub ratione formalitatis *relativæ et secundum esse ad* acceptas, quia, ut docet Aug. *De Trin.* V. 5, 8, quidquid ad se, et non aliud dicitur, ad substantiam pertinet, ideoque non ut ratio personæ formaliter constitutiva haberi potest ; II.) Personas divinas formaliter constitui D *per proprietates relativas, prout hæ dicunt relationem*,

(41) Bessarion c. 20. *Contra Marci Ephes.* syllog. 37 (cod. Mon. 27 f, 254 a) : Αἰτίαν γὰρ μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος καὶ αὐτοὶ φαίημεν ἄν, τὴν αἰτίαν στενώτερον κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ἐκλαμβάνοντες, ἢ παρ' αὐτοῖς ἀεὶ τὴν ἀρχοειδῆ αἰτίαν σημαίνει.

(42) Beccus l. c. Οἱ γὰρ λέγοντες τὸ Πνεῦμα ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ἐξ ἰδίας παρὰ τὸν Πατέρα πηγῆς ἔλεγον ὑπάρχειν αὐτὸ ἐμελλον ἄν ἐμφαίνειν τῆς πατρικῆς ἰδιότητος μετακίνησιν, ἄναρχον πηγὴν τοῦ Πνεύματος καὶ τὸν Υἱὸν ὡς τὸν Πατέρα δοξάζοντες.

(43) Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν μὴ ἔκ τινος τοῦτο λαβὼν, ὁ δὲ Υἱὸς ἔχει τὸ Πνεῦμα λαβὼν αὐτὸ φυσικῶς παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννώμενον ἀλλ' ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐκ οἶδα, ποῖον ἐντεῦθεν ἰδίωμα πατρικὸν ἔξειν φάσκουσι τὸν Υἱόν· πῶς δὲ καὶ θεογόνον τὸν Πατέρα κατονομάζουσιν ; εἰ μὲν ὅτι Θεὸν γεννᾷ τὸν Υἱὸν, ἀληθῶς τοῦτο τῆς πατρικῆς ἐξαίρετον ὑποστάσεως· ὁ δὲ Υἱὸς οὐ θεογόνος. Υἱὸν μὴ γεννῶν· εἰ δὲ τὸ γεννᾷν καὶ προβάλλειν καὶ ἄμφω συνάγοντες εἰς ταὐτὸν θεογόνον οὕτω τὸν Πατέρα φασὶν, ἰδοὺ Θεοῦ γόνος καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ πῶς μονογενὴς Υἱός ; Notandum tamen subtilius et plenius quæstionem, cur progressio Verbi *generatio* sit, non item processio Spiritus sancti, a theologis ita dirimi, ut plerique dicant rationem in eo esse, « quod actio prior sit *perfecte assimilativa* termini cum principio et Verbum secundum esse personale sit similitudo perfecta, seu imago Patris qualis actio et imago non habeatur respectu Spiritus sancti. » Ita H. Kilber Theol. Wirceb. disp. 6, n. 376. Cf. Thom. *Sum.* 1, q. 27. a. 4. in corp.

non autem ut originem formalem exprimunt (44), quia forma constituens[232] personam concepi debet ut aliquid personæ intrinsecum, fixum et permanenter exsistens, quod ipsa perseitas æque ac subsistentiæ ratio videtur exigere, nihil vero ejusmodi in conceptu formalis originis apparet; deinde quia origines utpote actiones, quæ suppositorum sunt, non constituunt supposita producentia sed secundum nostrum intelligendi modum supponunt. « Speciatim de *paternitate*. Hæc enim in divinis ut relatio transcendentalis ab actione ipsa non constituitur, et ut principium quo proximum generationis ante originem præsupponitur et ut subsistens forma antecedit terminum ejusque productionem. De *spiratione* autem *activa* cum constet, ne hanc quidem constituere Patrem, aut Filium, sed secundum rationem supponere jam constitutos per paternitatem ac filiationem; multo minus origo vel actio spirativa tanquam illarum personarum forma constitutiva cogitari poterit. Quod attinet ad personas productas, hæ in conceptu formali universim dicunt rationem termini et producti, speciatim vero rationem vel Verbi vel Spiritus subsistentis; sed certum est, viam ad terminum, productionem in fieri, actionem dictionis aut amoris adhuc quasi fluentem *anteire, non constituere* terminum ipsum, productum completum, et Verbum ac Spiritum perfectum. » Denique observat (n. 386) : « Quanquam ex dictis omnis proprietas hypostatica sit relativa, tamen *nec omnis relativa nec omnis notionalis proprietas est hypostatica*. Cum enim hæc per modum determinantis ad esse personale, proprium ac incommunicabile, concurrere debeat; illius ratio et formalitas *nec innascibilitati nec spirationi activæ congruit*. Non innascibilitati, quia juxta Aug. *De Trin.* v, 6. *Nec ideo quisque pater, quia ingenitus, nec ingenitus ideo quia pater;* adeoque ab innascibilitate pater in esse patris ac personæ nec determinatur nec constituitur. Neque etiam spirationi activæ. Quamvis enim hæc propria sit Patri et Filio, tamen nec illum in esse Patris, nec hunc in esse Filii [233] determinat; alioquin, cum utrique sit communis, Pater esset Filius et vicissim Filio paternitas conveniret. Unde habet se respectu utriusque, sicut essentia, commune pluribus et determinabile; dumque constituit Patrem et Filium in esse spiratoris distincti a Spiritu sancto, illis suppositis in sua persona jam constitutis concipitur supervenire hæc relatio, tanquam perficiens explicitam eorum distinctionem. » Sed ad præsentem tractationem sufficit simplex hæc demonstratio :

A Quælibet persona nonnisi unam constitutivam proprietatem habere potest, quia constitutivæ proprietates realiter idem sunt ac personæ subsistentes et cum his identificantur (45); unde Pater, si duas haberet ejusmodi proprietates, non una persona esset, sed duæ. Proinde Pater non simul paternitate et spiratione constituitur, sed aut paternitate aut spiratione. Sed Pater paternitate manifeste constituitur : Pater dicitur et est quia generat Filium; et ante Spiritum concipitur Filius, ante spirationem generatio; universa denique traditio paternitatem ut constitutivam Patris tesseram spectavit, ut supra (§ 5) ostensum est. Jam vero si spiratio Patrem non constituit, neque rationi Filii ullo modo opponitur, ea non Patris est propria, sed B Patri Filioque communis (46). Uberius id evolventem Bessarionem art. seq. § 13, adducemus.

8. Sequitur tertium effatum : *Pater est principium eorum quæ ex ipso sunt non ratione naturæ, sed ratione personæ* (c. 15), quod apud Photii asseclas, ut Beccus advertit (in [234] Camat. *G. O.* II, 291), in axioma transiit. Lex hoc arguit contra Beccum Georgius Cyprius (apud Becc. in tom. Cypr. *G. O.* II, 158 seq. 236, 237). Viderunt orthodoxi satis acute, non simpliciter illud negari posse, habere tamen apud Photium pravum quemdam sensum minime tolerandum. Hinc laudatus Byzantinorum patriarcha adversario quidem concedit (l. c. c. 11, p. 237), Patrem non ratione naturæ, sed ratione personæ esse causam eorum quæ ex ipso; sed ibi cum Photianis C naturæ respectum prorsus excludi naturamque ab hypostasi separari vetat; meliusque ex Patribus dici propugnat (c. 15, p. 246) tum λόγῳ τῆς ὑποστάσεως tum λόγῳ τῆς φύσεως principium esse Patrem. Certum est essentiam ab hypostasi nonnisi ratione differre, neque οὐσίαν ἀνυπόστατον neque ὑπόστασιν ἀνούσιον cogitari posse, ut Thomas (p. 1, q. 39, a. 1) et Petavius (*De Trin.* VII, 15, 13 seq.) declarant. Id nec ipsi schismatici prorsus diffitentur; id Gregorius Cyprius (apud Becc. l. 1 *Const.* c. 5, 6; in tom. Cypr. orat. 2, c. 5; *G. O.* II, 156-158, 258) concedit (47). Hinc Georgius Trapezuntius ad Jo. Cubocl. c. 11 (*G. O.* I, 491 seq.) : « Quomodo concipies hypostasin, si in essentia ipsam non con- D sideraveris? Essentiam enim et naturam absque hypostasi universalio ri quodam modo intelligere possumus; quare et nonnullis visum est, eam universe subsistere. At enim hypostasim concipere et enuntiare non simul considerata aut concepta essentia modis omnibus fieri nequit. Ideo et cum ingenitum et procedens hypostaticas proprietates

(44) Cf. Bessarion *Resp. ad Marc. Eph.* c. 18 (Cod. Mon. 27 f. 230 a.) : Πρώτως καὶ κυρίως αἱ ἀναφοραὶ ὑφιστῶσι, καὶ διακρίνουσι, ἑπομένως δὲ καὶ αἱ πρόοδοι, καθόσον ταὐτόν εἶσι πράγματι ταῖς ἀναφοραῖς.

(45) Bessarion *Resp. ad Marc. Eph.* cod. Mon. 27, f. 229 b. Αὐτὰ τὰ θεῖα πρόσωπα ὑποστάντα αἱ ὑποστατικαί εἰσιν ἰδιότητες. Vide Thom. § 5, citatum.

(46) Ibid. f. 229 a. Ἐπεὶ γὰρ ἕκαστον πρόσωπον ἑνί τινι μόνον ἰδιώματι συνίσταται, ἢ τῇ τοῦ γεννᾷν ἢ τῇ τοῦ προβάλλειν ἰδιότητι συνίστασθαι τὸν Πατέρα ἀνάγκη· ἀλλὰ Πατὴρ διὰ τὸ γεννᾷν λέγεται καὶ ἔστιν. Ὥστε οὐ τὸ προβάλλειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον συνιστᾷ· μὴ ὂν δὲ ἴδιον τοῦ Πατρὸς μόνου μηδὲ συστατικὸν καὶ τῷ Υἱῷ ἐστι κοινόν.

(47) Sic et Marcus Ephes. syllog.; Cod. Mon. 27 f. 222 b.

dicimus, essentiam intelligimus, quæ in speciali ingeniti, geniti et procedentis hypostasi consideratur. Neque enim in nudas proprietates credimus, neque eas essentias segregare, sed circa essentiam segregari confitemur (48). » Similiter Beccus, l. I, *Ad Const.* c. 8 [235] (*G. O.* II, 160 seq) rem exponit et concordanter reliqui tradunt : quod si Spiritus est ex Patris hypostasi, est simul ex ejus essentia.

9. Priusquam vero uberius Photii effatum discutiatur, connexum cum his plurimorum Græcorum effugium considerandum est, quo ad elidendos suorum Patrum textus sibi contrarios eorum tamen verbis coacti concedunt, Spiritum sanctum esse *ex essentia Filii*, sed ex *hypostasi Filii* esse pertinaciter negant (49). Sed id irrito conatu fieri cordati theologi demonstrant. Ac primo exinde, quod, ut diximus, hypostasis ab essentia et essentia ab hypostasi reipsa separari nequit. « Qui ex natura et essentia Filii, ait Georgius Trapezuntius (*De una S. Eccl.* c. 5; *G. O.* I, 543, 544, asserit Paracletum procedere, ex ipsa hypostasi Filii asserit. Haud enim fas est, hypostases nudas absque natura (ὑπόστάσεις ψιλὰς χωρὶς φύσεως) concipere, neque naturam sine hypostasi φύσιν ἀνυπόστατον), absolute in omnibus et in Deo ipso. » Et rursum alibi (ad Joan. Cubocl. c. 11; ib. p. 490, 491) : « Quidquid generatur proceditque in exsistentiam, [236] aut est ex hypostasi tantum qua hypostasis est, aut ex essentia et natura tantum, et absque hypostasi considerata, aut ex utraque, ex natura scil. vel essentia, quæ in hypostasi est et in hypostasi concipitur. Secundum neque Græci ipsi dixerint ; namque absurdum, ut videtur, existimant, quod inde sequitur ; ejusdem siquidem naturæ Trinitas confunderetur, adeo ut ex tribus unumquodque, et ex se ipso et ex aliis esset; proptereaque ex hypostasi, qua hypostasis est, (ἥ ὑπόστασις) existimant esse procedens et generatum. Heu vesaniam ! Etenim si hypostasis, qua hypostasis est, generat atque producit, erit ex hypostasi hypostasis secundum idem (κατ' αὐτό), et sic non erunt hæc naturæ, sed hypostasis.... Sancti vero tradunt : Sicut Filius ἐκ τῆς ἐνυποστάτου φύσεως τοῦ Πατρὸς καὶ οὐσίας genitus exsistens ideo generanti Filius et consubstantialis Genitori est : ita Spiritus sanctus ἐν τῆς ἐνυποστάτου τοῦ Πατρὸς φύσεως διὰ τῆς ἐνυποστάτου τοῦ Υἱοῦ οὐσίας processionis modo habens esse ideo Patri et Filio consubstantialis est (50) (p. 493). Cf. Maxim. Chrysoberg. *De proc. Spirit. sanct.* c. 5. (*G. O.* II, 1086.) Præterea sane erat, cur contra Eunomianos ac Macedonianos Patres inculcarent, Spiritum sanctum esse *ex essentia* Patris et Filii ; videlicet ne creatura putaretur, ut consubstantialitas cum Patre et Filio ostenderetur ; ut non ex mera voluntate originem habens appareret ; ex Filii hypostasi eum prodire ac per Filium esse illi ultro concesserunt. Rem luculenter tractant J. Beccus, *O. l, De una. Eccl.* c. 29 seq. (*G. O.* I, 144, 150 seq.) et Georg. Trapezuntius (ib. p. 546, 547), qui advertit, merito in Patrum scriptis inculcari, φύσει Filium ex Patre esse et κατὰ φύσιν Spiritum [237] ex Patre et Filio, ut ostendatur, ὡς οὐχ ἡ βούλησις αἰτία, ἀλλ' ἡ φυσικὴ δύναμις ἐνοῦσα ἄλλῳ μὲν τρόπῳ μόνῳ τῷ Πατρὶ, τῷ κατὰ γέννησιν, ἄλλῳ δὲ Πατρὶ ὁμοῦ καὶ Υἱῷ τῷ κατ' ἐκπόρευσιν. Deinde tertio ostendunt theologi, propositionem ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ esse Spiritum, non eo pertinere nec unice nec principaliter, ut consubstantialis Filio declaretur. Nam, ut recte disputat Beccus ep. ad Agallian. (*G. O.* I, 360 seq.), differunt omnino hæ propositiones : Paulus est ejusdem naturæ cum Petro, et Paulus est ex Petri essentia ; posterior dicit Pauli parentem Petrum, prior non item. Duo angeli, duæ animæ sibi sunt consubstantiales ; neque tamen unus angelus ex essentia alterius angeli vel anima ex essentia alterius animæ esse dici vel cogitari potest. Accedit, quod si ita res se haberet, et Filius ex essentia Spiritus, et Pater ex essentia Filii esse dicendus foret, quod nemo tamen admittit. Rursum ex Patribus iisdem patet, penes eos idem esse dicere ex Filio, ex persona Filii, ex essentia Filii; hæc sæpenumero tum conjunguntur tum convertuntur (51). Postremo perspicuum est, Filium esse ex Patris essentia et simul ex Patris persona, modo illud modo hoc pronuntiari, utrumque etiam simul ; idem proinde dicendum, si Spiritum ex essentia Filii esse audimus. Cf. Beccum *De una Eccl.* c. 29 seq.

(48) Οὐσίαν μὲν γὰρ καὶ φύσιν χωρὶς ὑποστάσεως καθολικώτερον νοεῖν δυνατόν· διὸ καὶ δοκεῖ τισι καθόλου ὑρίστασθαι· ὑπόστασιν δὲ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν μὴ συννοουμένης ἥ καὶ προνοουμένης τῆς οὐσίας τε καὶ τῆς φύσεως πάντη ἀδύνατον. Διὸ καὶ ὅταν τὸ ἀγέννητον καὶ ἐκπορευτὸν ὑποστατικὰς ἰδιότητας λέγωμεν, τὴν ἐν ἰδικῇ ὑποστάσει θεωρουμένην οὐσίαν νοοῦμεν. Οὐ γὰρ εἰς ψιλὰς ἰδιότητας πιστεύομεν, οὐδὲν οὐσίας ἀφορίζειν ταῦτα, ἀλλὰ περὶ οὐσίαν ἀφορίζεσθαι ὁμολογοῦμεν.

(49) Photius ep. ad Zachar. Armenorum Cathol. (Lat. apud Mai *Spicil. Rom.* X, II, p. 456) hæc habet : « Spiritus sanctus Patrem Filiumque glorificat, quippe qui *de illorum substantia* accipiens creaturas innovat. » Fortasse hoc dictum eodem modo quo posteriores Græci intellexit ; probabile est eum ad Armenos scribentem, qui hoc in dogmate cum Romana Ecclesia sentiebant (*Vide* Tschamtschean *Hist. Armen.* III, p. 234 et Avedichiam *Sopra la processione dello Spirito santo*, Venezia 1824), callide hac expressione suum de Spiritu sancto placitum occuluisse et obvelasse, ne ad unionem cum Ecclesia Constantinopolitana sollicitatos hæreseos manifestatione deterreret.

(50) Sic Georgius Cyprius, Demetrius Crysolaras aliique apud Beccum l. I, ad Const. et orat. 2 in tom. Cyprii (*G. O.* II, 150 seq. 254) et Allatium *Contra Hotting.* p. 331, et Marcus Ephesius in conc. Florent. sess. 18 et 19. (Har. IX, 208, 209).

(51) Sic v. g. Cyrillus lib. II, *Thes.* (ap. Niceph. Blem. orat. 2, c. 6. Cf. Beccum epigr. I, *G. O.* I, 47; II, 528, 529) : Ἀνάγκη γὰρ τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τοῦ Υἱοῦ· ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν παρ' αὐτοῦ πεμπόμενον τὸν ἐγκαινισμὸν ἐργάζεται.

64; orat. 2, in tom. Cypr. c. 4 seq. tota epigraphe 12 (*G. O.* I, 144 seq., 208 seq., II, 257 seq., 624 seq.) Allatium *Enchir.* c. δ'. p. ιη' seq. Jo. Theol. in conc. Flor. sess. 19 (Hard. IX, p. 217 et sæpe). Disputarat Georgius Cyprius (apud Beccum *G. O.* II, 233, 234, 256) hunc in modum : Communis [238] essentia non est causa hypostaseos, cum neque generet neque producat unquam, verum essentia cum proprietatibus (ἡ μετ' ἰδιωμάτων οὐσία), quæ ipsam hypostasin notat. Porro Beccus id libenter admittit ; verum petit, an solus Pater essentia cum proprietate habendus sit ; id si affirmetur universim, pugnam cum Patrum doctrina esse apertam ; si vero producendi proprietas uni Patri vindicetur, gratis hoc omnino supponi ac sine ullo testimonio traditionis (cf. § 5 seq.). Præterea, arguit, dum conceditur Spiritum esse ex essentia Filii, ut ex essentia Patris, essentia vero Patris cum proprietate hic intelligitur, etiam essentia Filii μετ' ἰδιώματος cogitari debet, quæ est hypostasis, ut ait ipse adversarius. Neque dicendum, alio sensu dici ἐξ οὐσίας τοῦ Πατρὸς, alio ἐξ οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, hocque posterius ad unitatem essentiæ referendum ; sic enim et Spiritus ex suamet essentia esse dicendus foret (orat. 1, in tom. Cypr. c. 11, l. c. 235, 236. Cf. orat. 2, c. 2, p. 255). Rem usiversam acu tetigisse videtur card. Bessarion, dum scribit epist. ad Alex. Lasc. c. 7 (Hard. IX, 1063, 1064 : « In sancta Trinitate, quod ex substantia alicujus est, ex persona quoque ejus sit necesse est,... » cum substantia et persona *realiter* unum sint et nonnisi ratione distinguantur ; secus forent uti tres personæ, ita et tres essentiæ. *Distinctio hypostasis et naturæ rationis est, unitas vero realis ;* contra in nobis hominibus est. Nam in nobis unitas quidem naturæ cum cujusque persona rationis, distinctio vero realis est ; alia namque res est humanitas ipsa, alia hujus personæ individuatio. Quare quemadmodum sumus multæ personæ, ita etiam multi homines. Quo fit, *ut quod sit ex natura alicujus hominum, non necessario etiam sit ex ejus persona. In sancta vero Trinitate e converso est... Unitas essentiæ et personæ est realis, distinctio vero rationis.* (Cf. Jo. Theol. sess. 19 Flor. : Hard. IX, 224, 225.) Quatre *quod ex essentia alicujus personarum est, ex persona quoque ejus necesse est esse.* Si [239] igitur Spiritus ex natura et essentia Filii est, ut in plerisque locis tum alii doctores, tum vel maxime Cyrillus probat, ex persona quoque ejus est. At nostri dicunt : Ideo hæc dicuntur a doctoribus, ut consubstantialitas eorum comprobetur et ut ostendatur Spiritus ejusdem esse substantiæ cum Filio. Hoc autem quanto verius est, tanto magis pro Latinis facit. Tunc enim magis ejusdem substantiæ Spiritus cum Patre et Filio est, cum ex eorum substantia personisque eorum prodeat, hoc est procedat... Nam si hoc *solum* consubstantialitatem significaret, ut nostri putant, diceretur etiam Pater ex substantia Filii et Spiritus sancti vel Filius ex substantia Spiritus ; sed hoc nec ausus est nec audebit aliquis dicere. Præterea cum essentia nec generet nec spiret, secundum theologos, item etiam secundum philosophos (et ipsi enim ubique dicunt operationes individuorum esse, non universalium et generum. Me enim *non homo simpliciter sed quidam homo* genuit) si igitur *operationes individuorum*, non universalium *sunt*, nec substantiæ simpliciter, quid aliud intelligendum est, cum essentiam Filii audimus et ex ea Spiritum prodire, nisi divinam ejus personam ? Amplius : nec hoc nos lateat, quod qui hæc dicebant sancti doctores, contra Arianos et Eunomianos se opponentes hæc dicebant, qui Filium ex Patre, Spiritum ex (Patre et) Filio asserentes ex substantia tamen eorum esse negabant, cum dicerent, Filium, etsi ex Patre, non tamen ex ejus essentia sive natura, sed voluntate natum fuisse, Spiritum vero ipsum etiam ex Filio, non tamen essentialiter, sive naturaliter, sed voluntarie. Quare Filium minorem Patre et alterius substantiæ asserebant tresque in divinitate ponebant essentias. Patres igitur opinionem eorum tanquam falsam refellentes, non ex Filio solum, sed etiam ex ejus substantia conabantur Spiritum sanctum esse probare, similiter Filium non ex Patre solum, verum etiam ex ejus essentia. [240] Considera ergo, quomodo ad hoc, quod hæretici dicebant, *ex voluntate, non ex essentia Filii* Spiritum esse, se opponebant ; doctores, ex essentia Filii illum esse asseverantes ; ad hoc autem, quod illi dicebant ex Filio, esse, nullus contradixit ; nec dixit non esse illum ex Filio, tanquam et ipsi hoc sentientes (cf. II, § 7), et dicentes, esse ex essentia Filii, idem et ipsi intelligentes ; ac si dicerent, *ex essentia et persona ejus*, et nos hoc idem dicentes. »

40. Natum ergo est : Si Spiritus est ex essentia Filii, est quoque ex ejus persona. Sed non minus ex dictis (§§ 8. 9) ratum est : Si Spiritus est ex hypostasi Patris, quoque ex ejus essentia. Sed essentia Patris jam Filio communicata intelligitur, dum processio Spiritus sancti concipitur, Pater et Filius in sua quisque persona constitutus jam supponitur, dum de illa processione sermo habetur. Hinc suscitata a Photio quæstio, quanam ratione sit Pater principium Filii et Spiritus sancti, opportuna suggerit Latinis argumenta. Quodsi dicatur Spiritus ex Patre *ut Patre* procedere, jam Spiritus dicetur filius ac Filii prærogativa destruetur ; quodsi dicatur procedere ex Patre *quatenus est Deus* vel *quatenus est spirator*, cum hic nulla relativa oppositio habeatur ad Filium, Filius nequit excludi. Ratiocinatur Theologi : Spiritus sanctus procedi ex Patre aut quatenus est *Pater* aut quatenus est *Deus*. Si prius, Spiritus sanctus necessario erit Filius, quod contra revelationem : si posterius, tum procedit etiam ex Filio ; quia nullum signum concipi potest, quo Pater sit Deus, quo Filius non æque sit Deus. Proinde aut duo Filii in Trinitate subverso personarum discrimine admittendi, aut processio Spi-

ritus sancti etiam a Filio rata est, Priorem argumenti partem ita effert Niceph. Blemmida (orat. *De proc. Spirit. sancti*, c. 22; *G. O.* I. 28); Εἰ Πατὴρ τοῦ Πνεύματος ὁ Θεὸς, ἐξ ἀνάγκης τὸ Πνεῦμα Υἱὸς· ὁ Πατὴρ γὰρ κυρίως Υἱοῦ Πατήρ· καὶ πῶς ὁ Λόγος μονογενὴς, εἰ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱός; Alteram sic evolvit Ratramnus [241] (l. III, c. 6, p. 297, 298) Athanasii doctrinæ insistens : « Testatur et Spiritum ejusdem substantiæ fore, cujus sit et Filius, quoniam exsistat *de unita Deitate Patris et Filii:* quod dicens liquido monstrat; quod procedat ab utroque; *cum* enim *sit Deitas Patris et Filii sic unita, aut nullam differentiam recipere possit, non potest procedere Spiritus de Deitate Patris, nisi procedat et de Filii*, quemadmodum nec de Filii Deitate, nisi procedat etiam de Patris; alioquin unita Deitas Patris et Filii non erit jam indifferens, si procedat Spiritus de Deitate Patris, et non pariter procedat de Deitate Filii; ac per hoc jam non erit unita, quod est impium et Arianum. » Confirmat dicta *Hugo Etherianus* (l. I, c. 8. p. 1203) ita scribens : « Si Spiritus non ut genitum ex Patre progreditur, Pater non emittit (προβάλλει) Spiritum ut genitor; nam si in eo qui (quod) genitor Spiritum Pater emitteret, Spiritus ex Patre ut genitum prodiret; at vero non est Spiritus ex Patre ut genitum; non enim duos filios, sed unum solum Pater habere creditur; manifestum ergo, quod *non ut genitor* Spiritum Pater emittit. Amplius : Pater cum Spiritus emissor sit, aut in eo quo differt a Filio, ipsum emittit, aut secundum id, quo non differt. At in eo quo differt non emittit; nam in eo *quod Pater*, non emittit Spiritum, in quo solo a Filio differt. » Differt Pater a Filio nonnisi innascibilitate et paternitate (§ 5), quarum notionum prior nullam relationem nullumque respectum habet ad Spiritus processionem, posterior terminum talis originis ac principiatum ostenderet esse Filium; unde Pater nonnisi ex eo spirat, in quo a Filio non differt; et tunc spiratio activa est Patri Filioque communis. « Aperte datur intelligi, » ait Etherianus, « quod non in eo quo differt Pater a Filio, emittit spiritum sanctum, sed in eo quo communicat. » Et rursum (c. 15. p. 1209): Secundum quod (Pater) potest gignere, potest Filium habere; secundum vero quod potest emittere, non potest Filium habere. Quare secundum aliud potest gignere [242] ac secundum aliud emittere. » Quod si igitur Photii effatum, τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως Patrem principium esse Spiritus sancti, illud sibi vult, Patrem qua talem, ratione paternitatis esse spiratorem, manifeste falsum est; quod si vero aliam uni Patri propriam notam intelligit ac quidem τὴν προβολὴν, falsa est suppositio, hanc esse paternæ hypostaseos characteristicum idioma (§ 5 seqq.). Si denique nil aliud dicere vellet, nisi quod communi theologorum principio traditur, actiones esse suppositorum (cf. Bessarionis verba § 9 præced.), verum quidem foret, sed ad rem præsentem non faceret.

11. Sed accuratius adhuc effatum istud perpendendum. Distinguunt theologi *principium quod* generat vel spirat, et *principium quo* illud generat vel spirat. Id optime exposuit Joannes Theologus in conc. Flor. sess. 18 (Hard. IX, 204): Quod producit vel generat, *persona* est; principium vero *quo* vel *per quod* (ἀρχὴ δι' ἧς γεννᾷ) est essentia, quæ aliis communicatur [cf. Thom. 1, q. 41, a. 5) (52). Hoc quod *communicatur* in generatione, natura est; *agens* vero est hypostasis) τὸ κοινωνούμενόν ἐστι φύσις, τὸ δὲ ἐνεργοῦν ἐστιν ὑπόστασις). Hypostases, pergit sess. 19. (ib. p. 216), sunt quæ generant vel spirant. Actiones sunt suppositorum (αἱ ἐνέργειαί εἰσιν τῶν ὑποστάσεων.) Essentia est nomen abstractum; et hinc fieri nequit, ut ei conveniat generationis (vel spirationis) actio. *Substantia Patris et Filii est principium per quod spiratur Spiritus; principium quod sunt spirantes.* « Pater — ita idem in sess. 244 (l. c. p. 308, 309) — indistinctus ab essentia, imo vero ipse αὐτοουσία exsistens, non intelligitur distinctam habere essentiam ab hypostasi; non enim *re*, sed sola ratione distinguitur [243] paterna hypostasis a sua essentia. Est ergo Pater substantialis (οὐσιώδης) hypostasis et generat substantialiter Filium; et generatur Filius, substantialis et ipse hypostasis; et sunt quidem duæ hypostases, sed unus Deus et una amborum natura, cum qua Spiritus sanctus indistincte (ἀχωρίστως) intelligitur; et neque Pater est neque Filius, neque quid eorum, quæ sunt ad aliquid (τῶν πρός τι). Sed Spiritus, in quantum est Spiritus, ad spirantem (πρὸς τὸν πνέοντα) referri oportet. Quia vero Spiritus est Patris Spiritus, et Scriptura testatur illum esse quoque Filii Spiritum, spirantes sunt ergo Pater et Filius. » Quando ergo dicitur : « Pater non est principium ratione essentiæ, verum id est de principio proximo *quod* generat et spirat, non vero de principio remoto *quo* generat et spirat; verum non est, si essentia omnino excluditur, quæ est illud ipsum, quod tum generatione tum spiratione *communicatur*. Subdividunt præterea theologi *principium quo* in *radicale* seu *remotissimum*, quod in generatione æque ac in spiratione est ipsa divina natura; in *potentiale* seu *remotum*, quod est potentia actionis seu virtus agendi intermedia; in *formale* seu *proximum*, quod est forma aut vis actionis seu virtus agendi immediata. Communiter docent *principium quo proximum productivum* esse solas proprietates personarum producentium, *communicativum* vero naturam ipsam divinam (cf. Kilber l. c. c. 1, a. 2, n. 368 seq.). Deinde ὁ λόγος τῆς ὑποστάσεως cogitari potest vel prout consideratur persona per se universim et in abstracto vel prout persona talis intelligitur hac vel illa individuante affecta proprie-

(52) Sic Bessarion *Resp. ad Marci Eph.* c. 18, con. Mon. 27 f. 239 b. Τὴν θεαν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν αἰτίαν εἶναι, ὡς τὸ ὃ, εἴτε ἐξ οὗ, τὴν δὲ θείαν αὐτοῦ οὐσίαν ὡς τὸ ᾧ.

tate. Patrem esse αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ ratione hypostaseos in abstracto nemo dixerit, cum sit absurdum ; intelligitur hinc ut persona concreta. Sed nunc rursus quæritur, utrum Pater consideretur in proprietate constitutiva paternitatis, qua Pater est, an in alia proprietate, quæ ab illa distinguatur. Si primum, nonnisi ut pater Spiritus sancti spectari potest et [244] hic proinde erit Filius. Sane Patris nomen nonnisi relationem ad Filium notare Græci doctores omnes diserte docent (53) ; quomodo ergo Pater ut Pater spirat, nec tamen Spiritus erit Filius ? Si vero alterum, ea proprietas, quæcunque demum ea sit, cum filiationi non opponatur, Filio etiam inesse ex superius demonstratis infertur. Ea vero alia esse non potest, nisi ἡ προβολὴ seu spiratio ; hinc dum Pater dicitur γεννήτωρ καὶ προβολεὺς (§ 5), non qua Pater, sed qua Spirator Spiritum emittere dicitur (54) ; hæc vero proprietas hypostatica et uni Patri propria non est, imo et Filio convenit. Denique si a Photio hypostasis Patris intelligitur sine essentia, quomodo essentiam Spiritu communicat ? Si vero intelligitur in essentia et cum essentia, quomodo Filius non participat ? Undequaque ergo patet, ex Photii effato, quocunque legitimo sensu exponantur, nil contra Latinos deduci posse, imo variis modis contra ipsum exinde argui. Quod si eodem modo Spiritus principium esse Patrem, quo Filii est ἀρχή, contendat, eadem proprietate, eadem actione ; jam Filius et Spiritus, generatio et processio confundentur, plurimaque ex iis sequentur absurdis, quæ ipse Latinis hucusque objecit. Rem quoad [245] potiorem partem perspexit Hugo Etherianus, licet non satis accurate eam verbis exponat. Sic inter alia scribit (l. II, c. 4, p. 1217, 1218) : « Dico, insufficientem esse factam *divisionem*, quæ Spiritum ex Filio *aut ratione naturæ aut ratione personæ* provenire significat, eamdem quippe cum habeant naturam, non est alter ex altero secundum substantiam ; natura *enim* se ipsam quomodo pariat ? Similiter autem neque secundum personæ rationem. Quemadmodum enim Pater non in eo, quod Pater, emittit, ita et Filius non in eo, quod Filius, causa principiumque Spiritus. Quapropter *ex natura* quidem *Patris et Filii et ex persona, quæ est Pater, et quæ est Filius, nequaquam vero in eo,* A *quod hic quidem Pater, hic vero Filius exstitit, sed in eo quod ei exsistentiam præstant*, Spiritus esse habet, neque sunt duo principia, cum secundum Spiritus emissionem numerum non suscipiant. » Illud denique notandum, verbis illis λόγῳ τῆς ὑποστάσεως etc. potius insinuari principium *quo*, quam principium *quod* ; licet autem essentia nec generet nec spiret, tamen secundum essentiam Pater generat, et Pater Filiusque spirant ; (55) unde essentia ut *principium quo* remotissimum cogitatur. Photium autem dum dicit : Pater est causa *ratione* personæ, sub illa *ratione* principium *quo* intelligere proposilio ipsa suadet, cujus subjectum est ipsum agens suppositum seu principium *quod*. Unde sic accepta propositio simpliciter negari potest. Principium B enim *quo* est divina essentia secundum quod est activa spiratio, sicut essentia secundum quod est paternitas, est *principium quo* in generatione (Thom. in. l. I, dist. 7, q. 1, a. 2) ; hocque sensu docet Georgius Trapezuntius (*G. O.* I, 492) : [246] Τὸ γεννᾶν καὶ τὸ προβάλλειν φύσεως ἔργον εἶναι, φύσεως δὲ οὐ πάσης, ἀλλὰ περὶ ἣν ἡ τοῦ γεννᾶν ἢ προβάλλειν ἰδιότης θεωρεῖται, prout est sive potentiæ *proprietatibus* gignendi vel spirandi *affecta et modificata*.

12. Jam cap. 17 in fine, deinde cap. 36 et 64 Photius ac cap. 9 Nicolaus Methonensis quartam proferunt πρότασιν, ex qua non minus subtiliter argumentantur : *Quidquid in Trinitate dicitur, aut trium personarum commune est aut unius personæ proprium ;* unde quod non est commune trium, id C est unius proprium (τὸ ἐπὶ τῆς Τριάδος λεγόμενον ἢ ἑνός ἐστιν ἢ τῶν τριῶν sive ἢ κοινόν ἐστι τῆς Τριάδος ἢ μιᾶς ὑποστάσεως ἴδιον). Hoc principium pro causa Photiana conflictum primam πρότασιν habet Beccus (orat. 2 *De injusta deposit.* c. 24 : *G. O.* II, 75), quam vel eo uno Patrum effato refelli notat, quod *Filio ac Spiritui commune sit ex Patre esse* (56). Sane τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς neque est trium commune neque unius personæ proprium ; sed αἰτιατὸν εἶναι Filio ac Spiritui sancto convenit. Quod si ita est, Photii axioma non est generaliter verum. Præterea ut arguit Nicephorus Blemmida (orat. 2, c. 11. *G. O.* I, 32, 53) mittere Spiritum sanctum commune est Patri et Filio ; ergo nec est unius tantum nec trium D simul. Hinc post Blemmidam, Beccum (l. c. et in Camat. An. *G. O.* II, 291, *De una Eccl.* 63 ibid. I,

(53) Naz. orat. 35, p. 573 : Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ Πατὴρ οὔτε ἐνεργείας, σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. Nyssen. l. II, *contra Eunom.*, p. 434 : Φανερὸν, ὅτι ἡ τοῦ Πατρὸς κλῆσις οὐκ οὐσίας ἐστὶ παραστατικὴ, ἀλλὰ τὴν πρὸς Υἱὸν σχέσιν ἀποσημαίνει. Cf. Hugon. Ether., l. III, c. 18, p. 1257.

(54) Sic Manuel Cretens. apud Georg. Metoch. (*G. O.* 1036, 1037) : Ὁ Πατὴρ καθὸ γεννᾷ Υἱὸν, ὀνομάζεται Πατήρ · καθ' ὃ δὲ ἐκπορεύει τὸ Πνεῦμα, οὐκέτι Πατὴρ, ἀλλὰ προβολεύς ὀνομάζεται · ἐστὶν οὖν ὁ Πατὴρ καὶ Πατὴρ καὶ προβολεύς · ἑνὶ δὲ ὀνόματι σαναπτικῷ τούτων ὀνομάζεται πηγή. Sic plures alii πηγῆς nomine utramque notionem comprehendunt. Sed πηγὴ modo est causa προκαταρτικὴ et Patri soli tribuitur, modo principium quodlibet et tunc etiam Filio asseritur. Sic et Maximus ep. ad Marin. priori sensu αἰτίας nomen adhibet, de quo cf. Beccum l. IV *ad Constantin.* c. 1. (*G. O.* II, 203 seq.)

(55) Bessarion c. 18 *Contra Ephes.* syllog. 35 (Cod. Mon. cit. f. 252 b.) : Οὐκ ἀκούοις τῶν θεολόγων βοώντων, οὐσίαν μήτε γεννᾶν μήτε γεννᾶσθαι ; Κατ' αὐτὴν μέντοι τὸν Πατέρα γεννᾶν καὶ τὸν Πατέρα τε καὶ τὸν Υἱὸν προβάλλειν τὸ Πνεῦμα εὐλαβῶς τε καὶ ἅμα ἁρμοζόντως λέγεται.

(56) Κοινὸν Υἱῷ μὲν καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ Πατρός. Greg. Naz. Or. in Heron. philos. 23. (Clem. 25.) ap. Const. Melit. orat., c. 23 ; *G. O.* II, 691. Id conceditur ad Andron. Camatero (apud Beccum *G. O.* II, 373).

206, 207 ; cf. p. 162 seq.), Constantinum Meliteniotam (orat. 2, *De proc. Spirit. sancti*, c. 39; ib. II, 897) ita Leo Allatius *Vind. syn. Eph.* c. 56, p. 360) Photianos premit : « Estne causatum sive effectus (αἰτιατόν) in Triade ? Et illud estne commune Triadis an unius hypostasis proprium ? Neutrum dicere valent. Nam causatum, quod in Deo conspicitur, nec est [247] Triadis commune, nec unius Triadis hypostasis proprium, cum sit commune Filii et Spiritus, et non sit commune Patris. Et propius ad rem : Mittere Spiritum sanctum Patris et Filii est ; id vero de Spiritu sancto nullo modo dicitur ; neque enim fieri potest, ut idem sit mittens et missus. » (Cf. eumd. *Enchir.* κεφ. κε', p. ροα' seq.) Sic et ex Manuele Caleca et Bessarione Petavius *De Trin.* VII, c. 15, n. 5, 6) : « Negant Latini nullam esse proprietatem, quæ non aut tribus communis sit aut unius tantum propria. Esse enim aliquam dicunt, quæ duabus convenit. Nam quæ de Deo dicuntur, aiunt Calecas et Bessarion, alia tribus personis communia sunt, ut sunt absoluta omnia, aut quæ ad creaturas ordinem habent, ut Creator, Dominus, etc., alia propria sunt, eaque vel duabus personis competunt comparatis ad tertiam, ut Filio et Spiritui sancto a principio procedere, Patri item et Filio Spiritum mittere, vel uni tantum congruunt. » Falsum proinde est illud principium : Quidquid in Trinitate dicitur, aut est trium personarum commune aut unius proprium. Neque dicatur, similia principia a Latinis theologis stabiliri. Nam longe a Photii effato differunt hæc catholicorum axiomata : Quidquid in Trinitate dicitur, aut *absolute* dicitur aut *relative ;* vel etiam : Omne quod de Trinitate prædicatur, aut *commune* est aut *proprium*. In his sane disjunctio est omnino adæquata. In priori axiomate nulla difficultas est, cum activa spiratio relationibus comprehendatur : in altero τὸ proprium non supponit pro eo quod *uni* tantum personæ convenit ; præterea nil vetat ne *commune* dicatur, quod vel tribus vel duabus personis convenit, et *proprium*, quod uni exclusis duabus vel duabus exclusa una aptatur, dummodo oppositionis ratio ubique servetur Sane τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι Gregorius Naz. (l. c.) dicit Filio et Spiritui κοινόν, Gregorius vero Nyssenus *Or. in Domin. Orat.* apud Beccum *G. O.* I, 163 ; II, 522, 523) τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἴδιον ; utrumque sane dici potest ; hinc et Nyssenus pergit : [248] Κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τὸ μὴ ἀγεννήτως εἶναι κ. τ. λ. Cum spiratio activa Patri et Filio competat, *utrique communis* est, utpote non propria unius Patris nec propria unius Filii ; potest etiam dici *utrique propria*, prout est incommunicabilis Spiritui sancto et pertinet ad duas personas spirantes exclusa spirata. Tritum est apud Theologos, commune in Trinitate esse absolutum, proprium vero relativum ; hoc pacto spiratio activa, quæ relatio est, recte dicitur duarum personarum Patris et Filii, *propria*, sicut passiva spiratio propria est Spiritus sancti. « Licet sint quatuor relationes in divinis, » ait S. Thomas (q. 30, a. 2, ad 1), « tamen una earum, spiratio, non *separatur* a persona Patris et Filii, sed *convenit utrique*. Et sic licet sit relatio, non est tamen *proprietas* (sensu stricto theologico, cf. § 5), *quia non convenit uni tantum personæ*, nec *relatio personalis*, id est, constituens personam. Sed hæ tres relationes : paternitas, filiatio et processio dicuntur proprietates personales, quasi personas constituentes. » (Cf. q. 28, a. 1, 3, 4 ; q. 32. a. 3.) Licet ergo catholici admittant axioma : Quidquid in Trinitate dicitur, aut commune est sive absolutum, aut proprium sive relativum : jure tamen rejiciunt Photii effatum : Quidquid in sancta Triade prædicatur aut *tribus* personis *commune* est aut *unius personæ proprium*. » Sed hæc ex dicendis adhuc manifestiora erunt

13. Si falsum est hoc Photii principium, falsum pariter est illud, quod corollarii adinstar inde deducitur : *Nil est duabus in Trinitate personis commune* (μηδέν τι εἶναι τοῖς δυσὶ προσώποις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος κοινόν) ; sed si quid duabus personis commune sit, id et tertiæ commune erit. Unde cum Photio (cap. 6) arguunt Schismatici : Si spiratio activa sit Patri et Filio communis, communis erit et Spiritui sancto. Patres interdum concludunt, quæ communia sunt Patri et Filio, communia quoque esse Spiritui sancto ; at enim dum ita ratiocinantur, *de ipsa divina substantia* [249] *ejusque attributis* agunt, non vero de relationibus ; de iis quæ absolute dicuntur, non de iis quæ dicuntur ad aliquid, ut recte advertit Georgius Trapezuntius (*De proc. Spiritus sancti*, ad Jo. Cubocl. n. 24. *G. O.* I, 519 seq.) ; ne vero id ad relationes et notiones extendatur, id per se ea vetant, quibus superius axioma convellunt (cf. Allat. *Ench.* l. c. p. ροβ). « Licet enim, ita Leo Allatius (*Vind. syn. Eph.* p. 361, 362), Nazianzenus dicat, quæ Patri et Filio insunt, ea inesse quoque spiritui (τὰ τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσόντα τῷ Πνεύματι ἐνεῖναι), sciant divinum illum virum de Divinitate contra Pneumatomachos verba facere, qui non de discernendi vim habentibus, sed de Spiritus Divinitate tractabant. Et hæc est doctrina ipsius Cyrilli scribentis : Quibus enim Spiritus communis est, illis prorsus et quæ essentiæ sunt, separata non fuerint (art. præced. § 10, nota 6). Cyrillus ait, Spiritum esse communem Patri et Filio ; uti enim Patris, ita dicitur et Filii, nec tamen dicitur Spiritus Spiritus, ne duo Spiritus insinuentur. Et ut magis in universum res pertractetur, in sanctissima Triade *tres* considerantur *conjunctiones*, et in singulis quid commune duabus reperitur. Sic cum *ingenitum* duobus modis dicatur, et cum *absque principio* est, et dicimus Patrem ingenitum ; et cum *non per modum generationis veluti Filius*, et tum Spiritus ingenitus est. Pari ratione et *genitum*... et quod principium habet et quod naturaliter, hoc est per modum processionis exsistit ; et *oppositum :* quod principium non habet et per modum processionis non exsistit (57). Photius : ediderat *Gr. orth.* I, p. 520 : Ἐπὶ τῆς μακαρίας Τριάδος τρεῖς θεωροῦνται συνδυασμοὶ καὶ ἐφ' ἑκάστου

(57) Hæc omnia, sicut et sequentia, Allatius desumpsit ex Gregorio Trapezuntio, quem ipse ante

genitum et quod a principio [250] est, dicitur, et quod per generationem est; *non procedens dicitur* tum quod a nullo principio est, tum quod per modum processionis non exsistit. « Quæ cum ita sint, *ingenitum* secundo suo significatu *Patri et spiritui commune* est; nullus enim ex ipsis per generationem est; *genitum* primo significatu *commune* est *Filio et Spiritui;* uterque enim ex causa est; et *per modum processionis non exsistere* rursus secundo significatu est *commune Patri et Filio;* nulli enim ex his hoc modo esse competit (58). Male ergo ratiocinantur schismatici: quæ duobus communia sunt, esse et tribus. Cum enim quæ discernunt hypostases (τὰ διακριτικὰ ὑποστάσεων) tum secundum principium et finem (κατά τε ἀρχὴν καὶ πέρας), tum secundum oppositionem (κατ' ἀντίθεσιν) considerentur, primum si communiter accipiatur et ut duo, duobus inest et secundum principium et secundum finem. Et communissimum est omnium eorum, quæ secundum discretionem accipiuntur et tanquam aliquod universale, ex causa esse. Hoc erga principium causa vocatur, erga finem (terminum) effectus (causatum). Et quemadmodum absurdum non est, τό ex causa esse duobus inesse, quod tamen revera inest Filio et Spiritui, ita absurdum non fuerit, imo necessarium est *causam in duobus* considerari, ut medium fiat re ipsa *medium* et vera conjunctio extrema colligans [251] eo quod unum effectus sit, alterum causa [unius effectus alterius sit causa] (59). Si vero secundum oppositionem, una oppositionis pars in duobus plane consideratur: *sic genitum et ingenitum, et procedens et non procedens* duobus commune apparet. Cum enim Trinitas re ipsa sit Deus, si quo modo una hypostasis a duobus secernitur, id per oppositionem assumptum necessario duobus inerit. Quod enim ex tribus unum demit, duo prorsus relinquit. Nam absque generatione sive principio esse Patrem a Filio et Spiritu separat; proptereaque *commune* est *Filio et Spiritui* ex principio esse. Per modum generationis exsistere personam Filii constituit illo a duobus separatam; ideoque illi *oppositum Patri et Spiritui* inest. Pari ratione processionaliter (ἐκπορευτῶς) esse separat Spiritum a Patre et Filio; et ob hoc non per modum processionis exsistere (τό μὴ ἐκπορευτῶς εἶναι) quod illi opponitur, *Filio et Patri* necessario commune est (60). » Sic [252] acutissime philosophatur Georgius Trapezuntius ad Joan. Cubocles concluditque: « In omnibus itaque discernentibus sive hypostasin constituentibus, si *proprium* hypostasis accipias, *quo discernitur a duobus, id per oppositionem sumptum,* si in duabus reliquis Trinitatis hypostasibus consideratur, *proprium* est, cujus dicitur; sin minus, male attributum est hoc proprium; proptereaque cum ingenitum sive absque principio proprium sit Patris, et per generationem esse Filii, et per processionem esse Spiritus sancti, *genitum, et ingenitum et non procedens* reliquis duobus *commune* fuerit, secundum illum, qui ex oppositione infertur, significatum (61). Ita ex Trapezuntio Allatius. Ne vero quis ea nonnisi e posterioribus theologis petita existimet, illico idem Allatius (l. c. p. 365) *Gregorii Nysseni* præclarum affert testimonium, quod est hujusmodi: « Sed quemadmodum sine causa esse solius Patris est, quod neque Filio neque Spiritui adaptari potest, sic vice versa ex causa esse, quod est *proprium* Filii et Spiritus sancti, de Patre intelligi alienum a natura est. Cum vero Filio et Spiritui *commune* sit, ingenitos non esse, ne confusio circa subjectum introducatur, quem supra damus, nonnihil ex ipso Trapezuntio, ubi opus erat, immutavimus.

κοινον τι εὑρίσκεται τοῖς δυσί. Τοῦτο δὲ ἔσται φανερὸν, εἰ πρῶτον διασαφῶμεν τὴν λέξιν, ἵνα μὴ τῇ ὁμωνυμίᾳ ταραττώμεθα. Τὸ ἀγέννητον διχῶς λέγεται, τό τε ἀνάρχως εἶναι, ὡς ὅταν λέγωμεν· ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, καὶ τὸ μὴ γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ὡς τὸ Πνεῦμα ἀγέννητον. Καὶ τὸ γεννητὸν ὁμοίως, τό τε ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ φυσικῶς ἤτοι κατ' ἐκπόρευσιν ὄν, καὶ τοὐναντίον τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχον καὶ τὸ μὴ κατ' ἐκπόρευσιν ὄν. Hæc postrema minus concinne dicta sunt et lacunæ suspicionem ingerunt; attamen textus est utroque Allatii loco idem. Sensum in sequ. restituimus.

(58) Georg. Trapez. l. c. Τούτων οὕτως ἐχόντων τὸ ἀγέννητον κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων γεννητῶς τὸ εἶναι· τὸ δὲ γεννητὸν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον Υἱῷ καὶ Πνεύματι κοινόν· ἄμφω γὰρ ἐξ αἰτίου· καὶ τὸ ἀνεκπορεύτως εἶναι πάλιν κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον Πατρὶ καὶ Υἱῷ κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων τοιούτῳ τρόπῳ τὸ εἶναι.

(59) Ib. p. 521: Τὸ μὲν πρῶτον, εἰ κοινῶς τις λαμβάνει, καὶ κατ' ἄμφω, δυσὶ πρόσεστιν, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν δηλονότι, καὶ κατὰ πέρας· κοινότερον γὰρ πάντων τῶν κατὰ τὴν θείαν διάκρισιν λαμβανομένων, καὶ ὥσπερ καθόλου, τὸ κατ' αἰτίαν· τοῦτο πρὸς μὲν τὴν ἀρχὴν αἴτιον λέγομεν, πρὸς δὲ τὸ πέρας αἰτιατόν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἄτοπον τὸ αἰτιατὸν ἐνεῖναι δυσὶν, ἀλλ' ἀληθῶς πρόσεστιν Υἱῷ καὶ Πνεύματι, οὕτως οὐκ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, τὸ αἴτιον ἐν δυσὶ θεωρεῖσθαι, ἵνα τὸ μέσον γένηται τῷ πράγματι μέσον, καὶ ἀληθὴς σύνδεσμο, τὰ ἄκρα συνάπτων, διὰ τοῦ μὲν αἰτιατὸν, τοῦ δὲ αἴτιὸν εἶναι. Textum Allatii, quem supra damus, nonnihil ex ipso Trapezuntio, ubi opus erat, immutavimus.

(60) Ib. p. 521, 522: Εἰ δὲ κατ' ἀντίθεσιν, τὸ ἓν τῆς ἀντιθέσεως μέρος δυσὶ πάντως ἐπιθεωρεῖται· οὕτω καὶ τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον καὶ ἐκπορευτὸν καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ κοινὸν ἀνεφαίνετο· ἐπειδὴ γὰρ Τριάς ἐστι τῷ πράγμασι ὁ Θεὸς, εἴ τινι μία τῶν ὑποστάσεων τοῖν δυοῖν διακρίνεται, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον ἐξ ἀνάγκης δυσὶ προσέσται. τὸ γὰρ ἀπὸ τριῶν ἓν ἀφαιροῦν δύο πάντως ἀπολείπειν καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες ὁμολογήσαιεν ἄν... Τὸ μὲν γὰρ ἀφεννήτως ἤτοι ἀνάρχως εἶναι Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα διακρίνει· διὰ τοῦτο κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι· τὸ δὲ γεννητῶς εἶναι τὸ τοῦ Υἱοῦ συνίστησι πρόσωπον τοῖν δυοῖν αὐτὸ διακρίνον· καὶ τούτου χάριν τὸ τούτῳ ἀντικείμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι πρόσεστιν· ὁμοίως καὶ τὸ ἐκπορευτῶς εἶναι διίστησι τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· καὶ διὰ τοῦτο το μὴ ἐκπορευτῶς εἶναι, ὅπερ ἐκείνῳ ἀντίκειται, Υἱῷ καὶ Πατρὶ κοινὸν ἐξ ἀνάγκης.

(61) Ib. p. 522: Ἐπὶ πάντων γοῦν τῶν διακριτικῶν ἤτοι ὑποστατικῶν, ἐὰν τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως λαμβάνῃς, ᾧ διακρίνεται τοῖς δυσὶ, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον, εἰ μὲν ἐπιθεωρεῖται ταῖς λοιπαῖς τῆς Τριάδος δυσὶν ὑποστάσεσιν, ἴδιόν ἐστιν οὗ λέγεται· εἰ δὲ μὴ, κακῶς ἀπεδόθη τὸ τοιοῦτον ἴδιον· διὰ τοῦτο ἰδίου ὄντος τοῦ ἀγεννήτου ἤτοι ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ γεννητῶς εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ δὲ κατ' ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ τοῖς ἀπολειπομένοις κοινὸν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀντιθέσεως σημαινόμενον.

rursus potest immista in proprietatibus eorum differentia reperiri, ut et commune conservetur et proprium non confundatur. Namque unigenitus Filius ex Patre per Scripturam sanctam dicitur, nec [253] ultra hoc illius proprietatem oratio ostendit. Spiritus vero sanctus et ex Patre dicitur, et ex Filio esse astruitur. Nam si quis Spiritum Christi non habet, non est illius (62).

14. Discrimen illud, quod intercedit inter ea, quæ duabus personis communia sunt, et ea quæ tribus simul conveniunt, probe animadvertentes nonnulli scholastici *communia* illa, hæc vero *communissima* appellarunt. Id vitio vertit Latinis Marcus Ephesius, quod spreta nimirum ea Patrum partitione, qua ea quæ in Deo sunt, in *communia* et *propria* partiuntur, hanc novam effinxerint, aliam quasi theologiam statuentes (63). Verum hanc divisionem rei illustrandæ accommodatam Patrum doctrinæ nullo pacto repugnare, potius cum ea omnino esse concordem strenue Georgius Scholarius defendit. « Namque et nos dicimus, ait, eorum quæ in Deo sunt, quædam esse communia, [254] quædam vero propria divinarum personarum, et sic nullatenus contra tuam divisionem pugnamus. Si vero *subdividentes* eorum rursus quæ *communia* sunt, hæc quidem duabus personis convenire, illa vero et omnibus inesse dicimus, vel eorum quæ *propria*, hæc quidem simpliciter, illa autem relative propria vocamus, divisionem illam non impugnamus, quin potius stabilimus. Quemadmodum neque cum quis animal in rationale et rationis expers diviserit, alius vero adjiciens remque perficiens dicat, et ratione præditorum animalium aliud mortale esse, aliud immortale, hic subdivisione sua illi refragabitur, qui secundum priorem modum divisionem fecerat; e contrario potius eamdem confirmabit ac suffragabitur illi. Si falsa omnis subdivisio est, multa eorum, quæ apud omnes in confesso sunt, negabuntur et e medio tollentur; et omnis circa scientias labor vanus erit « (64). Si autem non omnis subdivisio rejicienda, sed ea tantum quæ fallax est ac fundamento caret, disquirendum, an hæc de qua agitur, illarum numero ascribenda sit. Ostendit itaque uberius idem Scholarius, Patres, dum propria et communia secernunt, locum relinquere hæc et illa rimandi ulterius ac subtilius, eaque commode dispescendi, idque unum in quæstionem venire posse, an recte et vere, [255] an secus ejusmodi subdivisio facta fuerit; porro adesse fundamentum illius subdivisionis in reipsa vel ex eo patere quod τὸ αἰτιατὸν neque tribus conveniat personis, neque uni duntaxat, verum duabus, Filio ac Spiritui, quod nec sit stricte eoque modo commune quo deitas, nec eo modo proprium quo paternitas vel filiatio. Perpendens deinde ea, quæ revera duabus personis sunt communia, illustrat et a perversa adversariorum explicatione vindicat celebre Gregorii Nyss. testimonium, quod infra allaturi sumus (art. 4, § 7, n. 1, et art. præs. § 17, n. 1) ex lib. *ad Ablab.* (Opp. II, p. 459.) Illud autem axioma, quo omnia communia duabus personis et tertiæ convenire statuitur, aut rejiciendum aut de iis quæ non sunt opposita rationi tertiæ illius personæ (ἡμ ἀντικείμενα τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως) intelligendum esse docet (65). Ut omnis confusio arceatur, accuratæ distinctiones divisionesque theologis summopere expetendæ sunt et variæ acceptiones vocum secernendæ, ut scite monet Bessarion (66), qui propterea in Trinitate solum essentialia et personalia, absoluta et relativa, ea quæ ad intra et quæ ad extra dicuntur, affirmativa et negativa apte secernit, sed ea rursus subdividens adhuc subtilius alias attributorum et proprietatum classes ac species repræsentat. In tesseris personarum affirma-

(62) Greg. Nyss. *Hom. in Or. Dom.* quæ incipit : Ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωσῆς (eadem verba apud Beccum *Orat. de una Eccl. c.* 42, 53 : *G. O.* I, 163, 164, 187, 188) : Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι μόνου τοῦ Πατρὸς ὄν, τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι ἐφαρμοθῆναι οὐ δύναται, οὕτως τὸ ἔμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, τῷ Πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει· κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ μὴ ἀγεννήτως εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη· ὁ γὰρ Μονογενὴς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὀνομάζεται καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται κ. τ. λ. Sequuntur verba, de quibus art. præced, § 6, nota 10 egimus.

(63) Marcus Eph. Syllog. c. 10 (cod. Monac. 27 f. 200 a) : Οἱ Λατῖνοι, μὴ θέλοντες ἕπεσθαι ταῖς κοινῇ παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμέναις τῆς θεολογίας ἀρχαῖς, ἀλλ' ἑτέρας ἐπινοοῦντες αὐτοί, πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν συντεινούσας, οὐ καθάπερ ἡμεῖς διαιροῦσι τὰ τῷ Θεῷ προσόντα, τὰ μὲν κοινὰ λέγοντες εἶναι, τὰ δὲ ἴδια τῶν θεαρχικῶν προσώπων· ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον καινότερον τὰ μὲν ἰδιά φασιν εἶναι, τὰ δὲ κοινά, τὰ δὲ κοινότητα· τὰ μὲν ἐνὶ προσώπῳ προσόντα λέγοντες ἴδια, τὰ δὲ δυσὶ, κοινὰ, τὰ δ' ὁμοῦ τοῖς τρισὶ, κοινότατα.

(64) Georg. Scholar. *Apolog.* (cod. cit. f. 201, 202) : Καὶ ἡμεῖς γὰρ φαμεν, τῶν τῷ Θεῷ προσόντων τὰ μὲν εἶναι κοινὰ, τὰ δὲ ἴδια τῶν θεαρχικῶν προσώπων, καὶ οὕτως οὐδαμοῦ τῇ σῇ διαιρέσει μαχόμεθα· εἰ δ' ὑποδιαιρούμενοι τῶν κοινῶν αὖθις τὰ μὲν δυσὶ, προσώποις ἁρμόττειν, τὰ δὲ καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν φαμὲν, ἢ τῶν ἰδίων τὰ μὲν ἁπλῶς ἴδια, τὰ δὲ πρός τι ἴδια λέγομεν, οὐ μᾶλλον κατὰ τῆς διαιρέσεως ἐκείνης ἐρχόμεθα, ἢ συνιστῶμεν αὐτήν. Ὥσπερ οὐδ' εἴ τινος τὸ ζῷον εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον διαιροῦντος, προσεπεξεργαζόμενός τις λέγοι, καὶ τοῦ λογικοῦ τὸ μὲν θνητὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀθάνατον, ὑποδιαιρῶν, μάχοιτ' ἂν τῷ κατ' ἐκεῖνον διαιροῦντι τὸν τρόπον· τοὐναντίον γὰρ καὶ συνίστασθαι δόξειεν καὶ συνιστᾷν ἐκεῖνον δι' αὐτοῦ· εἰ μὲν γὰρ ψευδής ἐστιν ὑποδιαίρεσις πᾶσα, πολλὰ τῶν ὁμολοσουμένων ἀναιρεθήσεται, καὶ ὁ περὶ τὰς ἐπιστήμας πόνος ἅπας μάταιος ἔσται.

(65) Cod. cit. f. 208 a. In essentialibus illi plene locum esse supra vidimus.

(66) Responsio ad Marci Eph. Syllog. c. 1, ad syll. 18, Cod. cit. f. 327 a. Ἐπει δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ ἀπάτη παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι διαιρεῖν συμβαίνει καὶ ποσαχῶς ἕκαστον λέγεται, ἀγνοεῖν, ὡς καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ἀνάγκη τινὰ διελίσθαι καὶ ποσαχῶς λέγεται παραδοῦναι.

tivis, quæ propriæ dicuntur, secernit id quod uni convenit personæ et ita ei est *proprium*, ut et personam constituat, atque id quod duabus convenit et personam neutiquam constituit (67) ; atque consonans Scholario docet, posterius et [256] tribus personis commune fore, nisi adversetur rationi hypostaseos unius (68) ; spirare sive τὸ προβάλλειν, Patri Filioque commune, ideo Spiritui sancto commune esse non posse, quia rationi spirati id repugnat, quia simul in eadem actione foret producens et productum, producens et non producens, quia sui ipsius tunc fieret principium.

15. Photiani axiomatis falsitatem perspexerat jam diu Hugo Etherianus, qui et illud recte notat, sibi ipsi contradicere Photium, dum ex una parte (ut cap. 3) agnoscit, commune esse Filio et Spiritui ex Patre esse, ex altera vero (ut cap. 6) contendit, quæ duabus personis communia sunt, et tertiæ convenire. Ait enim Etherianus (l. II, c. 18, p. 1232 H) : « At vero cum quascunque proprietates habent duo, et tertius, ut retro monstratum est (ex mente Photii). Propterea hoc idem dicit sophista, sibimet invenire contrarius, cum dicat (cap. 53 fin.), Spiritus et Filii commune esse, una ex causa et indivisibili habere progressum. Quod utique nequaquam Patri causam non habenti convenit. Sed neque Theologus Gregorius consentit huic sententiæ in quodam sermone ad Ironam (Heronem) philosophum. Commune, inquit, Patri quidem et Filio et Spiritui sancto non fieri, Deitas quoque ; Filio autem et sancto Spiritui esse ex Patre. Secundum, quemadmodum Spiritus ex Patre Filioque progressio, proprietas est, nec ulla cogit ratio, trium esse, quia duorum est proprietas. » De hac ipsa materia [257] idem auctor jam antea disseruerat (l. I, c. 12, p. 1205, 1206 ; c. 16, p. 1210 ; l. II. cap. 3, p. 1217). Et in priori textu (p. 1205 seq.) : « Quod erit inconveniens, inquit, personis prorsus inseparabiliter commanentibus, proprietatum aliquam Filii Patrisve communem esse? Non omnis proprietas personam describit..... Proprietas, quæ causa nuncupatur sive principium, alicujus personæ minime *insignitiva* est, sicut et quædam aliæ, ut ingenitum, sine causa esse, sine principio esse, emittere, sine Patre esse, non esse Spiritum sanctum, non esse processibile, habere Spiritum sanctum, mittere Spiritum sanctum. Quare pleraque Filio Pater communicat ; similiter quasdam habet proprietates et Filius, quæ insignitivæ non sunt. Quare quasdam Spiritui communicat, ut causativum (αἰτιατόν), non esse anarchum, non esse Patrem, et alia his similia. Juxta eumdem modum et Spiritus aliquas habet, quas Pater communicat, veluti non esse Filium, non esse genitum, differre a Filio, et alia hujusmodi, quæ non sunt hypostaticæ proprietates sive personales. Hæ omnes circa substantiam considerantur et singularem non sunt sortitæ personam ; ergo sunt proprietates, quæ nequaquam personarum *insignitivæ* sunt..... Quamobrem non idem est *habere proprietates* et *ab iisdem insigniri* ; plures enim quodlibet animalium proprietates habet, a nulla quarum insignitur. Patet igitur, ut arbitror, nullum inconveniens sequi, si Pater et quæ cum eo duæ personæ sunt, hujusmodi possident proprietates, cum differens habitudo compositionem non adducat. » Item contra Nicomediensem antistitem ex pari ratione arguentem Theologus noster (l. I, c. 13, p. 1207) observarat, commune esse Patri et Filio, ex aliquo non procedere, non esse Spiritum alicujus, nec Spiritum sanctum esse, habere habitudinem ad invicem, characterem habere ad invicem se respiciendi, et rursum æqualiter secundum habitudinem ad invicem, etc.

16. Affine his principiis est illud pariter a Becco (orat. 2, [258] de injusta depos. c. 24 et in Camat. Anim. *G. O.* II, 75, 291) castigatum, videlicet : *Omne quod de divinis personis dicitur, aut personale est aut naturale* (πᾶν τὸ ἐπὶ τῶν θεαρχικῶν λεγόμενον ὑποστάσεων, ἢ ὑποστατικόν ἐστι ἢ φυσικόν), quod præsertim Nicolaus Methonensis urget (c. 9. ad cap. 36 Photii nota 3). « Hoc assumptum, » ait Beccus (l. c. p. 75, 76), « communiter multa Patrum dicta convellunt, quibus proprietates hypostaticæ naturaliter (φυσικῶς) unicuique personæ inesse demonstrantur. Neque enim quod talis proprietas hypostatica est Patri aut Filio aut Spiritui sancto, propterea naturalis non est ; natura enim et non positione (φύσει γὰρ, καὶ οὐχὶ θέσει) Pater Pater est, quæ est suarum proprietatum prima ; et natura est Filius Filius, et non positione, quæ est suarum proprietatum potissima ; et Spiritus sanctus naturaliter ex Patre procedit, et processiva (ἡ ἐκπορευτική) suæ hypostasis proprietas naturaliter soli illius hypostasi inest. Propterea dicendum non erat : Quidquid de divinis dicitur hypostasibus, aut est hypostaticum sive proprium aut naturale. Commune enim (κοινόν) hypostaticis, non naturale opponitur. Simul enim et communia et hypostatica naturaliter divinis hypostasibus insunt, et nihil quod est positione et extraneum et secundum accidens (μηδὲν τῶν θέσει καὶ ἔξωθεν καὶ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ὑπαρχόντων) locum in illis habet. » Non aliter statuunt Constantinus *Meliteniota* (orat. 2, *de proc. Sp. sancti*, c. 39 ; *G. O.* II, 899, 900) quidque cum presse sequitur Leo Allatius (*Vindic. syn. Ephes.* p. 361 ; *Enchir.*

(67) Ibid. f. 227 b. : Τῶν δὲ θέσιν σημαινόντων (προσωπικῶν γνωρισμάτων) εἶναι μὲν ὃ ἑνί τινι προσώπῳ συμβαίνει καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἴδιον, οὕτω τε ἴδιον, ὡς καὶ τὸ πρόσωπον ὑφιστάνειν · ὡς πατρότης, υἱότης, ἐκπόρευσις · εἶναι δ' ὃ καὶ δυσὶν ἁρμόζει προσώποις, ὥσπερ τὸ ἐκπορεύειν, ἴδιον μὲν τοῖν δυοῖν ὄν, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐχ οὕτω μέντοι ἴδιον, ὥστε καὶ πρόσωπον ὑφιστάνειν.

(68) Ibid. f. 229 a. Περὶ δὲ τοῦ τοῦ προβάλλειν ἰδιώματος, ὡς εἰ μὴ τὸ πρόσωπον συνιστᾷ τοῦ Πατρὸς, κοινὸν ἔσται καὶ τῷ Υἱῷ · πλὴν γὰρ τῶν προσωπικῶν ἰδιοτήτων τἆλλα κοινὰ πᾶσιν εἰσιν · ὥστ' ἦν ἂν καὶ τῷ Πνεύματι κοινὸν τὸ προβάλλειν, εἰ μὴ τῷ ἐκείνου ἀντέπιπτε λόγῳ.

l. c. p. ροβ', ρογ'). Sed ejusmodi responsio non penitus satisfacere videtur. Verum quidem est, quæ hypostatica sunt, ea *naturalia* quodam sensu dici posse, quatenus non sunt ex accidente, ex extrinseco, quatenus a natura ipsa pendent et personis reduplicative sumptis sunt essentialia; verum tunc *latiori sensu* ita vocantur, non stricto, prout nunc oppositionis ratio videtur exigere. Interrogant etiam axiomatis illius assertores, [259] Allatius (*Enchir.* κεφ. ιζ', p. 95) aliique : an *Trinitas* sit φυσικόν an ὑποστατικόν τι (de qua quæstione vide Thomam q. 31, a. 1, ad 1), utrum *personæ* nomen censeant naturale an personale (de qua quæstione vide eumdem, q. 30, a. 4); ac premi exinde sane adversarii possunt : Si *personam* dixerint nomen hypostaticum, ex eorum sententia personalitas uni tantum ex tribus competet; si φυσικὸν, persona et natura in unum collabi videbuntur; personæ nomen, ut ait Thomas (l. c.), commune est tribus personis communitate rationis, non rei. Ex his aliisque ejusmodi Photiani deprehendere possunt, quonam pacto axioma illud affirmari queat (69). Si illud sonat : Omne quod in Trinitate percipitur, aut divinæ essentiæ est aut *unius personæ* tantum, tunc refunditur in primum illud jam refutatum (§ 12) effatum et cum eo cadit. Si vero sonat : Quidquid in Trinitate intelligitur, aut secundum substantiam, aut ad aliquid dicitur, sive aut absolutum aut relativum est, sive demum : aut ad essentiam spectat aut *ad personas*, poterit eis permitti. Sane quidquid in Trinitate consideratur, vel ad essentiam pertinet vel *ad personas;* sed non omne quod ad essentiam ceu talem non pertinet, ideo est proprium unius personæ. Præterea notant theologi cum S. Thoma (q. 41, a. 1, ad 1), notionales actus, qui a personarum relationibus differunt secundum modum significandi tantum, revera omnino sunt idem, distingui merito a personalibus; eam divisionem, qua dicitur : Quidquid in divinis est, vel est essentia vel persona vel *notio*, omnes admittunt (cf. *Sum.* q. 43, a. 3. ad 1) et sane ea accurata undequaque est. Hinc objectioni illi [260] : « Productio Spiritus sancti activa aut est personalis aut substantialis; in priori casu ea non potest pluribus convenire personis, in altero ea est ipsi Spiritui tribuenda, ita occurrit Henricus Kilber (Theol. Wirceb. *De Deo uno et trino* disp. VI, c. 2, a. 4, n. 406) : productionem activam posse dici *personalem* et negari, quod ea duabus personis nequeat esse communis; videri tamen potius dicendam nec personalem nec essentialem, sed *notionalem*, « quia scilicet quamvis non constituat Patrem et Filium in esse personæ, ut de innascibilitate respectu Patris diximus, nec etiam incommunicabilis sit Filio, cum filiationi relative non opponatur, ad distinctionem tamen a Spiritu sancto et notificationem utriusque personæ pertinet. »

17. Postremo et hoc solemne Photio et Photianis effatum est : *Ut Filius, ita Spiritus est ex Patre proxime et immediate* (ἀμέσως καὶ προσεχῶς), nullo medio exsistente (Phot. cap. 62, Nicol. Methon. c. 22). Atque hinc in Latinos invehuntur, quod Patrem faciant Spiritus principium simul proximum et remotum; proximum, prout est ex Patre Spiritus immediate, remotum vero, prout est ex Filio, qui habet esse a Patre. Alii adhuc iniquiores prætendunt, Spiritum ita *mediate* ex Patre esse apud Latinos, ut revera nonnisi ex Filio sit, ex Patre vero solummodo, prout est Filii principium et genitor, sicut Enos filius Seth mediate ab Adamo est ortus; et ab hac corruptela nec Photius alienus est, ut cap. 61 manifestat. Sed omissa in præsenti hac absurda interpretatione de priori tantum agemus. Respondet Beccus (*G. O.* I, 215; *Or. de un. Eccl.* n. 64) neminem SS. Patrum dixisse, τὸ Πνεῦμα ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι. Jam ante illum *Nicephorus Blemmida* controversiam ita proposuit : Εἰ δι' Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκπορεύεται παρὰ Πατρὸς, ἢ μὴν ἐκ Πατρὸς προσεχῶς ἀλλ' οὐ δι' Υἱοῦ· ac prius quidem permultos, posterius vero neminem Græcorum doctorum tradidisse affirmat ac probat (orat. 1, n. 2 seq; orat. 2, c. 4; [261] *G. O.* I, p. 2 seq. 42). Atque inter alios testes Gregorium Nyssenum adducit (p. 7), qui Filium vocat τὸ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου Spiritum vero τὸ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου [lib. *Ad Ablab.* t. II, p. 459] (70). Suffragantur Patres omnino omnes, qui Spiritum διὰ τοῦ Υἱοῦ ex Patre procedere docuerunt (art. 2, § 6, nota 2); nam, ut ait Constantinus Meliteniota (orat. 1, c. 31; *G. O.* II, 712) : « Idem est dicere per Filium et non immediate (ταυτὸν γάρ ἐστι δι' Υἱοῦ καὶ οὐκ ἀμέσως εἰπεῖν); illud διὰ significat causam quamdam mediantem (αἰτίαν τινὰ μεσιτεύουσαν), ut late probat card. Bessarion in orat. dogm. c. 5 (Hard. IX, 332 seq.). Suffragantur ii omnes, qui Spiritum per Filium Patri conjungi docent (Const. Meliten. orat. 1, c. 41 seq. *G. O.* II, 760 seq.) quique solum Filium nullo exsistente medio, ex Patre esse statuunt (Beccus, epigr. 2-4, *G. O.* II, 544-558). Eodem omnino pacto cæteri οἱ τῆς ἑνώσεως Græci ratiocinantur. Quos presse sequitur Hugo Etherianus, qui Græcum loquendi morem in plurimis imitatur. « Filius, » inquit (l. I, c. 1, p. 1200), « juxta fecundam genitoris virtutem generatur, quo *medio existente* ex eodem Patre Spiritus prodit ut

(69) Similiter Georgius Scholarius Apol. c. Marc. Ephes. quærit, an τὸ αἰτιατὸν, sit essentiale, an personale. Si primum, et Pater erit αἰτιατὸς, si alterum unus est αἰτιατὸς, vel Filius vel Spiritus, et tunc verum non amplius erit, quod et Græci propugnant, αἰτιατὰ esse Filium et Spiritum, utrumque ex Patre (Cod. Mon. 27, fol. 186 a).

(70) De eodem testimonio disputant Hugo Ether. l. III, c. 12 fin. p. 1248; Beccus (orat. 2, *De injusta depos.* c. 12; *De un. Eccl.* c. 23; *G. O.* II, 56, 57; l. 120); Georg. Metoch. (c. Man. Cret, c. 6, c. Max. Plan. ib. II, 976, 943); Constant. Meliten. (or. 1, c. 12, 39; ib. II, 664, 754); Georg. Trapez. (ad Joan. Cubocl. c. 16, 17; ib. I, 505, 506); Gregor. Protosync. (ad imp. Trap. c. 4, ib. I, 425); Bessarion (*Or. dogm.* c. 6; Hard. IX, 344).

ex sua causa inexhausta et infinibili. » Et paulo post : « Similis est Filio Spiritus, sicut quidem ex causa et suo *immediato principio*, cui ut immediate communicat, sic ab ipso *absque medio* provenit et per ipsum Patri conjungitur. » Cum itaque Græci doctores Filium expresse solum ἀμέσως ex Patre esse dicant, Spiritum vero non [262] item, cum διὰ τοῦ Υἱοῦ ex Patre procedere Spiritum miro consensu propugnent ; cum præterea doctorum aliqui quæstionem illam celeberrimam, cur Spiritus sancti spiratio non sit generatio et quanam ratione hæc ab illa differat (de qua consulendus Petavius, *De Trin.* VII, c. 14), exinde solvant, quod Spiritus sanctus, non immediate a Patre sit, quemadmodum Filius (cf. Petav. l. c. c. 13, n. 11) sicut alii ex hoc, quod ex utroque procedat (ib. n. 9) : jam satis patet eos a Photiana doctrina haud parum discrepare, ut Allatius (*Ench.* c. 6, p. 30 seq.) cum cæteris urget.

18. Attamen id difficultate non caret ; unde id in primis indagandum, quonam pacto sit intelligendum, Spiritum sanctum *mediate* a Patre procedere. S. Thomas (*Sum.* p. 1, q. 36, a. 1) hanc primo loco sibi objectionem proponit : « Quod procedit ab aliquo per aliquem, non procedit ab eo immediate. Si igitur Spiritus sanctus procedit a Patre *per Filium*, *non procedit a Patre immediate*, quod videtur inconveniens. » Cui ita ipse satisfacit : « In qualibet actione est duo considerare, scil. suppositum agens et virtutem, qua agit, sicut ignis calefacit calore. Si igitur in Patre et Filio consideratur *virtus*, *qua spirant* Spiritum sanctum, non cadit ibi aliquod medium, quia hæc virtus est una et eadem. Si considerentur autem ipsæ *personæ spirantes*, sic cum Spiritus sanctus *communiter* procedat a Patre et Filio, invenitur Spiritus sanctus *immediate* a Patre procedere, in quantum est ab eo, et *mediate*, in quantum est a Filio ; et sic dicitur procedere *a Patre per Filium ;* sicut etiam Abel processit immediate ab Adam, in quantum Adam fuit pater ejus, et mediate, in quantum fuit Eva mater ejus, quæ processit ab Adam ; licet hoc exemplum materialis processionis ineptum videatur ad significandam immediatam processionem divinarum personarum. » Hinc (in corp. art.) « quia Filius habet a Patre, inquit, quod ab eo procedat Spiritus sanctus, potest dici quod Pater per Filium spirat Spiritum sanctum. Hinc alibi [263] (in l. I, *Sent.* d. 12, q. 1. a. 3) Richardi Victorini verba (*de Trin.* V, 7), generationem in divinis esse immediate a Patre, sed Spiritus sancti processionem quodammodo esse mediate et quodammodo immediate, hunc in modum explanat : « *immediate*, quantum ad virtutem spirativam, quæ est una Patris et Filii, et iterum quantum ad ipsum suppositum Patris, quod immediate est principium processionis, quia ipse simul et Filius spirant ; sed *mediate*, in quantum Filius, qui spirat, est a Patre. » — Ex his tria consequuntur : 1) non negari a Latinis simpliciter, Patrem esse immediatum processionis principium ; 2) recte A tamen dici respectu Filii simul cum Patre spirantis Spiritum *mediate* ex Patre procedere ; 3) deduci non posse, Patrem *eodem* prorsus *respectu* immediatum et mediatum, proximum et remotum haberi Spiritus sancti principium. Utrumque dici potest, sed sub consideratione plane *diversa*.

19. Quomodo igitur Photium impugnantes Græci orthodoxi id denegant, Spiritum esse *immediate* ex Patre, quod Latinorum præstantissimi plane concedunt ? Sed hoc illi non infinite statuunt, verum pro suorum Patrum dicendi more, attendentes ad eas eorumdem locutiones, quibus egregie Spiritus sancti ex Filio etiam processio confirmatur, communicata vero a Patre Filio virtus spirativa simul ostenditur ; id contra cives suos schismaticos urgent B qui ad excludendum Filium immediatam sancti Spiritus ex Patre processionem propugnabant ; atque licet ea ἀκριβείᾳ diversas τῆς μεσιτείας rationes non distinguant, qua Thomas utitur, tamen quoad rem ipsam cum Latinis omnino concordant, μεσιτείαν in eo potissimum reponentes, quod vim spiratricem Filius habet a Patre communicatam, illud διὰ veram αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως (Flor. conc. Hard. IX, 421) significare statuentes, eatenus primæ causæ subordinatam, quatenus ab ipsa pendet et ex ipsa est. (Cf. Allat. *Vind. syn. Eph.* c. 58, p. 375 seq.) Hanc μεσιτείαν [264] Photianis adeo exosam præclare explanat Joan. Beccus (lib. *De proc. Spirit. sancti* c. 7, C n. 2 ; *G. O.* I, 292, 293) primum negans intervalla vel realem separationem illo nomine insinuari, deinde eam positive describens ac definiens : Τὴν μεσιτείαν ταύτην οὐδὲν ἄλλο εἶναί φημι ἢ φυσικὴν σχέσιν, καθ' ἣν ἐστι διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα συναπτόμενον τῷ Πατρὶ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ. Hæc uberius illustrat (p. 294-298) exponens quo sensu Filius dicatur secundus ad Patrem. Neque aliam mentem esse Hugonis Etheriani, ex his quæ lib. II, c. 9, p. 1222, 1223 fusius disputat, facile dignoscitur. Verum in primis Bessarionem audire juvat ita de proposita quæstione agentem (lib. *Ad Alex. Lascar.* c. 7 ; Hard. l. c. p. 1061, 1062) : « Tenemus cum Augustino, quod Spiritus immediate ab utroque procedat, sed intelligi- D mus quod Filius, qui est Spiritus principium, est *medians* quantum ad esse inter Patrem et Spiritum sanctum, cum prius naturaliter intelligatur a Patre naturaliter productus, quam Spiritus sanctus ab utroque. » Et alibi (*Refutat. antirrhet. Palamæ adv. Joan. Becci capita*) : « Jamvero si quis ad singularem emissionem et identitatem processionis ex utroque respiciat, tum hoc animadvertat Patrem esse fontem et causam divinitatis : *immediate* esse ex Patre Spiritum inveniet, eoque pertinere, quas affert, sententias. Sin ordinem consideret, qui reipsa inest in Trinitate, nec sola nostra cogitatione constat, *medium* videbit esse Filium et tertium a Patre Spiritum, ac per Filium a Patre procedentem, ac *priorem* se *cogitatione* habentem Filium,

quemadmodum Patrem habet Filius (71). » Sane *Pater* non prius [265] potest ut spirator cogitari, quam ut Pater concipiatur, proinde non prius, quam Filius cogitetur ; ideo *medium* vocant Patres Filium, μεσίτην eum dicit Gregorius Nyssenus (Tract. Quod non tres sunt Dii. Cf. Georg. Trapez. ad Joan. Cubocl. c. 21 ; *G. O.* I, 515 seq.). Neque e converso dici potest Spiritum esse *per Patrem* ex Filio, Patrem esse medium inter Filium et Spiritum, Spiritum esse ex Filio mediate. Præclare *Thomas* (I. c. a. 3, ad 4) : *Ordo* non attenditur inter Patrem et Filium quantum ad virtutem, sed solum quantum *ad supposita ;* et ideo dicitur, quod Pater spirat per Filium, et *non e converso* » cf. et Petav, *de Trin.* l. VII. c. 11, n. 11).

20. Hæc in re non abs re fuerit Leonis Allatii observationes quasdam subjicere, quæ et in aliis rebus consideratione dignæ sunt. Scribit enim (*Vindic. syn. Eph.* c. 71, q. 555 seq.) : « Si dicat Schismaticus : Itaque si Pater per medium Filium Spiritum producens mediate ipsum producit, Filius vero immediate emittit, quod per nullum alium Filius sit contigua causa Spiritus, et Pater non est contiguus, denuo sequeretur aut imminutio Filii respectu Patris aut Spiritus respectu Filii, et sic dabitur locus Ario, Eunomio, Macedonio et Apollinario : locum non dari dictis hæreticis manifestum est. Hi namque deitatem in diversas deitates discerpunt, quarum unam majorem, aliam minorem, tertiam mediam constituunt, aut a natura Patris increata abscindunt et Spiritum et Filium subalternas naturas, ut ita dicam, et creaturam hanc hujusce et hanc alterius firmant, aut Spiritum rursus in ordinem creaturarum detrahunt, apud quos et primum non pium, et contiguum impium et medium non minus reputatur et majus et minus et simpliciter [266] ordo et anterius et posterius, et quod inde subsequitur, et similes voces summa cum impietate ab eisdem intelliguntur et declarantur. Apud Catholicos vero et *ordo* dum asseritur, non absona a pietate ratione in Trinitate assumitur, et *primum* et *prius*, et *anterius* et *posterius*, et *medium* et *majus* et *contiguum* quidquid aliud in divinorum Patrum commentariis reperitur a piis hominibus, ut Deum addecet et divinis hypostasibus congruit, accipiuntur. *Licet* enim *ex nobis nostrisque voces similes trahantur, non ideo tamen de divinis uti de nostris philosophamur*, sed superiori quodam modo, ut divinæ naturæ et divinis hypostasibus convenit, sic de reliquis aliis nominibus, veluti sunt generatio, Verbum, Pater, Filius, Spiritus et alia theologica, quæ licet ex nostris desumantur, res tamen supra nos significant exprimuntque, cum alio modo de nobis dicta, alio de divina Triade considerentur ; et *dictionis communio rerum differentias non dirimit ;* sed rerum differentia, quæ diversos de iisdem conceptus insinuat, et vocum similitudine nullo modo pietas læditur. Neque propterea quod apud hæreticos nonnullæ voces impias sententias exprimunt, earum usus rejiciendus est, sed admittendæ, si modo illæ pie intelligantur et asserantur. » — Demum et ea pensanda sunt quæ D. Leo M. inculcat : « Nulla ibi (in Trinitate) tempora, nulli gradus, nullæ differentiæ cogitentur ; et si nemo de Deo potest explicare quod est, nemo audeat *affirmare, quod non est.* Excusabilius enim est de natura ineffabili *non eloqui digna*, quam *definire contraria.* Quidquid itaque de sempiterna et incommutabili gloria Patris pia possunt corda concipere, hoc simul et de Filio et de Spiritu sancto inseparabiliter atque indifferenter intelligant. » (Serm. 1, de Pentec. c. 3 ; Baller. serm. 75, p. 402 ed. Migne.) « De qua (S. Trinitate) cum S. Scriptura sic loquitur, ut aut in factis aut in verbis aliquid assignet, quod *singulis* videatur *convenire personis*, non perturbatur fides catholica, sed docetur ; ut per [267] proprietatem aut vocis aut operis insinuetur nobis veritas Trinitatis, et *non dividat intellectus, quod distinguit auditus.* Ob hoc enim quædam sive sub Patris sive sub Filii sive sub Spiritus sancti appellatione promuntur, ut confessio fidelium in Trinitate non erret ; *quæ cum sit inseparabilis, nunquam intelligeretur esse Trinitas, si semper inseparabiliter diceretur.* Bene ergo ipsa difficultas loquendi cor nostrum ad intelligentiam trahit, et per infirmitatem nostram cœlestis doctrina nos adjuvat, ut quia in Deitate Patris et Filii et Spiritus sancti nec singularitas est nec diversitas cogitanda, vera unitas et vera Trinitas possit quidem simul mente aliquatenus sentiri, sed non possit *simul ore proferri.* » (Serm. 2, in Pentec. c. 2 ; Ball. serm. 76, p. 405, ed. cit.)

IV. — *Ad præcipua Photii sophismata variorum theologorum responsa proponuntur.*

1. His de principiis Photii delibatis jam miram illam sophismatum seriem perlustremus, qua suum placitum stabilire conatur. Adductis itaque Christi verbis Joan. XV, 26 (cap. 2) ita ratiocinatur (cap. 3) : Filius et Spiritus ex eodem principio, Patre scil., suum habent esse, licet diverso modo, sunt omnino eadem natura et pari honore præditi ; proinde si Filius Spiritus sancti esset principium, pariter Filii principium foret Spiritus sanctus alter alteri vicissim deberet causa existere atque Filius ex Spiritu quoque generari. Quod sane argumentum non magni ponderis est. Sicut enim æqualitati et consub-

(71) Eodem pacto rursus Bessarion Respons. ad Marci Ephes. syllog. 18, cap. 1 (Cod. Mon. 27 f. 226 a) : Ἀμέσως μέντοι γε καὶ ἐμμέσως ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά φασι (Latini) · τὸ μὲν διὰ τὴν ἑνότητα καὶ ταυσότητα τῆς προβλητικῆς δυνάμεως, τὸ δὲ διὰ τὴν τάξιν, ᾗ προτέτακται μὲν ὁ Πατὴρ, ἕπεται δὲ ὁ Υἱὸς, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὸ Πνεῦμα, ὀρθῶς διαιτῶντες τῷ λόγῳ, οὐχ ὡς ἐκεῖνος (Marcus) τε καὶ οἱ κατ' αὐτὸν, μηδὲν ὅλως διαστέλλειν εἰδότες · ὡς ἐν ἄλλοις πρὸς τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Παλαμᾶν εἰρήκαμεν τελεώτερον.

stantialitati Patris et Filii non officit, quod ex Patre suum esse habet Filius, ita neque æqualitati et consubstantialitati Filii et Spiritus obest hujus ex illo processio ; sicut homousia Patris et Filii [268] non postulat, ut et Filius Patris habeatur principium, sic nec homousia Filii et Spiritus sancti exigit, ut et Spiritus Filii ἀρχὴ censeatur ; et sicut trium personarum æqualitas non tollit unius principatum, quo cæterarum est principium, ita eorum quæ sunt ex principio, æqualitas non tollit Spiritus processionem per Filium (72). Si ex consubstantialitate *nude ac per se spectata* illud deducitur consequens, manifeste est falsum ; tunc deberet et Patris principium dici Filius eo quod sint consubstantiales. Neque id quod ad Patrem ut ad commune principium tum Filius tum Spiritus referuntur, *per se* hanc reciprocam principiandi facultatem utrique vindicat, ut apertum est ; deinde præterquam quod ex revelata doctrina Spiritus sanctus habetur immanentium originum terminus, alia est, ut nec Photius diffitetur, generatio, alia Spiritus sancti processio, ita ut non eadem ratione Pater sit Filii et sancti Spiritus ἀρχή. (Cf. Beccum in Camateri Animadv. c. 30, 34, 43 ; *G. O.* II, 355, 362, 363, 373.) Quod una persona respectu ejusdem alterius personæ sit simul principium et principiatum, absurdum plane est ; sed absurdum non est Filium una cum Patre, a quo generatur, spirare Spiritum, relate ad primam personam esse αἰτιατὸν, relate ad tertiam vero αἰτίαν. « Eadem quippe res, ait Hugo Etherianus (l. I, c. 10, p. 1204 G.) alii potest esse causa (αἰτία) et alii causativum (αἰτιατόν) ; eidem vero nihil potest causa et causativum esse ; Pater quidem Filii et Spiritus causa exsistit ; at Filius nequaquam Spiritus causa negari debet. » Nulla sane ostenditur necessitas, ob quam Spiritus Filii ἀρχὴ sit existimandus ; sed plura omnino evincunt, una [269] cum Patre Filium Spiritus sanctus ἀρχὴν esse habendum. Recte card. Bessarion (ep. *Ad Alex. Lasc.* c. 7 ; Hard. IX, 1062, 1063) contra dicentes : « Si spirativa potentia est Filio cum Patre communis, tunc generativa potentia cum Patre Spiritui communis est, » hæc observat : 1) Generatio constitutiva est paternæ personæ et incommunicabilis, non vero spiratio ; 2) implicat contradictionem, Spiritum *ad idem* (ad Filium) esse simul principium et principiatum ; 3) generatio est prima et immediata Patris actio, et ideo non potest competere Spiritui, cujus spiratio sequitur generationem.

2. De præsenti Photii argumento breviter agit J. Beccus (*De un. Eccl.* c. 43, 63 ; *G. O.* I, p. 164, 165, 206). Sed præstat Hugonem Etherianum audire, cujus si non omnia plane satisfaciunt, pleraque saltem digna sunt theologorum consideratione nec omni prorsus vi destituuntur. Itaque ad hoc ipsum Photii caput hæc ille respondet (l. II, c. 16, p. 1231 B. C.) : « Ecce, post primum vaniloquium et illecebras præsidis et auctoris totius schismatis impudica lingua et inficiatrix conscientia quantam conceperit et pepererit blasphemiam ! scribere ausa, quæ nullius alius, et supervacuos extrema arrogantia syllogismos componere. Similis interrogatio eidem imminet : si enim ex una causa, Patre, Filius Spiritusque proveniunt, *mittit* autem rursum Spiritum Filius, ut ipse perhibet, quomodo utique consequentiæ sustineat ratio, non generari Filium vel mitti a Spiritu ? Cum enim æqualiter ambo ex una causa proveniant, quantum a Patre Filius accipit, tantumdem accipere debet Spiritus. Quare si Filius mittit Spiritum, et Spiritus generat Filium, ut quemadmodum Filius a Patre mittit Spiritum, ita et Spiritus recompensando gratiam a Patre generet Filium. Amplius : Filius a Patre accipit, ut ejus sit Paracletus ; quare non similiter accipiat Spiritus ut ejus dicatur Verbum ? Quare quidem recompensatio et æqualitas in hoc exsistit, ut sicut Filius a Patre accipit causam esse [270] Spiritus, sic utique Spiritus ab eodem Patre accipit (l. accipiat), causativum esse Filii. In quo non corrumpitur fidei ratio salvis adinvicem utique proprietatibus pariter atque æqualiter. » Cum his autem ea jungi debent, quæ idem auctor ad Nicolai Methonensis ejusdem generis argumenta (Ph. c. 3, nota 9) jam prius responderat. Methonensi itaque (c. 5) arguenti, in Latinorum doctrina concedendum omnino esse, et Filium ex Spiritu generari, sicut ex Patre, quia Pater et Spiritus sint consubstantiales, nisi in Macedonii hæresin incidere velimus, Hugo (l. II, c. 18, p. 1212 D, E). ita occurrit : « At hic quidem vir veritati minime appropinquat. Latini quippe non ideo dicunt Spiritum ex Filio esse, quod Pater et Filius unus Deus sint (sc. si id sine ullo alio respectu *per se* ut ratio habetur), nec per aliquam hoc dicere disputationem coacti sunt ; sed propterea ex utroque Spiritum procedere fatentur, quia æqualiter Filii atque Patris exsistit, non condibiliter, non nascibiliter, non possesive, sed similiter amborum est, nequaquam ut actus et opus est hominis, sed quodammodo ut radii alma lux exsistit et solis. » Et Paulo post pergit : « Opponet autem aliquis : Spiritus par est personæ Patris ; at vero de persona Patris enuntiatur habere Filium ; quare idem de Spiritu prædicabitur, et erit Filius filius Spiritus sancti. Sed dico, non esse hujusmodi æquipollentem comparationem, eo quod nunquam datum sit, *Filium æqualiter esse Patris ac Spiritus*, cum omnes confiteantur Spiritum esse æqualiter Filii atque Patris. Quare in quibus quidem nihil indignum nec indecens divinas personas consequitur, in his Patrem dicimus causam et Filium concausam, nec aliqua injuria Filio Patrive aut sancto Spiritui corrogatur. Nam in

(72) Sic merito Neceph. Blem. (orat. 1, c. 17 ; *G. O.* I, 22, 23) : Ὥσπερ ἡ τῶν τριῶν ἰσότης οὐκ ἀφαιρεῖται τοῦ ἑνὸς τὴν ἀρχὴν, οὕτω καὶ ἡ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἰσότης οὐκ ἔστιν ἀφαιρετικὴ τοῦ, τὸ Πνεῦμα δι' Υἱοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· — Hæc et quæ sequuntur infra uberius illustrabuntur.

legationibus et donationibus Spiritus semper Patris Filius consors est ; at Spiritus dicere patrem seu Filium Spiritum filium appellare exsecrabile profanumque est. Sed neque propositio illa, quæ dicit emissionem Patri et Filio communem esse, [271] proprium paternæ personæ, quo aptus natus est insigniri Pater solus, interimit (sicut interimeret proprietatem insignitivam Filii processio ex Spiritu sancto). » Deinde ad alium Methonensis syllogismum (c. 6), qui præsenti Photii argumento ad verbum fere respondet, accedens, postquam sedulo inculcavit : « Genitorem *secundum aliam proprietatem* generare, et *secundum aliam* emittere Spiritum, » ita prosequitur : « Et attendendum, quoniam non propter honoris parilitatem Patris et Filii, ut ex Patre, sic ex Filio Spiritus procedit. Si enim propter honoris parilitatem ex ambobus Spiritus emanaret, consequi videretur, ut Filius propter honoris parilitatem, sicut est ex Patre, ita et ex Spiritu esset ; quod Methonæ astruit episcopus. » Hujus relatis verbis, « Hic quidem vir, inquit Hugo, et omnis intelligere volens verum esse quod dictum est reperiet : Spiritus sane Filio æqualis ut Deus Deo gratiam reddit. Nam qualem gratiam Patri (ed. Pater) ex ipso prodiens retribuit, eamdem Filio recompensat ex ipso procedens ; utrumque enim emissum dicitur et est. » Tandem notetur minime recte dici a Marco Ephesio (73) : Sicut Spiritus nil confert ad generationem, ita nec Filius ad processionem ; disparitas est manifesta ; quia ante processionem generatio, ante Spiritum Filius *cogitari* omnino debet, licet tempus eos non dividat, quia divina essentia jam Filio communicata concipitur, dum Spiritus a Patre procedere intelligitur. Cf. § 30 seq.

[272] 3. Cap. 6 arguit Photius ex eo, quod si spiratio Spiritus sancti communis sit Patri et Filio, debeat et Spiritus sanctus ejus esse particeps, ita ut pars ejus sit principium, pars principiatum et ipse Spiritus a se ipso procedat. Ac si diceret : Latini τὴν προβολὴν ideo communem volunt Patri et Filio, quia quæcunque habet Pater, habet et Filius ; sed Spiritus sanctus eodem modo habet quæ sunt Patris et Filii ; ideoque in eorum sententia eidem sui ipsius spiratio vindicanda est ; erit itaque Spiritus ex una parte producens, ex altera vero productus. At enim hæc rem non probant. Supponit primo Photius illud principium jam refutatum, nihil esse posse duabus personis commune, quod non competat etiam tertiæ ; deinde confundit *idiomata ac personarum tesseras* cum *essentialibus attributis*, ut jam Joan. Beccus (*G. O.* I, p. 166-168) observavit. Communia sane sunt omnia naturalia attributa, sed minime idiomata ac relationes oppositæ ; unde sicuti Filius non habet paternitatem seu activam generationem, ita quod spiratur nequit activam habere spirationem. Hanc Spiritus inesse, ait Bessarion (ep. *Ad Alex. Lasc.* c. 7 ; Hard. IX, 1062 impossibile *est eo quod opponitur ejus proprietati*. Recte Natalis Alexander resp. (*H. E.* sæc. IX, diss. 18, ass. 1, p. 531, ed. 1788, 4) : absoluta omnia attributa tribus personis communia et quæ ad creaturas ordinem habent, ut creator, dominus, etc., non autem proprietates personarum. Harum enim quædam sunt *hypostaticæ*, quas Hugo Etherianus (l. I, c. 8, 12 et passim) vocat *personarum insignitivas*, sive quæ personas constituunt, cujusmodi tres solæ in Deo reperiuntur, scil. paternitas, filiatio et processio. Aliæ sunt *notionales*, quæ non constituunt, sed indicant personas, et harum nonnullæ uni personæ tantum conveniunt, ut esse ingenitum Patri, aliæ duobus, ut spiratio activa Patri et Filio (74). Nec vero consequens est etiam Spiritum sanctum suæ processionis auctorem futurum, quia eadem habet essentiam cum Patre et Filio. Siquidem non præcise id essentiæ divinæ convenit, qua essentia est, ut producat Spiritum sanctum, sed [275] *essentiæ, qua paternitate et filiatione affecta est et modificata*, quibuscum spirandi proprietas complexa est ut theologia docet. » Jam Hugo Etherianus Photianæ ratiocinationis vitium satis vidit, dum hoc pacto in ipsum Photium insurrexit (l. II, c. 18, p. 1232 B) : « Acuti sophistæ ac periti artificis complexio, ut videtur, non inviolatam servat fidem, dictiones proferendo in dolo et astutia, et in hæreticæ impietatis veneno obnoxium invectionibus se ipsum fecit, licet nolit, cum non habeat divinam advocatricem Scripturam, miscet non miscenda et comparat non comparanda, et quia non dijudicat *naturales qualitates* a *proprietatibus* in Acherusiam paludem præcipitatur. Non enim idem est proprietas naturali et substantiali qualitati (75). » Deinde ostendit illas naturales qualitates tribus personis esse communes, non vero proprietates. Id etiam Joan. Phurnes agnoscebat (apud Beccum l. c. p. 180), qui propterea ad principium illud recurrit, τὸ προβάλλειν esse Patris proprietatem seu personalem tesseram, de quo jam satis diximus,

4. Sequitur cap. 7 dilemma : Aut Spiritus sanctus per processionem a Filio nil accipit diversum ab eo quod accipit procedendo a Patre, et tunc processio a Filio est inutilis ac supervacanea ; aut accipit quid ab illo diversum, et tunc sequitur compositio. Respondent theologi nil diversum accipere Spiritum sanctum per processionem a Filio et hinc

(73) Confessio Marci ap. Greg. Cpl. (cod. Mon. 27 f. 115 a) : Μηδὲν τοῦ Υἱοῦ συμβαλλομένου πρὸς τὴν ἐκπόρευσιν, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὴν γέννησιν.

(74) Melius dices : harum una uni personæ tantum convenit, alia duobus.

(75) Sic omnino legendum ; editiones habent : « Non enim est proprietas naturali et substantia æqualitati. » Textus editus in multis adhuc correctione indiget, qua facta hujus præstantissimi theologi mens longe illustrius apparebit.

nullam sequi compositionem, sed accipere idem, neque duas esse processiones, sed unam, neque processionem a Filio dici posse inutilem. Manuel Calecas (l. III, p. 439) et Bessarion (lib. *De proc. Spirit. sancti*, p. 254) advertunt, falso hic rursum duo supponi principia (vide præced. art. § 1 seq.); [274] deinde argumentum duplici modo retorquent: Productio, qua mundus est a Patre, aut perfecta est et tunc frustranea est Filii ac Spiritus efficientia; aut imperfecta et tunc blasphematur Pater. Vel sic: si perfecte a Patre mittitur Spiritus sanctus, superfluum erit, et a Filio mitti; sin autem imperfecte, non ergo perfectus est Pater. Quod vero hic valet, id valet quoque de processione, imo multo magis. « Perfecta, ut arbitror, ait Calecas, est ex Patre entium productio, una et eadem numero Filii et Spiritus ad ea producenda operatio, neque alia est illius, alia horum. Sic ergo et in his evenit. Perfecta est, et magis quam perfecta est ex Patre Spiritus sancti processio, una et eadem numero est, quæ est ex eodem Filio processio... cum una et eadem numero potestate uterque producat. » Similiter retorsione jam usus fuerat Beccus, *Orat de un. Eccl.* n. 40 (*G. O.* I, 160, 161): « Si propter perfectum processionis ex Patre supervacaneam esse ducis processionem ex Filio, quid respondebis dicentibus : Si suppeditatio Spiritus sancti ex Patre perfecta est; supervacanea igitur erit quæ ex Filio? Verumtamen et perfectam esse ex Patre Spiritus sancti suppeditationem et nihilominus non supervacaneam (eam quæ est) ex Filio propter perfectionem, quam ex Patre habet, indubitatum est (76). » Maximus Chrysoberga, *Orat. de proc. Spirit.* c. 4 [275] (*G. O.* II, 1083) observat, argumento Photii : « Si perfecte ex Patre procedit Spiritus, non amplius necesse est eum procedere quoque ex Filio, » omnino illud assimilari, quo Ariani uti visi sunt: Si Deus perfectus est Pater, quid opus est, et Filium perfectum Deum esse credere? Si perfecta Patris Deitas non impedit, quominus ea et Filio competat, nec perfecta Spiritus ex Patre pocessio prohibet, ne et Filius in ea cum Patre communicet. Præterea eodem jure negari potest Filium esse datorem Spiritus, quia perfecte datur a Patre; et tamen, Basilio, teste, et Pater et Filius uno actu dant Spiritum (διὰ τοῦτο διδόντος αὐτὸ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς αὐτὸ δίδωσι μιᾷ δό-

A σει καὶ μιᾷ χορηγίᾳ) imo juxta Athanasium est μόνος τοῦ Πνεύματος χορηγὸς ὁ Υἱός (77). Ita Maximus Chrysoberga l. c. c. 5 (p. 1085). Nec abludit ab his Hugo Etherianus, qui (l. I, c. 14, p. 1207, 1208) ita arguit contra Nicolaum Methonensem (c. 11). « Si igitur perfectus Deus est Filius ex Deo Patre perfecto, quid, inquam, Spiritus ad hujusmodi conferat perfectionem? Qui si confert, neuter est perfectus, neque Pater, neque Filius. Quomodo enim perfectus si tanti eget, quanti Spiritus dator est? Sin vero unus Deus perfectus est, Pater et Filius, et nihil amplius est invenire neque dicere ad manifestationem paternæ perfectionis, superfluus utique sit Spiritus. Quod cogitare impium est. Nam sicut universitas videtur Patris et Filii esse, ita et B Spiritus sancti; atque quos vocat Pater et Filius, hos vocat Filius et Spiritus; quos sanctificat Pater, hos sanctificat et Spiritus.... Propterea perfecta Spiritus ex Patre processio non debet prohibere eam quæ ex Filio [276] esse dicitur, cum neque perfectio Filii ex Patre prohibeat perfectionem sancti Spiritus ex eodem; quare planum est, quod ex utroque perfectionem et esse habeat Spiritus. » Ad præsens vero Photii caput idem auctor (l. II, c. 18, p. 1233) ita respondet : « Pater facit *per* Filium, aliquid accipiens, sine quo creare impotens erat, qui operatur omnia in omnibus. Nunquid imperfecta est operatio Patris aut Filii aut Spiritus? Non indiget Pater alicujus, perfectus cum sit ac sibi C sufficiens. Verumtamen omnia per Filium condit, nihil accipiens, quod non habuit. Sed et Spiritus ex Filio et per Filium procedit, nihil ab ipso sumens, nisi quod a Patre accipit; perfectus utique Deus ac nullius indigus cum sit Pater, generat tamen ex substantia Filium, per quem condit universa, æque sibi potentem. Nec adeo superabundat Spiritus ex utroque progressio, cum neque imperfectum Spiritum indicet, neque impotentem Patrem vel Filium demonstret, neque aliquam inducat compositionem. Si *substantiæ pars* foret causa et causativum, haberet utique locum ratio compositionis. Nunc vero natus (ed. natura) dicitur Filius, emissus vero Spiritus, non in eo quod substantia, sed in eo quod hic quidem gignitur, ille vero procedit. D Sed hoc ad naturam non spectat Divinitatis (78). Amplius : Verbum Dei cum sit perfectum et nullius indigens, quid accepit a Spiritu sancto, quando

(76) Εἰ γὰρ διὰ τὸ τέλειον τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύσεως περιττὴν εἶναι λέγεις τὴν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσιν, τί σὺ ἀπολογήσῃ τοῖς ἐροῦσί σοι · εἴπερ ἡ ἐκ Πατρὸς χορηγία τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐντελὴς, περιττὴ ἄρα ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ : ὅτι γὰρ καὶ τελεία ἡ ἐκ Πατρὸς χορηγία τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ ὅμως οὐ περιττὴ καὶ ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ διὰ τὴν τελειότητα τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀναμφίβολον. Σὺ δὲ εἰ μὲν οὐχ ὁμολογεῖς καὶ ἐκ Πατρὸς τελείαν εἶναι τὴν χορηγίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Υἱοῦ δὲ ὁμοίως, καὶ μὴ περιττὴν, οὕτω τὰ περιττὰ τῆς κατὰ σὲ περιττῆς ἐκπορεύσεως λάλει · εἰ δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς χορηγίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τελείαν ὁμολογεῖς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ τελείαν δέχῃ καὶ περιττὴν εἶναι οὐ λέγεις, ἵνα μὴ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὑπερβήσῃ ὅρους, περιττά σοι λοιπὸν τὰ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως.

(77) De hoc Athanasii dicto (ex orat. 1, c. Arianos, sive potius, ut communiter nunc vocatur, ex ep. encyclica ad Afros episc.) disputant Niceph. Blemmida orat. 24, c. 6 (*G. O.* I, 44). Georg. Metochita contra Manuel. Cretens. c. 19, 20 (lib. II, 1034 seq.), Allatius in *Vindic. syn. Ephes.* c. 55, p. 344 seq.

(78) Hoc nil aliud sibi vult, nisi τὸ γεννητὸν, τὸ κπορευτὸν, sicut neque τὸ ἀγέννητον, essentiam non constituere, quod contra Eunomium Patres inculcant.

assumpsit carnem carni assistentem, unctionemque illius factam, sicut scriptum est : « Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto et virtute? » Non igitur indigentiam aliquam vel imperfectum quidpiam Filius supplens Spiritus emissor exsistit. At vero emittere Deus (79) [277] cum Patre nullius indigo, tum quod amborum indifferenter est Spiritus, tum quod sine medio de Patre Filius provenit; idcirco non ex solo Patre Spiritus, sed (et) ex Filio, qui solus fructus exsistit Patris secundum eamdem habitudinem, quæ ex Patre procedit. » Demum neque hoc prætereundum, quod similem objectionem sanctus Thomas sibi proposuit enodandam : « Spiritus sanctus perfecte procedit a Patre; ergo superfluum est dicere, quod procedat a Filio. » Quam ita solvit (1, q. 36, a. 2 ad 6) : « Per hoc, quod Spiritus sanctus perfecte procedit a Patre, non solum non superfluum est dicere, quod Spiritus sanctus procedat a Filio, sed omnino necessarium, quia una virtus est Patris et Filii. Et quidquid est a Patre, necesse est esse a Filio, nisi proprietati filiationis repugnet. Non enim Filius est a se ipso, licet a Patre. » Cf. etiam Petav. de Trin. VII, 16, 2.

5. Pergit Photius (c. 8) : Nova aliqua relatio deberet in Latinorum hypothesi excogitari, vi cujus Spiritus sanctus Filio consubstantialis etiam principiandi haberet prærogativam ad suam dignitatem servandam. Hoc caput, etsi brevissimum, etsi affine cap. 3 (vide supra § 1, 2) atque ex parte in eo refutatum, etsi assertiones complectens a Photio non probatas, tamen plures animadversiones exposcit, quæ et circa alios ejusdem syllogismos valebunt. I. Certum est ex revelata doctrina, Spiritum sanctum esse terminum æternarum et immanentium originum et ultra tres personas Divinitatem non extendi. Thomas (l. c. q. 27, a. 3) : « In divinis non est processio, nisi secundum actionem, quæ non tendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente. Hujusmodi autem actio in intellectuali natura est actio *intellectus* et actio *voluntatis*. *Processio autem Verbi* attenditur secundum actionem intelligibilem. Secundum autem operationem voluntatis invenitur in nobis quædam alia processio, scil. *processio Amoris*, secundum quam amatum est in amante, sicut per conceptionem [278] verbi res dicta vel intellecta est in intelligente. Unde et præter processionem Verbi ponitur alia processio in divinis, quæ est *processio Amoris*. » Exinde etiam probat (a. 5) in divinis non plures quam duas processiones esse, et (a. 3. ad 1) docet « quod non est necessarium procedere in divinis processionibus in infinitum. Processio enim, quæ est ad intra, in intellectuali natura, terminatur in processione voluntatis. » Ex hac egregia doctrina etiam per se consequitur processio Spiritus sancti ex Filio, cum processio amoris processionem intelligibilem præexigat et a Verbo oriatur Amor, ut idem doctor (Opusc. III, c. 3) ostendit. Hoc sublime argumentum jam exposui. Augustinus (*De Trin.* XV, 17 seq.) eoque utitur tum Ratramnus (v supra II, § 7), tum Hugo Etherianus, qui (l. I, c. 14, p. 1208) adductis Hieronymi verbis (in psal. XIV) : « Spiritus sanctus nec Pater est nec Filius, sed dilectio, quam habet Pater in Filium et Filius in Patrem, » ita prosequitur : « Quoniam igitur Spiritus, ut est amor Patris, ita et Filii, ut procedit ex Patre, procedit ex Filio, manifestum igitur est ex dictis, quod non exsistente Filii Spiritu neque ex ipso procedente impossibile est eumdem Spiritum Patris esse vel ex Patre procedere. » Id pariter probat Joan. Argyropulus (*De proc. Spirit. sancti*, c. 3 seq. *G. O.* I, 404 seq.), occidentalium quoque doctorum principiis imbutus, in nominibus λόγου et ἀγάπης insistens. II. Inæqualitas dignitatis personarum inde repeti nequit, quod una est absque principio, altera a principio atque principians, tertia a principio, neque tamen principians. Id Photius statuit, dum supponit Spiritum non servare dignitatem suam, si non est ipse quoque alicujus principium, quemadmodum Filius. Revera posset ipse, qui tot hæreseon Latinos incusat, Eunomianismi argui, dum hic et alibi ex originis relationibus essentiæ æqualitatem affici censet. « Æqualitas, ait Thomas, in divinis et similitudo attenditur secundum essentialia, nec potest secundum dictionem relationum inæqualitas [279] vel dissimilitudo dici. Unde Aug. c. Maxim. III, 18 dicit: Originis quæstio est, quod *de quo* sit, æqualitatis autem, *qualis* aut *quantus* sit..... Sicut eadem essentia, quæ est in Patre paternitas, in Filio est filiatio, ita eadem dignitas, quæ in Patre est paternitas, in Filio est filiatio. » (Q. 42, a. 4 ad 2.) Pari modo ad argumentum illud : « Filius non magis convenit cum Patre, quam Spiritus sanctus; sed Spiritus sanctus et Pater non sunt unum principium respectu alicujus divinæ personæ ; ergo neque Pater et Filius, » ita respondet (q. 36, a. 4 ad 3) : « Ad tertium dicendum, quod secundum relativas proprietates non attenditur in divinis similitudo vel dissimilitudo, sed secundum essentiam. Unde sicut Pater non est similior sibi, quam Filio, ita nec Filius similior Patri quam Spiritus sanctus. » Ergo non amittit Spiritus sanctus suam dignitatem eo quod nulla ab eo persona procedat et si Photius id contendit, cum Eunomio contendat oportet, ingenitum, genitum, ac generatim τὸ ἀρχήν τινος ; εἶναι ipsam constituere naturam, quod a Patribus toties condemnatum est (80). III. Apud Latinos quælibet persona ab altera qualibet relationibus distinguitur, adeo ut nulla nova relatione opus sit; Latini nec plures, nec pauciores σχέσεις admittunt, quam Patres Greci. Quod si activa spiratio et Filio

(79) Et hic lectio, corrupta videtur; legendum fortasse, At vero emittit eum.

(80) Cf. Greg. Naz. orat. 32, p. 519, ed. Bill. Basil. *G. Eun.* I, 5 seq. Cyrill. Thes. XVIII, p. 184, 185.

tribuitur, hac ipsa discernitur Filius a Spiritu tanquam opposita relatione, et hoc ipsarum relationum nexus ac conditio postulat. Imo Photianum systema hac in parte mancum, imperfectum, ac debita cohærentia destitutum ostendi potest. Quod his subjectæ theologorum demonstrationes satis evidenter docebunt.

6. J. G. Walchius ex ordine trium personarum divinitus traditio consequi Spiritus sancti processionem etiam a Filio hoc pacto inculcat (*Hist. controv.* c. 10, § 2, p. 167, 168): [280] « Quod si enim, inquit, Spiritus procedit a Patre, quemadmodum Christus, Joan. xv, 26, testatur, idemque Græci docent, Filius autem inter divinas personas secundum locum tenet (81), atque ejusdem cum Patre est essentiæ, sequitur, ut processio Spiritus sancti etiam fiat a Filio. Sane qui hoc negant, in ejusmodi se conjiciunt difficultates, ut aut ordinem in divinitate personarum una cum ratione, qua altera refert se ad alteram, tollere aut affirmare debeant, istas sua natura inter se distare ac remoto Filio cum ejusdem essentia Spiritum sanctum a solo Patre procedere posse. Neutrum esse admittendum quisquis perspicit, qui rem ex veritate, non ex perversa opinione ac prava voluntate æstimat; recteque præter alios Joan. Affelmannus (*Syntagma exercit. academic.* p. I, p. 416) dicit : Si Spiritus sanctus non procederet a Filio, omnis plane personalis nexus ac relatio inter Filium et Spiritum sanctum tolleretur. Requirit vero absoluta Trinitatis perfectio, ut personæ suis productionum respectibus et hypostaticis relationibus sic omnes ad se mutuo, adeoque singulæ ad singulas sint devinctæ, ut Pater quidem referatur hypostatica relatione ad Filium tanquam ad genitum, Filius ad Patrem ut progenies ad suum genitorem, Pater ad Spiritum sanctum ut spirans ad suum spiraculum, Spiritus sanctus item ad Patrem, tanquam suum spiratorem. Relinquitur ergo inter solum Filium et Spiritum sanctum quædam solitudo et hiatus, si nulla personalis inter τοῦ Λόγου et Spiritus sancti hypostasin interveniret relatio. Quale διάστημα sive qualem hiatum absoluta illa ac infinita Trinitatis perfectio nullo modo admittit.» Sed ista jam luculentissime versarant ac demonstraverant vetustiores theologi. Præclare Anselmus Havelbergensis episc. (lib. II *Dial.* c. 11, p. 179, ed. Paris, 1723): « Cum hæc dicis (Spiritum sanctum non procedere a Filio), [281] maximam utrique, Filio scilicet et Spiritui sancto, injuriam facis; nam cum Pater et Filius se invicem habeant ut gignens et genitus, et item Pater et Spiritus sanctus ut emissor et emissus, et ut donator et donum, dic, quæso, nunquid non magnam injuriam facis *Filio et Spiritui sancto*, quibus *nullam adinvicem relationem* tribuis, quinimo quos, ut ita dixerim, a socia processionis communione disjungis? Quid enim est, quod Filius aliqua media relatione respiciat Spiritum sanctum seu Spiritus sanctus Filium, si processionem istius ab illo de medio amborum abstuleris? » Eodem pertinent et ista Hugonis Etheriani (l. II, c. 5, p. 1220): « Spiritus ex Patre prodiens aut contingit Filium aut non contingit; si non contingit, non est aliquid quod conjungat et copulet Filio Spiritum. » Prætera ordinem, qui est in sancta Trinitate, perspicue asserit ac declarat Becous (*De proc. Spirit. sanct.* c. 8; *G. O.* I, 301 seq.); hic vero ordo ut necessarius, æternus atque immutabilis ex contingenti ac temporaria missione repeti nequit, neque ex essentia, quæ eadem in tribus personis est; solum igitur ex originis relatione petendus (cf. Petav. *De Trin.* VII, 6, n. 6, 7). Uberius ostendit hujus ordinis naturam et relationes, quas ille flagitat, Georgius Trapezuntius (*De proc. Spirit. sanct.* ad Joan. Cubocl. *G. O.* I, 470 seq.): « Triadis ipsius nomen, inquit, ordinem signat, et fieri nequit, ut Trias vere et re ipsa dicatur, nisi relationem tria illa inter se habeant; nam si duo quis supposuerit, quæ relatione inter se non referantur, erunt duo illa prorsus et non dualitas. Quod si tria sunt quæ supponuntur, si unumquodque ad reliqua tria relationem habebit, erit Trias, sin minus, tria. Igitur si Pater erga Filium et erga Spiritum sanctum relationem habet naturalem, eam quæ secundum causam est, Filius vero erga Patrem, quod ex eo est, sed ad Spiritum nullam, neque Spiritus erga Filium, aut dualitas fuerit aut tres dii, et non Trinitas, Deus. Quam impietatem sedula provisione declinantes doctores optime affirmarunt, [282] et communibus Christianorum notionibus creditur, divinas hypostases alteram alteri adhærere et conjungi; quod apud Græcos plane antiquatum est, ut jam versentur in periculo, ne de fide in Trinitatem decidant (82). Profecto in systemate Photiano Pater quidem habet relationem ad Filium et ad Spiritum sanctum, Filius et Spiritus sanctus relationem habent ad Patrem, sed nullam ad Spiritum Filius, nullam ad Filium Spiritus relationem habet; deest omnino mutuus nexus inter duas postremas hypo-

(81) Huc spectant plura testimonia apud Allat. *Find. syn. Ephes.* c. 67, p. 501 seq. Cf. *Græc. orthod.* I, 474, 475; II, 725-728.

(82) L. c. n. 3, p. 472 : Πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῆς Τριάδος ὄνομα τάξιν δηλοῖ · καὶ ἀδύνατον τριάδα λέγειν ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς εἰ μὴ σχέσιν πρὸς ἄλληλα ἔχει τὰ τρία · εἴ τις γὰρ δύο τινὰ ὑποθείη μὴ σχέσιν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα οἱανοῦν, δύο, οὐ δυὰς ἔσται · εἰ δὲ τρία εἴη τὰ ὑποκείμενα, εἰ μὲν ἕκαστον πρὸς τὰ λοιπὰ δύο σχέσιν ἔχει, τριὰς ἔσται, εἰ δὲ μή, τρία. Εἰ ἄρα ἔχει ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὴν κατ' αἰτίαν φυσικὴν σχέσιν, ὁ δὲ Υἱὸς πρὸς μὲν τὸν Πατέρα ἔχει ὅτι ἐξ αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα οὐδεμίαν οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱόν, ἡ δυὰς ἔσται ἢ τρεῖς ἔσονται θεοί (φεῦ τῆς ἀτοπίας !) καὶ οὐ Τριὰς ὁ Θεός · ἦν δὴ ἀσέβειαν φεύγουσι τοῖς διδασκάλοις καλῶς λέγεται, καὶ ταῖς κοιναῖς τῶν Χριστιανῶν ἐννοίαις πιστεύεται, ἔχεσθαι ἀλλήλων τὰς θείας ὑποστάσεις · ὃ τοῖς Γραικοῖς οὐδαμῶς σώζεται, ὥστε κινδυνεύειν αὐτοὺς τῆς εἰς Τριάδα πίστεως ἀποπίπτειν. Cf. et Constant. Meliten. I, c. 33. (*G. O.* II, 724 seq.)

siases; quod plane absonum (83). Neque ejusmodi relatio ex consubstantialitate *per se* spectata peti potest; etenim « quod aliqua consubstantialia sunt, non ideo relatio inter eos intercedit, ut in hominibus est deprehendere (84). Præterea omnibus notum est, [283] in divinis personas essentia uniri, relationibus disjungi. Ergo quæ per similitudinem et identitatem naturæ relatio oboritur, unit potius, non disjungit; at *Trinitatis nomen et mutua hypostaseon connexio, qua sibi invicem adhærescunt, plane relationem disjungentem exposcit* (85). »

7. Connectitur cum hac postrema Trapezuntii observatione Patrum ac theologorum ratiocinatio, quæ his innititur principiis: 1° nonnisi *relationibus* personas divinas ab invicem distingui; 2° relationes autem personas distinguere non posse, nisi secundum quod sunt *oppositæ;* 3° oppositas relationes in divinis nullas esse, nisi *relationes originis* (86); unde efficitur, dempto originis nexu non amplius [284] divinas personas posse ab invicem distingui. Quod nemo Angelico Doctore explanavit accuratius, qui (p. I, q. 30, a 2) ita disserit: « Non est possibile dicere, quod secundum aliquid absolutum divinæ personæ ab invicem distinguantur, quia sequeretur, quod non trium esset una essentia. Quidquid enim in divinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo, quod solum *relationibus* divinæ personæ ab invicem distinguantur. Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quod sunt *oppositæ*. Quod ex hoc patet, quia Pater habet duas relationes, quarum una refertur ad Filium, et alia ad Spiritum sanctum, quæ tamen quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad unam personam Patris tantum pertinent. Si ergo in Filio et in Spiritu sancto non esset invenire nisi duas relationes, quibus uterque refertur ad Patrem, illæ relationes non essent ad invicem oppositæ, sicut neque duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Unde sicut persona Patris est una, ita sequeretur, quod persona Filii et Spiritus sancti esset una, habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris; hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem Trinitatis. Oportet ergo quod Filius et Spiritus sanctus adinvicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in divinis relationes oppositæ, nisi *relationes originis*, ut supra probatum est (87). Oppositæ autem relationes originis accipiuntur *secundum principium et secundum id quod est a principio*. Relinquitur ergo quod [285] necesse est dicere vel Filium esse a Spiritu sancto (quod nullus dicit) vel Spiritum sanctum esse a Filio, quod nos confitemur. Et huic quidem consonat ratio processionis utriusque. Dictum enim est supra quod Filius procedit per modum intellectus ut Verbum, Spiritus sanctus autem per modum voluntatis ut Amor. Necesse est autem, quod Amor a Verbo procedat. Non enim aliquid amamus, nisi secundum quod conceptione mentis apprehendimus; et secundum hoc manifestum est, quod Spiritus sanctus procedit a Filio. » Et rursum: « Si ab una persona Patris procedunt duæ personæ, scil. Filius et Spiritus sanctus, oportet esse aliquem *ordinem* eorum ad invicem (88). Nec potest aliquis ordo alius assignari, nisi ordo, quo alius est ex alio. Non est igitur possibile dicere, quod Filius et Spiritus sanctus sic procedant a Patre, quod neuter eorum procedat ab alio, nisi quis poneret in eis

(83) Ib. n. 30, p. 536: Ἡ μὲν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ σχέσις καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα σώζεται καὶ Γραικοῖς, Υἱοῦ δὲ καὶ Πνεύματος οὐδεμία σχέσις εὑρίσκεται, ὥστε αὐτοῖς συγχεῖσθαι τὰ πάντα. Cf. Constantin. Meliten, l. c. c. 27 (*G. O.* II, 702); Beccum *De proc. Spirit. sancti*, c. 8. n. 5 (ib. I, 505).

(84) P. 475: Οὐ γὰρ τῷ ὁμοουσίοις εἶναι τισι καὶ σχέσις προσέσται· ἦν γὰρ καὶ ἀνθρώποις πᾶσι τῆς αὐτῆς οὔσι φύσεως· τοὐναντίον δὲ τῷ προσεῖναί τισι φυσικὴν σχέσιν καὶ ὁμοουσίοις εἶναι ἀκολουθεῖ. Cf. Allat. *Vindic. syn. Eph.* c. 45-67, p. 219-220, 497 seq. De his inferius sermo recurret.

(85) Ibid.: Παντί που δῆλον, ἐν τοῖς θείοις τῇ οὐσίᾳ ἑνοῦσθαι τὰ πρόσωπα, ταῖς δὲ σχέσεσι διακρίνεσθαι· ἡ γοῦν κατὰ τὴν ὁμοιότητα καὶ τὸ ταυτὸ τῆς οὐσίας σχέσις οὐ διακρίσεως, ἀλλ' ἑνώσεως· τὸ δὲ τῆς τριάδος ὄνομα καὶ τὸ ἔχεσθαι ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις σχέσιν ἀπαιτεῖ διακρίνουσαν.

(86) Id diserte nec uno in loco Gregorius Nyssenus testatur. *Lib. ad Ablad.* (Opp. II. p. 459) docet: Ἐν ᾧ μόνον διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Roc testimonium, ut alii v. gr. Niceph. Blemmida et Constant. Meliteniota (*G. O.* I, 55-56; II, 663), adducit quoque Hugo Etherianus (I. III, c. 13, p. 1249): « Immutabilitatem naturæ confitentes eam quæ secundum causam ejusque quod est ex causa differentiam non inficiamur. In quo solo discerni alterum ab altero deprehendimus, dum hunc quidem causam esse credimus, hunc vero ex causa. » Rursum Nyssen I. I, *C. Eunom*, p. 164: Ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν. Et paulo ante: Ὃν τρόπον προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐν μόνῃ τῇ τάξει τῇ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δηλαδὴ τὴν διαφορὰν ἔχει· ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. De quo loco conf. Georg. Trapezunt. *G. O.* I, 464-513 seq. Similia occurrunt apud Cyrillum Alex. *Thesaur.* lib. II, c. 3; lib. VII, c. 1, Cf. Joh. Theol. in sess. XVIII, conc. Flor. (Hard. IX, 201-204) et Petav. *De Trin.* VII, 9-2.

(87) Cf. ib. q. 28, a. 3: « De ratione autem relationis est respectus unius ad alterum, secundum quem aliquid alteri opponitur relative. Cum igitur in Deo realiter sit relatio (a. 1), oportet, quod realiter sit ibi oppositio. Relativa autem oppositio in sui ratione includit disjunctionem. » Cf. et art. 4.

(88) Id negat Theophanes Procopowicz op. cit. cap. 18, § 304, p. 391, 392, contendens sufficere relationes ad Patrem, ad se invicem eos non referri nisi secundum consubstantialitatem, ac præterea ad Scotistas fugiens, ut a Thomæ argumento se extricet. Verum quemadmodum ejusmodi effugia cum Patrum doctrina pugnent, ex dictis jam dignosci potest.

materialem distinctionem, quod est impossibile. » Imo secus nec ipsæ processiones distinguerentur, ut Thomas (ib. ad 7) docet : « Spiritus sanctus distinguitur personaliter a Filio in hoc, quod origo unius distinguitur ab origine alterius. Sed ipsa differentia originis est per hoc, quod Filius est solum a Patre, Spiritus sanctus vero a Patre et Filio. Non enim aliter processiones distinguerentur, sicut supra ostensum est. » Simili modo jam Hugo Etherianus disputarat (I. III, c. 12, p. 1247) : « Pater a Filio alia persona est, eo quod per generationem ei esse præstat. In hoc enim differt a Filio, quod ei esse dat per nativitatem ; rursus a genitore Fillius differt, quod nascendo accepit ab ipso exsistentiam. Item a Spiritu sancta [286] per hoc differt Pater, quia esse illi dat, dum ipsum emittit. At vero Spiritus sanctus non ob aliud exsistit alia a Patre persona, nisi quia ex ipso procedendo accipit. Igitur et a Filio dum alia sit persona, idem Spiritus aut illi esse dat aut ab ipso accipit. Non autem dat, ut palam est; accipit ergo. Circa unam enim et simplicem substantiam Patris et Filii et Spiritus sancti aliam præter eas quæ dictæ sunt, causam differre ad invicem vix quis rectæ fidei assignabit. Quare si alia est a Filio persona Spiritus, dictarum aliquam habitudinum ad ipsum habet. Sin autem non, ab ipso non est alia persona. « Hinc et Nicephorus Blemmida (orat. 2, c. 14; *G. O.* I, 58) præter alia absurda ex Photianorum systemate sequi et illud affirmat, τὸ ἀντιδιῃρημένα εἶναι Λόγον καὶ Πνεῦμα non amplius verum fore ; hinc et Bessarion (*De proc. Spirit. sancti*, Apud Arcud. Opusc. theol. aur. q. 232 seq.) omnino Thomæ concordans hanc propositionem propugnat : Εἰ μὴ τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐξ Υἱοῦ οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο. Quæ conclusio, licet Scotistæ eam negaverint (89), spectatis et perpensis Patrum [287] principiis validissima existimari debet. Cæterum cf. Petav. *De Trin.* VII, c. 6, n. 6, 7; c. 9, II. 5 seq. Henr. Kilber in [288] Theol. Wirceb. tract. *De Deo uno et trino*, diap. 6, c. 2, n. 407. Quæ cum ita sint, patet tantum abesse ut Latinis aliqua nova relatio effingenda sit, qua ipsorum systema perficiatur, ut præ Photianorum doctrina illud undique absolutum, perfectum sibique cohærens ostendatur; patet necessariam quamdam σχέσιν omnino in schismaticorum theoria desiderari, neque solum Photii argumentum optime retorqueri verum simul oppugnati ab eo dogmatis veritatem luculentissime demonstrari

8. Sed ad Photium revertamur. Nova effingit monstra, quæ Latinorum doctrina necessario inducat. « At enimvero concidunt proprietates personarum » (cap. 9). Videlicet : Patris proprietas constitutiva est spirare Spiritum; hæc vero tollitur, si communis sit spiratio et Filio. Sed illud assumptum jam refutatum est in altero Photii effato (supra III, §§ 5, 6). Unde cadit et quod inde deducitur : « Pater et Filius in unam contrahuntur personam, quod Sabellianum vel Semisabellianum est. » — Non sequitur, ait Petavius (l. c. c. 10, tum et Filium solummodo distingui putant ταῖς ἀπὸ Πατρὸς διαφόροις προόδοις, καθ' ἃς τὸ μὲν γεγέννηται, τὸ δὲ ἐκπορεύεται, quærit, inquam, quanam ratione diversæ habeantur progressiones illæ duæ, qua in re hæc differentia consistat. Si in eo, quod generatio immediate est a Patre solo, processio vero per generationem et Spiritus per Filium, id pro nobis est, ait, id fere in Thomæ rationem recidit. Si vero in eo, quod utraque a Patre solo, tunc non amplius possunt Filius et Spiritus ab invicem distingui. Nam *diversæ* quorumdam πρόοδοι sunt aut παρὰ τὸ αἴτιον aut παρὰ τὸ αἰτιατόν· posterius rursus duplici modo esse potest (διχῶς) : vel quia principiata ad diversas species pertinent vel quia in diversa supposita secernuntur et terminantur (ἢ διὰ τὸ τὰ αἰτιατὰ διαφόρων εἰδῶν εἶναι ἢ διὰ τὸ εἰς διάφορα ὁρίζεσθαι ἄτομα). Jam vero Filius et Spiritus haud secundum speciem differunt, unam et eamdem numero naturam et divinam essentiam a Patre progrediendo accipientes ; neque sic differunt κατὰ τὰ ἄτομα· primum quidem quia ibi nulla materia nihilque materiæ analogicum, qua ejusdem naturæ supposita ab invicem separantur, deinde quia et suppositorum ex iisdem causis progressiones ejusdem speciei (ὁμοειδεῖς) sunt; hic vero neque ambæ sunt generationes, neque ambæ processiones. Restat ergo progressionum differentiam esse κατὰ τὸν τοῦ αἰτίου λόγον. Sed si utrobique unus Pater erit αἴτιος, tunc certe ex parte τοῦ αἰτίου nulla prorsus differentia, et distinctio Spiritus et Filii omnino cadit, ita ut una tantum persona evadant, quod absurdum et fidei repugnans. Necesse est ergo, si divinæ personæ ab invicem distinguendæ sunt, eas oppositis relationibus secundum principium et principiatum distingui et Spiritum a Filio et Patre τῇ τοῦ προβαλλομένου πρὸς τὸν προβάλλοντα διαφορᾷ, καὶ μὴ ἄλλως διακρίνεσθαι. Sic Bessarion.

(89) Photium (ut Scotistas) censuisse, sufficienter Spiritum sanctum a Filio distingui, etsi non habeat ab eo originem, scilicet ex eo, quod non eadem ratione ambo ex Patre procedant, tum ex opere nostro colligi potest, tum ex iis manifestum efficitur, quæ in *Amphiloch.* quæst. 26 a Scotto edita (Quædam ex Photii *Amphiloch.* Neapoli 1814, 4, p. 26-31) de illa quæstione disputat : Si ex eodem principio Filius et Spiritus sanctus procedunt, quomodo nec fratrum appellationem accipient, nec filii nomen Spiritus sanctus acquiret ? Ibi in eo potissimum insistit, quod uterque sit ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως, hanc vero diversitatem progressionis utriusque intimius perscrutari sedulo evitat, solum rem exemplis quibusdam ex rebus creatis desumptis illustrare quadantenus conatur. « Jam vero, ait Scottus (p. 31. n. 1), quisquo videt, quam sint ineptæ comparationes, quibus ille innititur, cum res, quas in exemplum adducit, non per diversum processionis modum, sed per materiem individuantem et formæ diversitatem distinguantur, quæ omnia in divinis personis locum non habent ; imo interdum, ut videre est apud D. Thomam p. I, q. 36, a. 3 ad 1, similitudines propositæ contra Photium potius faciunt. » Patet tum ex principio tum ex fine hujus disputationis Photianæ, quosdam orthodoxos difficultatem movisse, quam ipse frustra enervare contendit. Cæterum inter Græcos auctores, qui dogma catholicum tuebantur, plures invenire est, qui Thomæ argumentum non admittant; quibus suffragari videtur Georgius Scholarius in *Responsione ad Marci Ephesii syllogismos*, cap. 6. (Cod. Monac. 27 f. 194 a. seq.) late eam rem pertractans. Præclare vero ostendit Bessarion, doctrinam illam Photii aut nihil efficere aut in Thomæ rationem refundi. Quærit enim (*Respons. ad Ephes. syllog.* 48 ; cod. citat. f. 230 a. b.) ex iis qui Spiri-

siases; quod plane absonum (83). Neque ejusmodi relatio ex consubstantialitate *per se* spectata peti potest; etenim « quod aliqua consubstantialia sunt, non ideo relatio inter eos intercedit, ut in hominibus est deprehendere (84). Præterea omnibus notum est, [283] in divinis personas essentia uniri, relationibus disjungi. Ergo quæ per similitudinem et identitatem naturæ relatio oboritur, unit potius, non disjungit; at *Trinitatis nomen et mutua hypostaseon connexio, qua sibi invicem adhærescunt, plane relationem disjungentem exposcit* (85). »

7. Connectitur cum hac postrema Trapezuntii observatione Patrum ac theologorum ratiocinatio, quæ his innititur principiis: 1° nonnisi *relationibus* personas divinas ab invicem distingui; 2° relationes autem personas distinguere non posse, nisi secundum quod sunt *oppositæ;* 3° oppositas relationes in divinis nullas esse, nisi *relationes originis* (86); unde efficitur, dempto originis nexu non amplius [284] divinas personas posse ab invicem distingui. Quod nemo Angelico Doctore explanavit accuratius, qui (p. I, q. 30, a 2) ita disserit: « Non est possibile dicere, quod secundum aliquid absolutum divinæ personæ ab invicem distinguantur, quia sequeretur, quod non trium esset una essentia. Quidquid enim in divinis absolute dicitur, ad unitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo, quod solum *relationibus* divinæ personæ ab invicem distinguantur. Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quod sunt *oppositæ*. Quod ex hoc patet, quia Pater habet duas relationes, quarum una refertur ad Filium, et alia ad Spiritum sanctum, quæ tamen quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad unam personam Patris tantum pertinent. Si ergo in Filio et in Spiritu sancto non esset invenire nisi duas relationes, quibus uterque refertur ad Patrem, illæ relationes non essent ad invicem oppositæ, sicut neque duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Unde sicut persona Patris est una, ita sequeretur, quod persona Filii et Spiritus sancti esset una, habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris; hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem Trinitatis. Oportet ergo quod Filius et Spiritus sanctus adinvicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in divinis relationes oppositæ, nisi *relationes originis*, ut supra probatum est (87). Oppositæ autem relationes originis accipiuntur *secundum principium et secundum id quod est a principio*. Relinquitur ergo quod [285] necesse est dicere vel Filium esse a Spiritu sancto (quod nullus dicit) vel Spiritum sanctum esse a Filio, quod nos confitemur. Et huic quidem consonat ratio processionis utriusque. Dictum enim est supra quod Filius procedit per modum intellectus ut Verbum, Spiritus sanctus autem per modum voluntatis ut Amor. Necesse est autem, quod Amor a Verbo procedat. Non enim aliquid amamus, nisi secundum quod conceptione mentis apprehendimus; et secundum hoc manifestum est, quod Spiritus sanctus procedit a Filio. » Et rursum: « Si ab una persona Patris procedunt duæ personæ, scil. Filius et Spiritus sanctus, oportet esse aliquem *ordinem* eorum ad invicem (88). Nec potest aliquis ordo alius assignari, nisi ordo, quo alius est ex alio. Non est igitur possibile dicere, quod Filius et Spiritus sanctus sic procedant a Patre, quod neuter eorum procedat ab alio, nisi quis poneret in eis

(83) Ib. n. 30, p. 536: Ἡ μὲν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ σχέσις καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα σώζεται καὶ Γραικοῖς, Υἱοῦ δὲ καὶ Πνεύματος οὐδεμία σχέσις εὑρίσκεται, ὥστε αὐτοῖς συγχεῖσθαι τὰ πάντα. Cf. Constantin. Meliten, l. c. c. 27 (*G. O.* II, 702); Becoum *De proc. Spirit. sancti*, c. 8. n. 5 (ib. I, 505).

(84) P. 475: Οὐ γὰρ τῷ ὁμοουσίοις εἶναι τισι καὶ σχέσις προσέσται· ἦν γὰρ καὶ ἀνθρώποις πᾶσι τῆς αὐτῆς οὔσι φύσεως· τοὐναντίον δὲ τῷ προσεῖναί τισι φυσικὴν σχέσιν καὶ ὁμοουσίοις εἶναι ἀκολουθεῖ. Cf. Allat- *Vindic. syn. Eph.* c. 45-67, p. 219-220, 497 seq. De his inferius sermo recurret.

(85) Ibid.: Παντί που δῆλον, ἐν τοῖς θείοις τῇ οὐσίᾳ ἑνοῦσθαι τὰ πρόσωπα, ταῖς δὲ σχέσεσι διακρίνεσθαι· ἡ γοῦν κατὰ τὴν ὁμοιότητα καὶ τὸ ταυτὸ τῆς οὐσίας σχέσις οὐ διακρίσεως, ἀλλ' ἑνώσεως· τὸ δὲ τῆς τριάδος ὄνομα καὶ τὸ ἔχεσθαι ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις σχέσιν ἀπαιτεῖ διακρίνουσαν.

(86) Id diserte nec uno in loco Gregorius Nyssenus testatur. *Lib. ad Ablad.* (Opp. II. p. 459) docet: Ἐν ᾧ μόνον διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου. Hoc testimonium, ut alii v. gr. Niceph. Blemmida et Constant. Meliteniota (*G. O.* I, 55-56; II, 663), adducit quoque Hugo Etherianus (l. III, c. 13, p. 1249): « Immutabilitatem naturæ confitentes eam quæ secundum causam ejusque quod est ex causa differentiam non inficiamur. In quo solo discerni alterum ab altero deprehendimus, dum hunc quidem causam esse credimus, hunc vero ex causa. » Rursum Nyssen I. I, *C. Eunom*, p. 164: Ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξηρημένου ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν. Et paulo ante: Ὃν τρόπον προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐν μόνῃ τῇ τάξει τῇ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δηλαδὴ τὴν διαφορὰν ἔχει· ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. De quo loco conf. Georg. Trapezunt. *G. O.* I, 464-513 seq. Similia occurrunt apud Cyrillum Alex. *Thesaur.* lib. II, c. 3; lib. VII, c. 1, Cf. Joh. Theol. in sess. XVIII, conc. Flor. (Hard. IX, 201-204) et Petav. *De Trin.* VII, 9-2.

(87) Cf. ib. q. 28, a. 3: « De ratione autem relationis est respectus unius ad alterum, secundum quem aliquid alteri opponitur relative. Cum igitur in Deo realiter sit relatio (a. 1), oportet, quod realiter sit ibi oppositio. Relativa autem oppositio in sui ratione includit disjunctionem. » Cf. et art. 4.

(88) Id negat Theophanes Procopowicz op. cit. cap. 18, § 304, p. 391, 392, contendens sufficere relationes ad Patrem, ad se invicem eos non referri nisi secundum consubstantialitatem, ac præterea ad Scotistas fugiens, ut a Thomæ argumento se extricet. Verum quemadmodum ejusmodi effugia cum Patrum doctrina pugnent, ex dictis jam dignosci potest.

materialem distinctionem, quod est impossibile. » Imo secus nec ipsæ processiones distinguerentur, ut Thomas (ib. ad 7) docet : « Spiritus sanctus distinguitur personaliter a Filio in hoc, quod origo unius distinguitur ab origine alterius. Sed ipsa differentia originis est per hoc, quod Filius est solum a Patre, Spiritus sanctus vero a Patre et Filio. Non enim aliter processiones distinguerentur, sicut supra ostensum est. » Simili modo jam Hugo Etherianus disputarat (I. III, c. 12, p. 1247) : « Pater a Filio alia persona est, eo quod per generationem ei esse præstat. In hoc enim differt a Filio, quod ei esse dat per nativitatem ; rursus a genitore Filius differt, quod nascendo accepit ab ipso exsistentiam. Item a Spiritu sancto [286] per hoc differt Pater, quia esse illi dat, dum ipsum emittit. At vero Spiritus sanctus non ob aliud exsistit alia a Patre persona, nisi quia ex ipso procedendo accipit. Igitur et a Filio dum alia sit persona, idem Spiritus aut illi esse dat aut ab ipso accipit. Non autem dat, ut palam est; accipit ergo. Circa unam enim et simplicem substantiam Patris et Filii et Spiritus sancti aliam præter eas quæ dictæ sunt, causam differre ad invicem vix quis rectæ fidei assignabit. Quare si alia est a Filio persona Spiritus, dictarum aliquam habitudinum ad ipsum habet. Sin autem non, ab ipso non est alia persona. « Hinc et Nicephorus Blemmida (orat. 2, c. 14; *G. O.* I, 58) præter alia absurda ex Photianorum systemate sequi et illud affirmat, τὸ ἀντιδιῃρημένα εἶναι Λόγον καὶ Πνεῦμα non amplius verum fore ; hinc et Bessarion (*De proc. Spirit. sancti*, Apud Arcud. Opusc. theol. aur. q. 232 seq.) omnino Thomæ concordans hanc propositionem propugnat : Εἰ μὴ τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐξ Υἱοῦ οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο. Quæ conclusio, licet Scotistæ eam negaverint (89), spectatis et perpensis Patrum [287] principiis validissima existimari debet. Cæterum cf. Petav. *De Trin.* VII, c. 6, n. 6, 7; c. 9, II. 5 seq. Henr. Kilber in [288] Theol. Wirceb. tract. *De Deo uno et trino*, diap. 6, c. 2, n. 407. Quæ cum ita sint, patet tantum abesse ut Latinis aliqua nova relatio effingenda sit, qua ipsorum systema perficiatur, ut præ Photianorum doctrina illud undique absolutum, perfectum sibique cohærens ostendatur; patet necessariam quamdam σχέσιν omnino in schismaticorum theoria desiderari, neque solum Photii argumentum optime retorqueri verum simul oppugnati ab eo dogmatis veritatem luculentissime demonstrari

8. Sed ad Photium revertamur. Nova effingit monstra, quæ Latinorum doctrina necessario inducat. « At enimvero concidunt proprietates personarum » (cap. 9). Videlicet : Patris proprietas constitutiva est spirare Spiritum; hæc vero tollitur, si communis sit spiratio et Filio. Sed illud assumptum jam refutatum est in altero Photii effato (supra III, §§ 5, 6). Unde cadit et quod inde deducitur : « Pater et Filius in unam contrahuntur personam, quod Sabellianum vel Semisabellianum est. » — Non sequitur, ait Petavius (l. c. c. 10, tum et Filium solummodo distingui putant ταῖς ἀπὸ Πατρὸς διαφόροις προόδοις, καθ' ἃς τὸ μὲν γεγέννηται, τὸ δὲ ἐκπορεύεται, quærit, inquam, quanam ratione diversæ habeantur progressiones illæ duæ, qua in re hæc differentia consistat. Si in eo, quod generatio immediate est a Patre solo, processio vero per generationem et Spiritus per Filium, id pro nobis est, ait, id fere in Thomæ rationem recidit. Si vero in eo, quod utraque a Patre solo, tunc non amplius possunt Filius et Spiritus ab invicem distingui. Nam *diversæ* quorumdam πρόοδοι sunt aut παρὰ τὸ αἴτιον aut παρὰ τὸ αἰτιατόν· posterius rursus duplici modo esse potest (διχῶς) : vel quia principiata ad diversas species pertinent vel quia in diversa supposita secernuntur et terminantur (ἢ διὰ τὸ τὰ αἰτιατὰ διαφόρων εἰδῶν εἶναι ἢ διὰ τὸ εἰς διάφορα ὁρίζεσθαι ἄτομα). Jam vero Filius et Spiritus haud secundum speciem differunt, unam et eamdem numero naturam et divinam essentiam a Patre progrediendo accipientes ; neque sic differunt κατὰ τὰ ἄτομα· primum quidem quia ibi nulla materia nihilque materiæ analogicum, qua ejusdem naturæ supposita ab invicem separantur, deinde quia et suppositorum ex iisdem causis progressiones ejusdem speciei (ὁμοειδεῖς) sunt; hic vero neque ambæ sunt generationes, neque ambæ processiones. Restat ergo progressionum differentiam esse κατὰ τὸν τοῦ αἰτίου λόγον. Sed si utrobique unus Pater erit αἴτιος, tunc certe ex parte τοῦ αἰτίου nulla prorsus differentia, et distinctio Spiritus et Filii omnino cadit, ita ut una tantum persona evadant, quod absurdum et fidei repugnans. Necesse est ergo, si divinæ personæ ab invicem distinguendæ sunt, eas oppositis relationibus secundum principium et principiatum distingui et Spiritum a Filio et Patre τῇ τοῦ προβαλλομένου πρὸς τὸν προβάλλοντα διαφορᾷ, καὶ μὴ ἄλλως διακρίνεσθαι. Sic Bessarion.

(89) Photium (ut Scotistas) censuisse, sufficienter Spiritum sanctum a Filio distingui, etsi non habeat ab eo originem, scilicet ex eo, quod non eadem ratione ambo ex Patre procedant, tum ex opere nostro colligi potest, tum ex iis manifestum efficitur, quæ in *Amphiloch.* quæst. 28 a Scotto edita (Quædam ex Photii *Amphiloch.* Neapoli 1814, 4, p. 26-31) de illa quæstione disputat : Si ex eodem principio Filius et Spiritus sanctus procedunt, quomodo nec fratrum appellationem accipient, nec filii nomen Spiritus sanctus acquiret? Ibi in eo potissimum insistit, quod uterque sit ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως, hanc vero diversitatem progressionis utriusque intimius perscrutari sedulo evitat, solum rem exemplis quibusdam ex rebus creatis desumptis illustrare quadantenus conatur. « Jam vero, ait Scottus (p. 31. n. 1), quisquo videt, quam sint ineptæ comparationes, quibus ille innititur, cum res, quas in exemplum adducit, non per diversum processionis modum, sed per materiem individuantem et formæ diversitatem distinguantur, quæ omnia in divinis personis locum non habent ; imo interdum, ut videre est apud D. Thomam p. I, q. 36, a. 3 ad 1, similitudines propositæ contra Photium potius faciunt. » Patet tum ex principio tum ex fine hujus disputationis Photianæ, quosdam orthodoxos difficultatem movisse, quam ipse frustra enervare contendit. Cæterum inter Græcos auctores, qui dogma catholicum tuebantur, plures invenire est, qui Thomæ argumentum non admittant; quibus suffragari videtur Georgius Scholarius in *Responsione ad Marci Ephesii syllogismos*, cap. 6. (Cod. Monac. 27 f. 194 a. seq.) late eam rem pertractans. Præclare vero ostendit Bessarion, doctrinam illam Photii aut nihil efficere aut in Thomæ rationem refundi. Quærit enim (*Respons. ad Ephes. syllog.* 18 ; cod. citat. f. 230a. b.) ex iis qui Spiri-

§ 17) : « Nam personæ duæ sua singulæ proprietate constituæ sunt, quæ sunt ἡ πατρότης καὶ υἱότης, quibus integre et invicem distinctæ hypotases exsistunt. His jam constitutis alia quæ est spirandi proprietas accedit, eaque divinam essentiam, ut est in Patre ac Filio, sive ut in Patre et a Patre est in Filio, *consequitur* ac modificat. Ita fit; ut unum fiat ex ambobus principium, unusque spirator, non tamen una persona; si quidem ἡ προβολὴ non est personalis proprietas, sive τὸ ἰδιον ὑποστατικὸν, hoc est, personam constituens. » Gennadius, in *Exposit. con. Flor.* p. 1, sect. 10, hoc postremum merito inculcat : « Si hypostaticum personæ Patris producendi actum poneremus, tunc utique id inconveniens sequeretur, vereque esset Filius una cum Patre persona, constitutivæ proprietatis cum eo communicans. Sed quia personæ Patris constitutiva proprietas paternitas et generatio dicta est esse, [289] producere vero proprietas sive notio, quæ sequitur *Personam constitutam* ipsius, quæ necessitas est, eum qui cum illo communem habet eam proprietatem, quæ personæ ejus constitutiva non est, unam esse cum eo personam? Nam sicuti communicans cum Patre Filius, scilicet Spiritum ejus esse, quemadmodum et Patris, et mitti ab eo, quemadmodum et a Patre, tamen non cum eo personas communicat, quia Spiritum dici Patris vel ab eo mitti non est paternæ personæ constitutivum; sic neque qui productionem communem cum Patre habet, ita unam personam conjungitur, quia producere non est paternæ personæ constitutivum. Quod si mirum est duas personas esse unum principium et non conjungi (confundi), magis mirum erit, quod tres personæ sint unum principium nec conjungantur (confundantur). » Bessarion, epist. ad Alex. Lasc. c. 8. (Hard. IX, 1070) : « Quod si operationem spirandi, inquit, constitutivam personæ paternæ poneremus, tunc sequeretur hoc inconveniens... Ponere autem potentiam spirandi constitutivam esse personæ Patris, et ex solo Patre Spiritum procedere, *unum et idem est.* Quare qui hoc dicit, *petit principium.* » Quæ J. Beccus in hanc rem respondet, ea potius in posteriores Latinomachos quadrant, quibuscum ille pugnabat, quam in ipsum Photium (90). Demum eodem jure, [290] quo Græci Photiani Latinos, quia communem faciunt Patri Filioque spirationem activam, Sabellianismi incusant, eodem, imo majori possunt hi illos, quia Filium omnia Patris possidentem a spiratione excludunt, Filii coefficientia Patris honorem minui autumant et anxie nimis Patris prærogativas inculcant, Arianismi arguere. Quo Ratramnus (I. I, c. 3, p. 229 ; I. III, c. 6, p. 298) ; Petrus Mediolan. (ad imp. Alex. *G. O.* I, 380 seq.); Beccus (in Testam, ib. p. 377) aliique spectasse videntur. Neque postremo id advertisse amplius opus est, nullam hinc divisionem discerptionemque sequi, neque unum Patris idioma ipsi integrum servari, alterum vero destrui, quæ ex dictis jam satis refutata sunt.

9. Rursum declamat Photius (cap. 11 : « Præterea si duo principia in thearchica et superessentiali Trinitate conspiciuntur, ubi erit tandem toties decantata Deoque digna monarchiæ vis? Quomodo non polytheismi impietas nunc irrumpet? Quomodo non sub Christianismi specie ethnici erroris superstitio ab iis qui talia audent dicere introducetur? » Sed quonam pacto monarchia destruitur et inducitur polytheismus? « Duo principia inducuntur. » Sed hoc probandum Photio erat, non assumendum, ut merito respondet Beccus (*Or. de un.* c. 38 ; *G. O.* I, 158, 159) ; imo contrarium supra probatum est (III, § I seq.). « Etiamsi enim, ait Bessarion (91), Pater et Filius non unum sint principium, *qua* Pater et Filius tamen unum sunt in principio εἰδικῷ, quod est divina essentia, secundum quam unam et eamdem numero in ambobus exsistentem Spiritum producunt; [291] et hoc sufficit ad hoc, quod unum sit principium Divinitatis ; sicut etiam unum principium creationis Trinitas, licet Trinitas sit, propter unam et eamdem trium voluntatem. » Eodem jure, ait alibi (ep. *ad Alex. Lasc.* Hard. IX, 1071) præfatus cardinalis, quo gentiles olim Christianos accusarunt, quod tres statuant deos, tria principia, dum æqualiter Patri et Filio et Spiritui sancto tribuunt rerum creationem ac gubernationem, hic Græci accusant Latinos ; et eodem modo, quo SS. Patres illos ethnicos refutarunt monarchiæ dogma exponentes, eodem et hi criminatores refelluntur, quoniam ad Patrem omnia referuntur, ab eo quidquid habet, habet Filius, et una eademque in spirando est actio Patris atque et Filii.

19. Nec minus fallaciter ratiocinatur Photius, c. 12 : Si duo in Trinitate principia admittuntur, etiam tertium admittendum est, cum trinum magis locum habeat in Trinitate quam dualitas. Responderi potest primo, falso supponi, duo admitti

(90) Nimirum (*Or. de un.* c. 36 ; *G. O.* I, 156-158) illud urget : Τὸ ἐκπορεύεσθαι significare ex Photio τὴν ἐκ Θεοῦ φυσικὴν καὶ οὐσιώδη τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν, hanc vero ὕπαρξιν, etiam per verba προτίνεται προχεῖσθαι, προέρχεσθαι exprimi, quæ vocabula ex sententia Ecclesiæ Græcæ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ Πνεύματος λέγεσθαι constet ; neque tamen quemquam putare, inde vel Spiritus simplicitatem destrui vel συναλοιφὴν Patris et Filii insinuari. Unde arguit : Vel dum simplex Spiritus ex Patre et Filio dicitur ab Ecclesia *profundi*, Patrem et Filium in unam dices contrahi personam, quod communi repugnat sensui ; vel si hoc non vis, neque contendere potes, quando Romani dicunt Spiritum ex Patre Filioque *procedere*, tum confusionem et contractionem Patris et Filii introduci.

(91) Bessarion c. 19 contra Marci Ephes. syllog. 36. (Cod. Mon. 27 f. 252, 253) : Εἰ γὰρ καὶ μὴ εἶεν ἓν αἴτιον ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἢ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, ἀλλ' εἰσὶν ἓν τῇ εἰδικῇ ἀρχῇ, ἥτις ἐστὶν ἡ θεία οὐσία, καθ' ἣν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀριθμῷ ἐν ἀμφοῖν οὖσαν τὸ Πνεῦμα προάγουσι · καὶ τοῦτ' ἀρκεῖ πρὸς τὸ μίαν ἀρχὴν εἶναι θεότητος · ὥσπερ καὶ μία ἀρχὴ κτίσεως ἡ Τριὰς, καίτοι Τριὰς οὖσα, διὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν θέλησιν.

principia diversa a Latinis ; secundo, nullam esse rationem, cur tres personæ principiantes ad intra statuantur, imo admitti eas non posse, esse vero rationem, cur duabus personis principii ratio vindicetur, licet non ut personæ distinctæ in processione concipiantur (cf. supra III, § 4). Quod ad posterius attinet, id vel ipsa Patris ostendit appellatio, qua πρώτη αἰτία καὶ ἀρχὴ προκαταρκτικὴ nuncupatur, nimirum ut hac prærogativa secernatur ab illa, quæ est ἀρχὴ ἐξ ἀρχῆς quæque etiam ἀρχὴ simpliciter dicitur (vide infra Greg. Naz. § 24); prius vero non minus ex dictis patet. Scite sanctus Thomas (q. 30, art. 2 ad 4) : « Oppositio relationis non permittit, ut cum relatione Spiritus sancti sit relatio principii respectu divinæ personæ, quia *ipse procedit ab aliis personis, quæ in divinis esse possunt.* » Neque congruentiæ ratio inde petita juvat, quod τὸ τριαδικὸν magis locum habeat in Trinitate, quam τὸ δυαδικὸν, ternarius magis quam binarius. Nonne et a Photianis τὸ [292] δυαδικὸν admittitur, dum docent, in Trinitate esse τὸ ἄναρχον καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς, duas personas esse αἰτιατὰ, duplicem esse πρόοδον, generationem et processionem ? Nulla exhinc sequitur dissectio ac divisio in Trinitate, neque Patris prærogativa quidquam minuitur, et ex dictis patet. Quamobrem non erat, cur Photius : « Christianorum auribus intolerabilia, iracundiam æque ac luctum excitantia » (cap. 13), quæ Latinorum doctrinæ consectaria logice ac vere necessaria sunt, traduceret ; nullum ex allatis absurdis Ecclesiæ occidentalis dogma ferit.

11. Post alia duo argumenta jam superius perpensa (III, §§ 4, 8 seq.), ita Photius (cap. 16) prosequitur : « Neque hoc prætereundum, quod ipsam personam Patris in duas impia illa doctrina dividit vel omnino Filii personam in partem paternæ hypostaseos assumptam decernit. » Idque ex eo potissimum probat, quod « Pater non ratione essentiæ, sed ratione personæ sit causa eorum quæ ex ipso, » quod axioma, prout hic ponitur, falsum esse demonstratum est (III, § 11). Non incongrue contra Nicolaum Methonensem similia effutientem ita disserit Hugo Etherianus (l. II, c. 4, p. 1218) : « Manifestum quod Filius Patris personam ut patientem defectum aliquem non adimplet ; neque quispiam ipsum Filium partem esse personæ Patris, eo quod Spiritus ex ipso procedat, dicere cogitur. Quomodo enim si Filius eadem ratione connumeratur Patri, qua Spiritus utrique, personæ Patris portio inveniatur Filius ? Sane si *nata Lot eadem ratione est causa filii, qua parens utriusque causa exsistit,* minime ipsa in paternæ compositionem personæ adigitur. » Photio vero ita Hugo (l. II, c. 18, p. 1233) breviter respondet : [293] « Vanus est sermo et inefficax, qui propter causam et causativum personam Patris in duo dividit aut Filii personam Patris personæ causam (l. partem) constituit. Causa (ed. causam) enim et causativum nesciunt personam dividere, neque in inferioribus. Non ergo causa exsistens cum Patre Spiritus dividit (Filius) paternam personam. » Præterea card. Bessarion, ep. *ad Alex. Lascar.* c. 7 (l. c. p. 1063) hoc pacto argumentum in Photianos retorquet : « Si generatio et spiratio ita essent propriæ personæ paternæ, ut utraque per se constitueret ejus personam, uniuscujusque vero operationis principium est *forma*, duæ formæ (per formam intelligimus principium harum duarum operationum) essent principia. Sed unaquæque forma, id est, unumquodque principium operationis constitutivæ cum illa operatione aliquam personam constituit, sicut essentia, quæ est principium generationis activæ, cum ipsa generatione Patrem constituit ; et sic *Pater essent duæ personæ.* Hoc autem inconveniens est. »

12. Docet Photius (cap. 17) et qui eum sequuntur, ut Nicolaus Methonensis (c. 24) : Omne quod proprium unius est, quod translatum de duobus aliis dicitur, si de utroque pari modo verificatur, consubstantiales eos ostendit ; si vero de uno tantum, non autem de altero verum erit, diversæ naturæ eos esse manifestat. Quod continuo exemplis illustrare student ; risibile v. gr. de homine, non de angelo, de Socrate ac Platone, non vero de Socratis imagine prædicari potest. Sic igitur quod proprium est Patris, ita arguunt, videlicet spiratio activa, dum duabus cæteris personis transferendo adaptatur, atque de Filio quidem vere prædicari affirmatur, non autem de Spiritu sancto, diversæ substantiæ esse Filium ac Spiritum omnino convincit. Verum inanis est res universa ; non solum quia proprietatum, quæ ad unum κυρίως spectant aliisque accommodari possunt, varia sunt genera nec omnes illationem ad identitatem vel diversitatem naturæ permittunt (92), sed multo magis quia Photii [294] theoria in hypothesi falsa versatur, dum supponit, *Patris esse proprium producere Spiritum*, idque non nisi ex arbitrio adaptari et accommodari personæ Filii atque in eam transferri (cf. art. præced. § 5 seq.). Neque hinc sequitur ulla necessitas, qua Patris

(92) Quæ huc quodammodo spectant Hugonis Etheriani verba (l. I, c. 12, p. 1205) in quibusdam corrupta videntur. Legitur apud eumdem : « Non omnis proprietas personam describit, id est sicut ea æqualiter (?) ei, quæ segregare naturam putatur a reliquis, sic quædam proprietates in his quidem quæ diversarum substantiarum sunt, segregant naturam ; in consubstantialibus, id est, in his quæ sunt ejusdem naturæ, vero personam insignire videntur, ut in homine et equo *risibile* atque *hinnibile ;* quæ cum differentium naturarum sint proprietates, intra eamdem speciem non substantiam secat alterutra, sed personarum separationis indictum adjecto numero tantum præstat ; *dextrum* autem et *sinistrum* et hujusmodi *nec secant substantiam nec personas definiunt.* Similiter his divinæ personæ habent quasdam *proprietates, quæ neutrum efficiunt*, quasdam vero *quæ alterum*, quæ solum tres sunt : paternitas, filiatio atque processio. » Cæterum cf. art. præced. et § 13.

persona in naturam dissolvatur (c. 19); spiratio activa non essentiæ qua tali nec ut principio agenti vindicatur; Patris persona æque ac persona Filii jam constituta supponitur neque exinde destruitur; constitutiva personæ non eripiuntur Patri, sed intacta prorsus manent, ut satis jam declaratum fuit.

13. « Si proprium Patris » (ita Photius cap. 18), « transfertur in Filium, etiam proprium Filii transfertur in Patrem, ita ut et Pater generationem subeat ac genitus censeatur. At cum quod fundamenti loco ponit, falsum esse jam satis constet, neque ea consecutio quidquam virium habebit. Ne eadem repetamus, Bessarionis præclaram disputationem hic exhibebimus jam dicta uberius illustrantem. Quærit itaque Bessarion (ep. ad Alex. Lascar. c. 5; Hard. IX, 1060), quidnam sit personæ Patris constitutivum (τί ποτ' ἐστὶν Ἴδιον εἶδος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ συνιστῶν). Ac primo inquirit, utrum sit τὸν ἀγέννητον. At non videtur, inquit; hoc enim est negatio [ἀπόφασις]; 92[a]) nil autem eorum quæ sunt secundum negationem hoc aliquid est. Imo innascibilitas non [295] est nisi proprietas, quæ sequitur jam constitutam ejus personam (ἰδίωμα ἑπόμενον συστάντι τῷ προσώπῳ αὐτοῦ). Secundo disceptat, an sit τὸ αἴτιον, hoc quod dicitur causa sive principium. Neque hoc admittendum. Nam si hoc esset constitutiva ejus forma, causa seu principium, αἴτιος, potius diceretur quam Pater; at ab omnibus doctoribus communiter Pater nominatur. Præterea sic non reale quidquam, sed ideale quoddam foret, νόημα, non πρᾶγμα[a] communicabile esset, dum tamen communicabile nulli dat formaliter esse incommunicabile, quod facit erga personam formale ipsius constitutivum (93). Restat igitur, aut paternitatem solam aut spirationem (τὴν προβολήν) solam, aut ambas esse constitutivum personæ paternæ. Sed imprimis tertium est impossibile, sive 1) ita concipitur, ut per se utraque constituere possit, sive ita 2) ut nonnisi ambæ simul id valeant. Nam si utraque nota per se (ἰδίᾳ) constituerit, jam duas formas (δύο εἴδη) Pater haberet, et consequenter duæ personæ esset, et duas personas et duas formas habens. « Cum enim illæ sint rationes distinctæ, si quælibet earum esset personæ constitutiva, cum constitutivæ formaliter diversæ sint respectu diversorum constitutorum, sequitur id quod diximus: Pater esset duas personales formas habens, sicut si quis homo duas haberet [296] animas, quod absurdum est (94). Quod si vero non utraque per se, sed ambæ simul (ἅμα) constituerent, neque qui diceret Patrem solum, significaret personam paternam, neque qui προβολέα. Attamen hujus totum contrarium est in usu; omnes enim doctores et omnis Scriptura cum dicunt Patrem, divinam ejus personam significant; nostri etiam (Græci) cum dicunt προβολέα, ipsum Patrem solum putant significare. Igitur nec ambæ *simul* sunt constitutivæ personæ paternæ nec utraque *per se*. Restat ergo aut paternitatem esse constitutivam et propriam Patris formam, spirationem vero sequi eum jam constitutum, aut e converso. . . At si τὸ προβάλλειν quidem constituit, τὸ γεννᾷν vero sive paternitas sequitur, absurdum quid et quod præter omnium doctorum traditionem est, sequitur: esset spiratio prima et immediata Patris operatio (πρώτη καὶ ἄμεσος ἐνέργεια); nam hæc a constitutiva cujusque personæ forma prodit, per ipsam autem aliæ operationes fiunt; hinc sequeretur ulterius, per spirationem fieri generationem, ita ut non amplius, ut theologi asserunt, Spiritus per Filium procederet, sed Filius per Spiritum generaretur (95). Cum vero hæc absurda sint ac traditioni contraria, restat *paternitatem* constituere personam paternam, et hanc ejus esse incommunicabilem formam, spirationem vero sequi jam constitutam [297] ejus personam. Inde efficitur ipsum τὸ γεννᾷν primam et immediatam operationem personæ paternæ esse; ipsum vero προβάλλειν fieri διὰ τοῦ γεννᾷν, non quidem tanquam per principium, sed ut per aliquid necessarium, quod *præexigitur* (96). Quod si ita est, jam inde desumitur argumentum, quod Filium ab activa spiratione excludi non posse demonstrat. Id Bessarion (l. c. c. 6, init. p. 1061) hoc pacto proponit: « Per primam et immediatam operationem uniuscujusque personæ perficiuntur omnes aliæ operationes; sed prima et immediata operatio Patris est generatio; per generationem igitur perficitur actio spirandi: et sic ex Patre per Filium procedit Spiritus sanctus. »

14. Post longam illam de textu Joan. XVI, 13, 14, disputationem (cap. 20, 30) novum sophismatum

(92[a]) Cf. Augustin. *De Trin.* v, 7; Thom. *Sum.* q. 32, a. 4 ad 1.

(93) Cod. Monach. 27 f. 41 a. hic ea tantum habet: Ἔτι τὸ αἴτιον καθόλου κατὰ τοῦ Πατρός τε καὶ προβολέως λεγόμενον νόημα μόνον ἔσται, καὶ οὐδὲν πρᾶγμα· ὃ δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ἔστιν οὐκ ὄν· τὸ δὲ μὴ ὄν, οὐ δύναται τοῦ ὑπερουσίου ὑποστατικὸν εἶναι· λείπεται οὖν, κ. τ. λ. Sed multo uberior est textus Lat. apud Hard. l. c. « Item cum causa seu principium universale quiddam sit; hoc dictum est secundum illos philosophos, qui tenent universalitatem fieri secundum intellectum; si tamen diceretur universalia nullo modo ab intellectu dependere, adhuc non esset dicendum, quod illud *commune* principium esset alicujus personæ formaliter constitutivum, cum communicabile, » etc., ut supra.

(94) In cod. Mon. l. c. tantum legitur: Εἰ μὲν οὖν καὶ ἑκάτερον ἰδίᾳ, δύο ἄρα εἴδη ὁ Πατὴρ ἕξει, καὶ ἀκολούθως καὶ δύο πρόσωπα ἔσται, ὡς δύο προσωπικὰ εἴδη ἔχων, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄνθρωπος δύο ἔχοι ψυχὰς, ὅπερ ἄτοπον.

(95) Ibid. Ἡ πρώτη καὶ ἄμεσος ἑκάστου προσώπου ἐνέργεια ἀπὸ τοῦ συστατικοῦ εἴδους αὐτοῦ πρόεισι· πᾶσαι δ' ἄλλαι ἐνέργειαι διὰ ταύτης τῆς πρώτης δηλαδὴ ἐνεργείας . . . εἰ γοῦν καὶ τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ τὸ προβάλλειν ἐστι τὸ συστατικὸν εἶδος, ἔσται ἡ μὲν πνεῦσις ἢ ἐκπόρευσις ἡ πρώτη αὐτοῦ καὶ ἄμεσος ἐνέργεια· διὰ δὲ τοῦ πνεῖν καὶ προβάλλειν γεννηθήσεται ὁ Υἱὸς· καὶ οὐκέτι τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς οἱ θεολόγοι φασὶν, ἀλλ' ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος πρόεισιν.

(96) Id declarat sanctus Thomas, *Sum.* 1, q. 33, a. 4 ad 5; et q. 27, a. 4.

cyclum auspicatur Photius, in quo plura jam dicta aliis verbis repetit novaque iis adjungit. Quæ cap. 31 disserit, reipsa cum iis conveniunt quæ cap. 7 disputarat (cf. § 4) Supponitur et hic duplex προβολή ut a Latinis propugnata, supponitur ab utroque spirante peculiare quid conferri ex eorum sententia, ex parte Patrem, ex parte Filium spirare. Sed « non ex patre, » ait Hugo Etherianus (l. II, c. 2, p. 1260), « Pater et Filius Spiritum, sed *ex toto et perfecte utrumque pariter* emittit; solus enim Filius exsistit de Patre absque medio, ideoque perfecte Spiritum emittit sicut Pater. » Reliqua, quæ notanda veniunt, jam § 4 dicta sunt.

15. Quod ad illud spectat, pluribus proprietatibus a Patre distinctum fore Spiritum quam Filium, adeoque et a Patre remotiorem cogitandum esse in Lat. systemate (cap. 32), id falsum esse non minus superius dicta convincunt. Sola enim processione seu spiratione passiva distinguitur Spiritus a Patre et Filio; nec paternæ substantiæ Filius propior est quam Spiritus; quia reipsa uterque est [298] immediate a Patre et ab eo totam divinitatis accipit plenitudinem. Nec obstat quod Patres dicunt Spiritum mediate esse a Patre, immediate a Filio; quo id sensu dicatur, satis (artic. præced. § 17 seq.) declaratum fuit. Audiatur nunc et Manuel Calecas, qui (l. III, p. 438, ed. cit.) hoc pacto objectioni occurrit; « At ista sacris doctoribus potius imputanda sunt, siquidem absurda videantur. Ipsi quippe sunt, qui Spiritum a Patre *tertium* docent, sumpta scil. ab ipso Domino occasione in salutaris traditione baptismatis, ac per Filium procedere dicunt, perque ipsum Patri conjungi.... Præterea Spiritus sanctus, si a Patre quidem alio processu, a Filio autem alio procederet, essetque processus ex ambobus duplex, fortassis haberet rationem, culpare differentiam processuum; quod etiam differenter a Patre et Filio distaret Spiritus, ac propterea gradus in personis quosdam cogitare. Sin vero unus idemque sibi ab utroque processus est, similiter etiam ad utrumque referretur.... Quemadmodum Pater non magis perfectus est quam Filius, quod ille causa, iste causalis (causatus) sit, neque ideo ab illo distat, etsi secundus ab eo ratione causæ dicitur; divinitas enim in utroque una: ita et Spiritus sanctus, etsi juxta unicum simplicemque processum ex Patre per Filium est, et ad Patrem et Filium veluti ad unum productorem spirantemque refertur, quorum et Spiritus est et spiraculum dicitur; non tamen minor est Filio, neque Patre minor erit, licet per Filium Patri conjungatur; alioquin et Filius erit, dissimilis Patri, eo quod causalis sit, etsi non ita sicut Spiritus, juxta tamen proportionis rationem.... Ordo autem et ad aliquid (πρός τι sive relative) quomodolibet habere, naturarum non facit differentiam. Nam v. gr. eo quod amicus sit, vel vicinus vel magister, nihil in se ipsum alicubi accedit, ut propter habitum perfectior in se ipso secundum essentiam sit; neque si quispiam filium ac nepotem habeat, tertius maxime erit vel similior vel dissimilior avo secundum essentiam quam filius. [299] Quod si in rebus humanis ita contingit, multo magis in divinis personis, ubi una asseritur natura, ac præter solam, quæ secundum causam et causale est, differentiam nulla alia discretio est. » Hoc Calecæ responso contra eamdem difficultatem utitur Natalis Alexander (l. c. pag. 529, 530).

16. Quod Photius (cap. 33) urget, Spiritum ad plura referri principia differentia, id jam satis (art. præced. § 4) discussum fuit; neque dici potest πολύαρχον ἀρχὴν admitti, ubi non nisi unum principium apparet. Dicant præterea Photiani, an tres personæ in communibus ad extra operationibus sint πολύαρχος ἀρχή. Si affirmarint, Muhamedanis et gentilibus, victas dabunt manus; si negaverint, multo minus id in processione Spiritus sancti ex Patre et Filio asserere poterunt. Rursum ad jam dicta reducimur, dum sequens Photii sophisma (cap. 34) perpendimus, ubi arguit Spiritum a consubstantialitate cum Patre excludi, cum communio Patris et Filii sit secundum substantiam. Verum sane est Patrem et Filium communionem habere secundum substantiam, sed ex probatis quoque communionem habent in relatione ad Spiritum sanctum quæ ab essentia, etsi non secundum rem, sed secundum rationem distinguitur. Filius excluditur a generatione activa etiam apud Græcos et tamen κατ' οὐσίαν cum Patre communicat; eadem ratione excluditur Spiritus ab activa spiratione et tamen a communione secundum substantiam cum Patre et Filio non arcetur. Neque enim ratio principii et principiati essentiam constituit, ut toties inculcatum est, nec minorem potentiam faciunt pauciores relationes vel notiones (cf. § 5, II.). Joan. Argyropulus vero non absone notat (*De proc. Spirit. sanct.* c. 9; *G. O.* I, 413) a Patre generativam facultatem Filio, generativam et productivam facultatem Spiritui sancto communicari *non ut* δυνάμεις *verum ut* τελειότητας; unde Filium non posse alterum Filium generare nec Spiritum alium Spiritum emittere vel gignere. Idem sibi vult Hugo Etherianus, dum scribit (l. I, c. 15, p. 1209): « Eadem *potentia* est in Patre, [300] secundum quam potest *generare*, quæ est in Filio, secundum quam potest *generari*, quamvis diversis effulgeat proprietatibus, veluti una potentia est hominis disciplinæ perceptibile » etc. Hæc cum iis connectenda, quæ Thomas disputat 1, q. 42, a. 6 ad 1 et ad 3. Hoc posteriori loco hæc habet: « Sicut eadem essentia, quæ est in Patre paternitas, in Filio est filiatio, ita eadem est *potentia*, qua Pater generat et Filius generatur. Unde manifestum est, quod quidquid potest Pater, potest Filius; non tamen sequitur, quod possit generare; sed mutatur quid in ad aliquid; nam generatio significat relationem in divinis. Habet ergo Filius *eamdem potentiam*, quam Pater, *sed cum alia relatione*, quia Pater habet eam ut *dans*, et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generare; Filius

autem habet eam ut *accipiens ;* et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generari. » Hæc et aliis illustrandis Photii argumentis prosunt. Demum et alia ratione ostendit card. Bessarion (epist. ad Alex. Lasc. c. 7 ; Hard. IX, 1063) nullam sequi quoad naturam inferioritatem, quod Spiritui ratio principii denegatur : « Quod si quis rursus, inquit, dicat : Igitur minor est Spiritus sanctus et Patre et Filio, si quidem Pater generat Filium, Filius et ipse cum Patre spirat Spiritum, Spiritus vero nec Filium generat nec se ipsum nec alium Spiritum spirat : vana ratio ejus est et contra seipsum, qui hæc dicit, concludit. Si enim nullius personæ principium esse imperfectionis et imminutionis signum in Trinitate putandum esset, *paucorum* quoque *personarum causam esse* imperfectionis esset ; Filius igitur, cum unius personæ duntaxat, Spiritus videlicet, principium sit, minor esset hac ratione Patre, qui ambarum personarum est principium. At hoc inconveniens est solum cogitare. Igitur illud quoque similiter absurdum est. *Principium* enim, prout est actui conjunctum, *vel a principio esse*, cum de personalibus proprietatibus sit, neque majus neque minus alterum altero vel esse vel dici facit. »

[301] 17. Novo dilemmate utitur Photius cap. 35 : « Processio Spiritus sancti ex Filio aut est eadem cum processione ex Patre, aut diversa vel contraria. Si prius, communicantur idiomata et characteres personarum ; si alterum, incidimus in Manichæorum vel Marcionitarum hæresin. » Concors vero est Catholicorum responsum, non esse diversam processionem Spiritus sancti a Filio ab illa, qua procedit ex Patre, ac multo minus contrariam ; proinde a Manichæismi spectris, quæ jam satis deridet Beccus (*G. O.* I, 80, 81), nihil omnino fore timendum, sed esse omnino eamdem (III, § 1 seq.), neque tamen communicari personarum characteres, quod Photius nonnisi ex supposito falso principio (ib. § 5 seq.) affirmavit. Neque uberiori responso opus est ad cap. 36 post ea, quæ (art. 3, §§ 12-15) jam disputata sunt, ubi ostensum fuit, nequaquam, ex eo quod ἡ πνεῦσις trium communis non sit, colligi posse, eam *unius personæ* propriam exsistere. Neque Patri eripitur spiratio, neque hypostaticæ proprietates transferuntur (cf. supra § 13).

18. Attamen nec hic quiescit schismatis pessimi auctor et jam dicta aliis inflexa formis reproducens cap. 37 rursum instat, in Latinorum hypothesi debere et Spiritum aliam producere personam, hanc porro aliam, et sic deinceps in infinitum, ita ut gentilium polytheismum adhuc superent et transcendant. Quæ plane absurda sunt. Constat primo minime Latinos cogi aliam etiam personam admittere a Spiritu sancto productam. Id supra (§§ 1, 5) ostendimus ; id et confirmat Georgii Trapezuntii disputatio (*De proc. Spirit. sanc.* c. 27; *G. O.* I, 327 seq.) notatu plane digna. « Generat Filium Pater vere, et cum generat exhibet ipsi quæcunque habet, præter ea quæ confusionem inferunt (πλὴν τὴν σύγχυσιν) et quæ ante et post hypostasin intelliguntur (τὰ προθεωρούμενα τῆς ὑποστάσεως καὶ τὰ ἐπιθεωρούμενα) et rationi hypostasis adversantur (ἐναντία τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως). Quæcunque vero (cum hypostasi) intelliguntur nec [302] adversantur, non tantum extra omnem confusionem sunt, sed et ordinem constituunt. Cum igitur divina natura semel τὸ ἄναρχον habuerit in Patris persona, fieri non potuit, ut illud Filio communicaretur. Præintelligitur enim adversaturque rationi Filii... Neque etiam fieri potest, ut *vim generandi* communicet, ne, ut tradit Basilius, in multitudinem innumeram excrescens Trinitas filios ex filiis generaret. Hujusce præterea causa est, quod generatio secundum principium et finem (cf. art. 3, § 13 eumd. Trapez.) sumitur. Finem voco, in quem progressio (ἡ πρόοδος) finit (sc. terminum), principium, unde incipit, non interjecto tempore, sed cogitatione sola ipsius progressionis, quæ in generante ut principium (ἀρχὴ est, ut finis πέρας) vero in genito. Generatio itaque tanquam principium considerata ut est in Patre præintelligitur fini (termino), qui in ea est ; ideoque præconsiderata Filii hypostasi non potest illi inesse. Nihil enim ex iis, quæ personis in divina Trinitate insunt, præintelligitur hypostasi, in qua est; ne scil. unum ex his duobus subsequatur, aut ante et post intelligi unum et idem, et ex seipso esse, aut multitudinem Filiorum admittere. Non generat ergo Filius, verum producit, et ratio consentanea et consequens est. Producit Pater Spiritum, et cum producit, communicat illi *omnia, quæ non præintelliguntur illius hypostasi ;* propterea que fieri nequit, ut ei communicet vim producendi aut generandi, quemadmodum neque Filio generandi ; namque hæc in Patre præintelliguntur. Sed neque *generari*, quod finis generationis dicebatur, Spiritui inerit. Præintelligitur siquidem hypostasis Filii hypostasi Spiritus. Verum *producere* non præintelligitur Filii persona neque rationi hypostasis ullo modo adversatur. Neque enim ideo Pater Filius vel productio est, nec Filius in Patrem prolabitur, neque Spiritus ex suis propriis excedit, Cum itaque nullam confusionem generet producere, imo totum contrarium, si Filio inest, et ordinem servet et Triadis mutuam [303] relationem (§ 6), illud prorsus Filio Pater communicabit (97) ; et sic Spiritus erit et Filii, et non imperfectus, quod non producat, sicuti neque Filius, quod non generet. Imo *si produceret, esset imperfectus* ; nam vel se

(97) p. 528 : Τὸ μέντοι προβάλλειν οὐ προθεωρούμενον τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως καὶ οὐκ ἐναντίον λόγῳ τινὶ ὑποστάσεως · οὔτε γὰρ ὁ Πατὴρ διὰ ταῦτα Υἱὸς ἢ πρόβλημα · οὔτε ὁ Υἱὸς εἰς Πατέρα μεταπίπτει, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἐξίσταται τῶν ἰδίων αὐτοῦ. Μηδεμίαν οὖν ἐπεισφέρον σύγχυσιν τὸ προβάλλειν, τοὐναντίον δ' ἅπαν, εἰ τῷ Υἱῷ πρόσεστι, καὶ τὴν τάξιν συντηροῦν καὶ τὴν τῆς Τριάδος ἀκατάλληλον σχέσιν · κοινωνήσει πάντως τοῦτο τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ.

ipsum ipse produceret, quod fieri nequit, vel alium, et sic in infinitum produceretur progressio, quod non esse perfectionis tute etiam diceres (98). » Præterea idem auctor (c. 26, p. 526) ad objectionem, Spiritum sanctum mancum et imperfectum esse, si solus inter tres personas non esset principium, hoc pacto respondet : « Perfectum atque imperfectum non ex diacriticis, sed ex naturalibus colligitur. Quæ enim necessario naturæ insita sunt, illa si defuerint, imperfectam naturam efficiunt illius, cui non insunt. Verum quæ hypostases constituunt, et personas discernunt, nunquam imperfectum quidquam efficient natura, cum naturas non secernant, sed circa naturam secernantur, ut theologica vox insonat. Ex discernentibus vero est producere. Non ergo imperfectum quid naturæ Spiritus inerit, quod non producat, sed nec hypostasi. Secernitur enim sufficienter *magis* a Patre et Filio *non producens*, quam secerneretur a Filio, ex Filio *non productus* (99). » Tandem digna sunt quæ considerentur Thomæ [304] verba, quibus solvit difficultatem : « Cujuslibet amantis est aliquis amor; sed Spiritus sanctus est Amor ; ergo est ejus aliquis amor. Si igitur Spiritus sanctus est Amor, erit amor amoris, et spiritus a spiritu. » Ait enim (q. 37. a. 1) : « Ad quartum dicendum, quod sicut Filio, licet intelligat, non tamen sibi competit producere Verbum, quia intelligere convenit ei ut Verbo procedenti : ita licet Spiritus sanctus amet, *essentialiter* accipiendo, non tamen convenit ei, quod spiret amorem, quod est diligere *notionaliter* sumptum, quia sic diligit essentialiter, ut *amor procedens*, non ut *a quo procedit amor.* » Sic ergo, uti jam supra dictum est, in Spiritu sancto terminum habent progressiones immanentes nullusque locus est progressus in infinitum, quem divinitus revelatus ordo proscribit radicitus. « Verum enim, ait Manuel Calecas (l. II, p. 421) ordinem servare opus est, neque ipsius terminos transgredi, sed intra Trinitatem stare juxta traditam nobis fidei regulam. »

19. Quod initio cap. 38 advertit Photius, nonnisi a Patre accipere potuisse Filium, ut Spiritus sancti sit principium, id Catholici uno ore docent. Quos inter Ratramnus, (l. II, c. 3, p. 251) ad ea Nazianzeni verba : « Et ad primam omnium originem, qui est Pater, sicuti Unigeniti omnia, ita etiam sancti Spiritus omnia referuntur » observat : « Talia dicens ostendit omnia, quæ sunt Filii, ad Patrem habere relationem, et omnia, quæ sunt sancti Spiritus, ad eumdem referri velut ad primam omnium originem ; quoniam etsi Spiritus procedat a Filio, *accepit hoc Filius a Patre*, ut nascendo de Patre Filius, Spiritus sanctus procederet ab illo. » Sed si ita est, pergit Photius, unde fit, « ut Spiritus, licet iisdem fruatur honoribus et ex ea ipsa essentia pari ordine [305] ac pari gloria prodeat, principiandi prærogativa privetur? » Quod non ejusdem potentiæ, nec est ejusdem essentiæ; aut Spiritus ergo eadem donatur prærogativa aut ad homousia dejicitur. Sane simili ratione dici potest : Si Filius non generat Filium, non est Patri consubstantialis. Recolantur ea quæ alias ac potissimum quæ § 16, dicta sunt et solutio plana erit. Nolumur tamen præterire, quæ in hanc rem disserit Hugo Etherianus, Methonensem refellens præsulem (cap. 16, ad præsens Photii caput nota 5). In primis urget idem incommodum sequi ex missione ; deinde alia quædam adjungit. « Nam si Filius, ait (l. II, c. 11, p. 1225), » quæcunque habet, a Patre accepit, et Spiritus missionem ab eodem accepit; mittit quippe Spiritum sanctum Filius.... Patet, quod Filius mittat Spiritum sanctum et quod a Patre idem mittatur. Quomodo igitur a Patre accipiens Spiritus missionem (est enim mittens et missus), Spiritus autem non accepit missionem neque Filii neque alterius sui similis? Privatur ergo parili honore — liberalitas hæc. Potest tamen et de facili solutionem habere talis objectio, cum convenienter responderi possit, ideo non accepisse Spiritum Filii causam esse, quia Filius est ipsius causa, Spiritus vero ejus causa esse nusquam reperitur, neque alterius sui similis, ne quarta in Trinitate persona induci demonstretur. Amplius : Quomodo accipit judicium omne Filius a Patre et Spiritui non impertitur? Scriptum est enim : « Omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem (*Joan.* v, 22). » Suspicor, imo credo firmiter, quod emissio Spiritus, si ad honorem Patris pertinet, ad honorem Filii referatur, qui sicut a Patre vitam habet, judicium habet, ita et Spiritus emissionem habet ; et sicut nascibilitas non impedit Filium, quin habeat naturam Patris, imo ex hac habere probatur : sic emissio Spiritus ex Patre et Filio non impedit Spiritum, quin habeat Patris Filiique naturam ; alioquin Spiritus et Filius non sunt ejusdem cum Patre naturæ, cum Pater [306] solus generet, solusque Spiritum, ut Græcus arbitratur, emittat, Spiritus vero et Filius nullo modo. » — Pari modo responderi potest ad id quod cap. 40 Photius profert : « Accepit Filius a Patre ex ipso per generationem prodiens, et aliud ejusdem naturæ producere. Quomodo igitur, cum et ipse Filius consubstantialem producat Spiritum, non communicavit ipsi similem virtutem et hono-

(98) Ibid. p. 528, 529 : Οὐκ ἐλλιπὲς τὸ Πνεῦμα μὴ προβάλλον, ὥσπερ οὐδὲ ὁ Υἱὸς μὴ γεννῶν · μᾶλλον γὰρ προβάλλον ἦν ἂν ἐλλιπές · ἢ γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ προύβαλεν ἄν, ὅπερ ἀδύνατον · ἢ ἄλλο, καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἡμῖν ἐξήκει ὁ λόγος οὐ τελειότητος καὶ αὐτὸς εἴποις ἄν.

(99) Ibid., p. 526 : Τὰ δὲ ὑποστατικὰ ταῦτα καὶ διακριτικὰ οὐκ ἄν ποτε ἀτελές τι ποιήσει τῇ φύσει, μὴ ἀφορίζοντα φύσεις, ἀλλὰ περὶ τὴν φύσιν ἀφοριζόμενα κατὰ τὴν θεολόγον φωνήν · τῶν διακριτικῶν δὲ τὸ προβάλλειν · οὐκ ἄρα ἐλλιπές τι προσέσται τῇ φύσει τοῦ Πνεύματος τῷ μὴ προβάλλειν, οὐδὲ τῇ ὑποστάσει · διακρίνεται γὰρ ἀρκούντως μᾶλλον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς μὴ προβάλλον· ἢ μὴ ἐξ Υἱοῦ προβαλλόμενον, τοῦ Υἱοῦ.

rem, sicut ipse accepit, ut et ille ejusdem naturæ personæ progressu et subsistentia lætari et gloriari possit? » Neque « ad imitandum Patrem, » ut ibidem addit, id tribuere Spiritui vel potuit vel debuit Filius ; perfecte imitatur Patrem Filius, licet non generet et ipse Filium, et pari gloria fruitur Spiritus, licet nec producat nec generet ; æquales sunt tres hypostases, licet una sit absque principio, altera de principio principium, tertia terminus divinarum processionum. Neque *consubstantialitas per se* spectata unquam flagitat, ut et tertiæ personæ principii ratio asseratur.

20. Verum hac in re sedulo notanda sunt quæ varie a diversis proferuntur. Joan. Beccus disputans, *De una Eccl.* c. 51 (*G. O.* I, 184-186) contra Phurnan (vide cap. 8 Photii not. 2.) et cæteri Græci τῆς ἑνώσεως tenent, ex immanente origine ad consubstantialitatem, sed non vice versa ex consubstantialitate duarum personarum ad unius ab altera originem concludi posse. « Tres Divinitatis personæ, ait Beccus (l. c.) communiter inter se participant eamdem naturam eamdemque Divinitatem, et quod insitum est uni propter eamdem cum reliquis naturam, erit et duobus aliis. Et si Spiritus esset ex Filio propter Filii cum Patre consubstantialitatem, esset quoque et Filius ex Spiritu propter Spiritus eamdem cum Patre naturam ; vel potius hæc tria unum esset ex alio ἢ μᾶλλον ἐξ ἀλλήλων ἂν ἦσαν τὰ τρία). At nunc sequitur quidem Filium esse Patri consubstantialem (ὁμοφυῆ), quia ex essentia est Patris, nec ideo cogitur Pater esse ex Filio, quia eamdem naturam habet Pater cum Filio. [307] Si quis enim ex Patre veluti Filius, id et Patri consubstantiale est, quia illud ex essentia Patris est, non vero si quid consubstantiale est cum aliquo, hoc veluti et ex Patre ejusdem essentiæ est. Sic igitur et *Spiritus consubstantialis est Filio ; quia ex essentia est Filii ; at non quia consubstantialis Filio, ideo et ex Filio.* Namque si id esset, esset et ex Spiritu Filius, siquidem ea quæ ejusdem essentiæ sunt, inter se convertuntur (1). » Similiter et alii catholici Græci decernunt (2). Nulli sane controversiæ id potest esse obnoxium, consubstantialem ideo unam personam esse alteri, quia illam inter et hanc originis nexus intercedat et Patrum doctrina omnino plana est, ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ εἶναι, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἢ ἐξ οὐσίας αὐτοῦ ἐστίν. Id ostendunt testimonia Cyrilli Alex. in Joan. xvi, 13 ; *Dial. de Trin.* p. 405, 408, aliaque a Jo. Becco, epigr. xi, (*G. O.* II, 619 seq.) et Leone Allatio (*Vindic. syn. Ephes.* c. 36, p. 172 seq., c. 46, p. 225 seq.) collecta. Nota est illa ratiocinatio theologica : Filio consubstantialis est Spiritus, si est ex ejus essentia. Verum posterius assertum non eodem modo conceditur. Consubstantialitas quidem *per se* et *ex ipsius vi vocis* nullum dicit respectum ad habitudines originis, ex notione sua non exposcit, ut nonnisi de iis prædicetur, inter quos nexus principii et principiati intercedat, cum etiam *fratres* sint ac dicantur inter se consubstantiales ; attamen si *de divinæ Trinitatis personis* consubstantialitas prædicatur, negari prorsus non potest, eam cum originis notione cohærere et a [308] posteriori illationem habitudinis ad originem spectantis ex homousia fieri posse, non pro insita vocabuli ipsius vi, sed pro ratione ac natura Trinitatis juxta principia theologica omnino certa. Quo ista Ratramni pertinere videntur (l. II, c. 3, p. 252) : « Monstratum igitur, ab eo (Filio) procedere Spiritum, cujus est naturæ seu substantiæ ; *neque enim potest ejusdem* naturæ seu *substantiæ, cujus est Filius, esse* (ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ εἶναι), *nisi procedat ab illo.* » Qui hanc posteriorem illationem non admittunt, illud maxime verentur, ut ex *Becco* videre licet, ne et Spiritui sancto προβολὴ ascribatur neve ἐξ ἀλλήλων tres personæ ita existimentur, ut quælibet persona alterius habeatur principium et reciproca productio statuatur. Sed non advertunt minime agi de mutua productione, quæ absurdum includit, sed de habitudine ac nexu originis, quo una persona alterius, quæ ei consubstantialis dicitur, vel principium est vel ab ea principiata. Manuel Calecas, Bessarion et Demetrius Cydonius *duplicem* statuunt consubstantialitatem jam a Becco (3) insinuatam, docentque primum ejus genus de iis prædicari, quæ eamdem habent naturam, etsi unum ab alio prognatum non fuerit, ut Petrus et Paulus ; alterum vero genus unum cum altero ita copulare, ut per ipsum aut ex ipso naturaliter exsistens ac substantive (Allat. *Vind. syn. Eph.* c. 46, p. 227) ; hoc posterius genus proprie illud nomen sibi mereri, et solum locum habere in divinis, ut Calecas (lib. II, p. 407) exponit (4). Sed necessarium non videtur, duplex [309] consubstantialitatis genus secernere, verum solummodo distinguere inter nativam vocis significationem et eam, quæ ex subjecto attributio-

(1) Εἴ τι γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁ Υἱὸς, τοῦτο καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι αὐτό · οὐ μὴν εἴ τι καὶ ὁμοούσιόν τινι, τοῦτο καὶ ὡς ἐκ Πατρὸς τοῦ ὁμοουσίου ἐστίν · καὶ τὸ Πνεῦμα γοῦν ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ · οὐ μὴν διότι ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ · ἦ γὰρ ἂν ἦν καὶ ἐκ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, εἴπερ ἀντιστρέφει τὸ πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ὁμοούσιον.

2) Cf. Allat. *Vindic. syn. Eph.* c. 45, p. 219 seq. Georg. Metochit. *contra Manuel. Cretens.* c. 5. (*G. O.* II, p. 972 seq.)

(3) Becous (Epigr. xi ; *G. O.* II, p. 619) : Εἰ γὰρ κατὰ ἄλλον τινὰ λόγον ὁμοουσιότητος, ὁποῖός ἐστιν ὁ περὶ δύο τινῶν ὁμοουσίων λεγόμενος, ἐν οἷς οὐκ ἔστι διὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, ἦν τὸ Πνεῦμα ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, ἦν ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ἴδιος τοῦ Πνεύματος καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ ἀντιστρέφον τῆς τοιαύτης ὁμοουσιότητος, ὅπερ οὔτε ἐῤῥέθη παρὰ τινος τῶν ἁγίων οὔτε ῥηθήσεταί ποτε . . . ἡ δὲ τοιαύτη ὁμοουσιότης οὐδὲ κυρίως ὁμοουσιότης, κ. τ. λ.

(4) Quæ Petavius, *De Trin.* vii, c. 4, n. 11, 12, de Basilii et Cyrilli textibus hic adduci solitis disserit, ea non immerito a cordatis Theologis tanquam non satis accurata expositio traducuntur ; neque Allatio locis citt. debita semper ἀκρίβεια præsto fuit.

nis eidem accedit. Theologi formalem consubstantialitatis rationem in essentiæ unitate reponunt, causam materialem in hypostaseon pluralitate, efficientem vero in habitudine principii et principiati. Nec eorum ratiocinatio spernenda, qua ita concludunt : Quod si inter divinis personas consubstantialitas prædicatur, ea inde oritur, quod nexus originis inter eas intercedit ; proinde si Filius et Spiritus inter se consubstantiales dicuntur, ratio ex originis nexu ita repetenda, ut unus ad alterum ut ad principium referatur. Cum vero, quominus Filii dicamus principium Spiritum sanctum ordo Trinitatis prohibeat, Filium Spiritus sancti principium habeamus oportet (Cf. Bessarion. *Or. dogm.* c. 6 ; Hard. IX, 353-356).

21. Ex dictis judicari potest de iis, quæ Hugo Etherianus (l. II, c. 20, p. 1235) contra illud assertum *non eodem pacto Spiritum consubstantialem dici Filio, quo consubstantialis* dicitur *Patri*, in medium profert. « At vero, ait, mihi videtur non recte dici consubstantiale prædicari *æquivoce* de tribus personis. Inconvenientia enim sequuntur et impossibilia quamvis plurima. Nam *si Spiritus consubstantialis est Patri, eo quod ex ipso*, procedere *substantiale* est Spiritui. Etenim si Socrates Platoni consubstantialis, quia rationalis est, ambobus *rationale* substantialiter inesse contingit ; at vero procedere neque Patri neque Filio substantiale est ; igitur non sunt ejusdem naturæ cum Patre Filius atque Spiritus. Quod si verum constet, non sunt unus Deus, quoniam consubstantiale non æqualiter et univoce de tribus prædicatur personis. Quod quidem et Photio [310] (cap. 53) videtur dicenti : « Consubstantiale quidem omnino ad utrumque vocibus, et non significatione, reddimus (5), » sed non bene. Nam substantialia (l. consubstantialia) ejusdem sunt substantiæ atque naturæ ; quæ vero ejusdem substantiæ atque naturæ sunt, eamdem rationem substantiæ suscipiunt ; quare (ed. quarum) omnia consubstantialia eamdem substantiæ suscipiunt rationem. Quo fit, ut consubstantiale de omnibus consubstantialibus *similiter* et *eodem modo* enuntietur. Sane sicut specialissima species de suis individuis prædicatur : sic utique *Deus* et *substantia* de tribus dicitur personis, et quemadmodum omnia, quæ specie participant, ejusdem naturæ censentur, ac consubstantialia : sic utique Pater, Filius atque Spiritus sanctus *æqualiter* ejusdem naturæ dicuntur atque consubstantiales secundum substantiæ nomen, et non æquivoce. Ergo secundum quem modum dicitur Spiritus consubstantialis Patri, secundum eumdem et Filio consubstantialis est ; et sicut Filius consubstantialis est Spiritui, ita Spiritus Filio et Patri. Nullam enim possident differentiam in eo, quod consubstantiales ; quare *non quia procedit, consubstantialis est Patri Spiritus*. Amplius : Quoniam consubstantialis est Spiritus Patri, non differt a Patre ; ergo quoniam procedit, non est ei consubstantialis. At enimvero quamvis detur, consubstantialitatem præcise per se spectatam non dicere nexum originis, et cum una essentia sit in tribus personis, quoad suam quidditatem, eam non æquivoce de iisdem prædicari : attamen *ratio ob quam* habetur distingui plane potest in singulis, et immerito prorsus negatur, illam cum habitudine principii et principiati connecti et ex hac ad illam conclusionem [311] fieri posse, quæ tamen in Patrum scriptis sæpenumero occurrit (§ 20). Confundit Etherianus causam *formalem* cum *efficiente*. In exemplo Socratis et Platonis, quod affert, prior habetur ; sed in propositione illa : Spiritum esse Patri consubstantialem διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι, causa efficiens. Ex immanente enim origine fit, ut Filius ac Spiritus eamdem habeant cum Patre essentiam, adeoque sint ei consubstantiales. Procedere vero Spiritui substantiale esse, nequit plane deduci, nisi in processione formalis ratio consubstantialis reponatur, quod sane falsum est. Jam satis monuimus non semper solida et accurata esse, quæ nobilis iste theologus copiose disserit, licet in plurimis felici Marte dimicasse videatur. Hic Photio contradicendi ardore correptus justo longius processisse dicendus est.

22. Quærit Photius, cap. 39, *utrum* magis causam esse censeant Latini, Patremne an Filium. Si Patrem, honor ille Filio præparatus spurius et magis opprobrium erit ipsi ; si vero Filium, gravioris id temeritatis est. Neque enim sufficere ipsis censuerint ad impietatis, quam intendunt, excessum Filio paternam causalitatem ascribere eamque dividere, nisi et potiores partes auferant et loco Patris Filium Spiritui principium statuant. Verum neque his premuntur Latini, qui toties inculcant, æqualiter et pari modo Patrem et Filium esse principium, et solum catenus Patrem primas partes habere, quatenus est ipse prima causa, a qua et Filius ipse est, neque vero inde injuriam fieri Filio, sicut nihil eum lædit, quod non sine causa nec innascibilis est. Neque honor Filio datus spurius et ab extrinseco adjectus censeri potest ; imo necessarius, ex interna profectus necessitate, ex ipsis divinarum personarum relationibus deductus est, ut Catholicorum pro hoc dogmate universa argumenta commonstrant. Nonne quod Filius *solus de solo Patre*, magna ejus prærogativa est, quæ huic omnino exposcit honorem ? (Cf. art. præced. § 6.)

[312] 23. « *Majorem* dicere, etsi non natura (apage ; consubstantialis enim est Trinitas), verum *ratione causæ*, genito genitorem, docet quidem nos Domini vox idque tradit exinde initiatus sacer Patrum nostrorum chorus ; *causæ* autem *ratione Filium Spiritu majorem* neque ex divinis Eloquiis audire

(5) Cap. 91 expresse docet Photius : « Spiritus Patri consubstantialis, quia ex ipso procedit ; sed *non* ex eo *procedit* quia consubstantialis. » Priorem propositionem negat Hugo, sed immerito ; alter potius neganda erat.

est neque huc usque pius sensus id cogitare deprehendebatur. » Ita Photius, cap. 41. Negat Filium μείζονα τοῦ Πνεύματος dici, quemadmodum Pater major Filio dicitur, ratione videlicet principii. Atqui tum Beccus (*Or. de una Eccl.* I, 27, 63, 67 in *Camat. Animadv.* et *Epigr.* XIII ; *G. O.* I, 137, 206, 219; II, 383, 630), tum Constantin. Meliteniota (*G. O.* II, 748) ; Georgius Metochita (*Contra Man. Cret.* c. 7 ; ib. II, 933); Manuel Calecas lib. III, p. 438), Georgius Trapezuntius (*ad Jo. Cubocl.* c. 22 ; *G. O.* I, 517); Joan. Plusiadenus sive Joseph. Methonensis (6) vel quisquis est auctor *Dialogi pro concilio Florentino G. O.* I, 628, 629), tum Leo Allatius (*Enchir.* c. 23, p. ρλζ′ seq. *Vindic. syn. Eph.* c. 66, p. 481) aliique permulti diserta adducunt Athanasii verba orat. 1, *contra Arianos*, n. 50: Τοῖς δὲ μαθηταῖς τὴν θεότητα καὶ τὴν μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, καί· Ἐγὼ ἀποστελῶ· κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει καὶ ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. » Quod e Patrum more ita recte exponit præfatus *Disceptatio pro conc. Flor.* sub nomine Plusiadeni vulgata : Ἴσον μὲν κατὰ τὸ ὁμοούσιον· οὐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων μεῖζον καὶ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης· μείζονα δὲ, ὅτι ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει. Quod si Montfaucon. in sua editione (I, p. 454) μείζονα illud omisit, disceptari adhuc potest, utrum merito an injuria fecerit. Sane præterquam quod ille nonnisi unius codicis Seguier. et *Catenæ* mss. auctoritate [313] in sua lectione innititur, priores editiones vocem ab illo egregio alioquin eruditissimoque viro expunctam retinent, et citati auctores græci (7) non facile contra suorum temporum adversarios ea lectione usi fuissent, sufficienti auctoritate destituti ; et illud perpendendum est, quod et ipse Andronicus Camaterus Latinis infensus (apud Beccum, *G. O.* II, 382) non aliter legisse videatur et quod contextus huic lectioni omnino faveat. Melius enim et fortius τῷ ἐλάττονι opponitur τὸ μεῖζον καὶ ἴσον, quam τὸ ἴσον solum ; et melius ostenditur Filii dignitas qui Spiritum ipsum elargiens exhibetur ; præterea phrasis ἐλάττων, vel μείζων καὶ ἴσος Patribus familiaris est, præsertim cum de Filio loquuntur, qui dicitur ipsis minor Patre(*Joan.* XIV, 28) respectu generationis et æqualis respectu communis naturæ (*Joan.* X, 20) ; illud ipse Athanasius declarat : Μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ὁ Κύριος εἶπεν, οὐ μεγέθει τινὶ οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. Sic et Spiritus cohærenter minor Filio et simul æqualis eidem prædicatur, ut Georgius Metocita (l. c. p. 985) edisserit. Quo pertinet et codicis Basileensis scholion ad marginem hujus loci positum : Ὅρα ὁ Υἱὸς ἴσος καὶ μείζων τοῦ Πνεύματος, ἴσος μὲν κατὰ τὴν θεότητα, μείζων δὲ διὰ τὴν αἰτίαν. Utrumque, μείζονα et ἴσον, legendum esse suadent et Bibliorum testimonia adjecta, quibus se missurum Spiritum, imo se dare docet Christus. Hæc demum congruunt plane Athanasii doctrinæ. Qui enim statuit eumdem ordinem, quem habet Filius ad Patrem, habere Spiritum ad Filium art. 2, § 2, nota 5), is manifeste non negabit Spiritu Filium eadem causæ ratione majorem, qua Pater Filio major dicitur, præsertim cum ordo (τάξις) in divinis ex principii et principiati habitudinibus repetatur (vide supra § 6 seq.).

[344] 24. Verum detur Photianis, ex hoc testimonio utpote unico vel non satis certo rem non confici, id parum eos juvabit. Etiamsi enim non explicite diceretur Filius major Spiritu, æquipollentia tamen verba tum Athanasii tum aliorum Patrum præsto sunt. Athanas. *De incarn.* n. 9, Filium vocat πηγὴν τοῦ Πνεύματος ; sed πηγὴς nomen apud Græcos Theologos τὴν αἰτίαν omnino significat (Cf. Petav. *de Trin.* VII, 4). Eadem voce utitur Gregorius Theologus, dum Patrem ἀφθαλμὸν appellat, Filium πηγήν, Spiritum ποταμὸν, ac Spiritum exhibet ut fluvium e fonte profluentem (orat. 27, de *Spiritu sancto*, p. 611, ed. Bill. Cf. art. 2, § 6, nota 6 ; Constant. Meliten. *Orat.* c. 29 ; Beccum, *Epigr.* IX ; *G. O.* II, 706, 707, 607 seq.) Et Photiani fere ubique inclamant. Μόνος πηγὴ ὁ Πατήρ· Re ipsa quandoque Pater *unus* Deitatis *fons* appellatur, quia est veluti prima radix, causa non ex causa, principium non de principio, ex quo omnia. Eodem modo ita dicitur, ut advertit Gregorius Cpl. patriarcha contra Marcum Ephesium (8), quo quis protoparentem Adamum diceret *solum patrem* humanitatis, qui certe alios homines a paternitate excludere non vult, sed principaliter ei illam vindicat, a quo totum genus propagatum est, a quo reliqui genitores id habent, ut patres esse queant. Hinc nihilominus doctores Græci, ut vidimus, et Filium vocant *fontem* relate ad Spiritum sanctum. Unde Isaias Cyprius, in epist. ad Nicol. Sclengiam : « Dicis porro solum fontem supersubstantialis deitatis esse Patrem. Et nos id quoque fatemur, et te multo aptius, et ut magis theologos addecet ; [315] sed fatemur præterea Filium fontem Spiritus sancti, magnum Athanasium et Gregorium Theolo-

(6) V. Allat. *De cons.* l. III, p. 933. Le Quien., *Or. chr.* II, p. 232.

(7) His adde Nicetam Thess. *Dial.* II, (cod. Vat. 1115 f. 9) et Greg. Cpl. Apol. c. Marci Eph. Confess. (cod. Mon. 27 f. 133 b.)

(8) Cod. Mon. 27 f. 120 b. Τὸ μόνον πηγὴν εἶναι τὸν Πατέρα τῆς ὑπερουσίου θεότητος οὐκ ἐκβάλλει τὸν Υἱὸν τοῦ εἶναι πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος · « Πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει, ὡς αὐτός φησι . . . ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ τὸν Ἀδὰμ μόνον Πατέρα τῆς ἀνθρωποτητος λέγων πάντων ἂν λέγει τῶν ἀνθρώπων Πατέρα, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποι Πατέρα πάντων ἀνθρώπων, οὐ μὴν καὶ τινων τούτους λέγεσθαι Πατέρας κωλύσει, οὓς οὐκ οἶδεν οὐκ ἄπαιδας ὄντας.

gum et Joannem Chrysostomum (*Orat. de incarn. Dom.*) sequentes (9). » Rursum Gregorius Nazianzenus Patrem ἄναρχον, Filium ἀρχὴν vocat, Spiritum vero τὸ μετὰ τῆς ἀρχῆς, et quidem dum divinarum personarum notas describit sine ordine ad creaturas (Orat. 32, ed. Bill. 42, Clem.) « Ecce, ait allato hoc testimonio Hugo Etherianus (lib. II, c. 3, p. 1216, 1217), ecce absolute sanctus iste vir *Filium* vocat *principium*, et ab ipso Spiritum sanctum numerat, quia principium Spiritus immediate Filius est. Creaturarum quippe omnium æqualiter tres personæ principium exsistunt; ex quo patet, quod Spiritus sancti principium Filius est. Verumtamen ad Patrem et quæ Filii et quæ Spiritus sunt, referuntur, qui solus sine initio et sine causa est, Filius autem ex Patre genitus principium est Spiritus sancti. Quod syllogismo, qui supponitur, demonstrari potest: Quidquid est in sancta Trinitate principium, alicujus in ea principium exsistit; alioquin solum pro nihilo Filium sanctus vir principium nominasset, cum omnium conditorum tres personæ pariter censeantur principium. At vero Filius est in sancta Trinitate principium; Filius igitur alicujus est in ea principium; sed non est Patris principium Filius; necesse igitur ut Spiritus sancti principium exsistat. » Eodem præclaro testimonio et alii theologi utuntur (10). Demum æquipollentia omnino verba sunt Gregori Nysseni, qui statuit *ratione causæ præintelligi Spiritu Filium* l. I, *contra Eunom.* p. 164) : « Quemadmodum enim Patri [316] conjungitur Filius, et ex ipso esse habens secundum exsistentiam tamen ei non est posterior : ita rursus et *Unigenito* adhæret Spiritus sanctus, *præintellecto tantum secundum causæ rationem* præ hypostasi Spiritus. Temporis autem extensiones et intervalla in vita, quæ est ante sæcula, locum non habent, adeo ut ratione causæ ablata nulla re a se ipsa Trinitas dissideat (11). Hinc sicut Pater præintelligitur Filio secundum rationem τῆς ἰατίας, ita eadem ratione Filius præintelligitur Spiritui. Quibus nihil sane luculentius ad Photii refutandam instantiam (12).

25. Pergit Photius (cap. 42) : « Si principium est Spiritus Filii, quomodo non invenietur in superprincipali et superessentiali Trinitate secundum principium succrescens, idque principiatum, et non solum in primi principii opprobrium confictum, verum etiam contra eum ipsum, circa quem honor ille figuratur? Quod enim neque sibi neque alteri ullam utilitatem exhibeat, imo vero ne ansam quidem occasionemve ejus afferendæ undequaque inveniat, nonne id Filium injuria affectum manifestat et honoris nomine atrociorem adhuc injuriam reddit? Nam cum Spiritus ex Patre ab æterno processionem abundanter possideat, cujus alterius productionis vel substantiationis suppeditator et largitor principium ab illis effictum apparebit? » Porro hic rursus [317] duæ processiones supponuntur, rursus ea quæ ad capp. 7 et 31 dicta sunt (§§ 4, 14, 22) recurrat animadvertenda. Imo vero cum et Pater et Filius præintelligantur præ Spiritu (§ 24), cum divina essentia jam communicata intelligatur Filio, priusquam Spiritui communicata percipiatur; divina autem essentia simplex et indivisibilis sit : fieri non potest, ut Filius, si perfecte et vere eam possidet, a spiratione excludatur vel ut honor ei debitus retineatur, si nihil in spirationem ipse influat. Joan. Argyropulus (13) hoc nobilissimum argumentum egregie evolvit.

26. « Sed quomodo non in duos ab ipsis dividetur Spiritus? Unum quidem ex Patre ut vero ac primario principio prodeuntem (absque principio Spiritum, cum jam intelligitur subsistere, proprietate ad Filium, scil. paternitate (ἤδη νοούμενος ὑφεστηκέναι τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν ἰδιότητι τῇ πατρότητι) : pari modo et Filius prius intelligitur quam Spiritus... quod generari prius sit ipsa natura quam produci, c. 6, p. 408 : Προεπινοηθήσεται γὰρ πατρότης τῆς ἐν Πατρὶ... προβολῆς · οὐκοῦν καὶ ὁ Υἱός, δθ' ὁ Πατὴρ ὡς προβολεὺς προάγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν αὐτὴν ἔχων παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ γεννήσεως δύναμιν, τὴν προβλητικὴν δηλαδὴ, συνεπινοηθήσεται τῷ Πατρὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον μίαν οὖσαν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ μιᾷ δηλαδὴ δυνάμει καὶ ἀρχῇ κ. τ. λ. Deinde exponit, neque ex solo Patre neque ex solo Filio esse posse Spiritum; *non ex solo Patre*, ne Filius illi reputaretur dissimilis, tanquam qui eadem atque Pater perfectiones non possideret, propterea neque consubstantialis (οὐδὲ γὰρ ἐκ μόνου Πατρὸς, ἵνα μὴ νομίζοιτο ὁ Υἱὸς αὐτῷ ἀνόμοιος, μὴ τὰς αὐτὰς ἔχων τελειότητας τῷ Πατρὶ, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ὁμοούσιος) quod conformissimum est Arianæ hæresi, quæ Filium a divina Patris natura removebat; *non ex solo Filio*, ne iterum Filius ἀρχὴ ἄναρχος reputaretur indeque rursus a paterna essentia esset alienus; præterea ne et nepos Patris haberetur Spiritus sanctus et filius item Filio Dei; tertio ne quid Filio inesse veluti productivam facultatem (ὡς παρακτικὴν δύναμιν) Spiritus sancti opinaremur, quod non esset idem numero in Deo et Patre (ib. p. 409).

(9) *G. O.* I, 397 : Λέγεις δὲ, ὅτι μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν κάλλιόν σου καὶ θεολογικώτερον, ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὸν Υἱὸν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ καὶ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ ἑπόμενοι.

(10) Cf. Andr. Rhod. sess. 6, Flor. Bessarion. *Apol. pro Becci Epigr. contra Palam.* ap. Arcud. *Opusc. th.* p. 12.

(11) Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως· αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις χώραν οὐκ ἔχουσι ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς · ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν.

(12) Cf. Beccum, *De una. Eccl.* c. 25, 26 in *Camat. et Epigr.* I, (*G. O.* I, 126-133; II, 351, 352,524). Constant. Meliteniot. (*G. O.* II, 754); Gregor. Cpl. ad imp. Trapez. c. 5, 20. (*G. O.* I. 427, 428, 464); Bessar. ep. ad Alex. Lasc. (Hard. IX, 1065). Allat. *Vind. syn. Eph.* c. 41, p. 205; Petav. *De Trin.* VII, 3,3.

(13) *De proc. Spirit. sancti*, c. 4; *G. O.* I, 405, 406 : Quemadmodum Pater prius intelligitur quam προβολεὺς, non secundum æternitatem..., sed secundum facultatem et productionem (κατὰ τὸ δύνασθαι καὶ προάγειν); prius enim Filium producit quam

enim est), alterum [318] vero ex secundo et principiato (neque enim est absque principio) spiritum admittere debent) » (cap. 43). Eadem ratione apud Beccum (*de proc. Spirit.* c. 6 ; *G O.* I, 288 seq.) hæc dubitatio proponitur : Si Spiritus sanctus per Filium procedit, quomodo non sunt duæ exsistentiæ (ὑπάρξεις) Spiritus, altera ex Patre, altera ex Filio ? Cui respondet ille id potissimum urgens, neque in rebus inferioribus et sensui subjectis, in quibus duo effectus conspiciuntur ex prima causa provenientes, quorum unus per alium est, duas ὑπάρξεις dici posse illius, quod est tertium ordine et non continenter (προσεχῶς) ex prima causa subsistit. « Dicite nobis, ait Beccus, an duæ solaris luminis exsistentiæ sunt, una ex disco, altera per radium ? Palam facite nobis, an duæ exsistentiæ unius sunt fluvii, una ex oculo, altera ex fonte ? (Alludit ad imagines Patrum art. 2, § 6.) Quod si in similibus sensui subjectis et naturæ creatæ finibus terminatis non possumus dicere duas esse unius rei exsistentias, quæ per effectum una secum emanantem ex prima causa exsistentiam possidet, quomodo de iis, de quibus naturæ ratio nutat, similia et quæcunque illa sint, dubitatis ? » Alia non minus evidens responsio ex Hugone Etheriano peti potest (l. II, p. 1255 *F.*) ita scribente : « Cæterum si ideo, quia ex duobus procedit, *dividuus* sit Spiritus, *Patrem* dicat quis eodem modo *dividuum* fore, cum ex se Filium generet emittatque Spiritum. Quomodo enim ex indivisibili duo quasi diversa Filius quidem per generationem, Spiritus vero per processionem progrediantur ? Fallacia pro certo id est, *cum ex relativis compositio fieri putatur.* » Audiatur et Georgius Metochita Maximi Planudæ refellens argumentum (*G. O.* II, 939, 940) : « Sicut enim Pater neque dividuus est neque compositus, quod generet Filium et Spiritum producat, licet aliud atque aliud generare et producere consideretur ; ex ambobus item egressus idem est et unus, quod istæ partes non sunt, sed proprietates ; neque secundum [319] aliquam recisionem utriusque progressus cognoscitur : pari ratione neque Spiritus dividuus est neque compositus, quod ex Patre et Filio, ex simplicibus est, nempe ex simplice per simplicem simplex, et ex individuis individuus, et ejusdem naturæ cum iis, qui ejusdem naturæ cum ipso sunt. » Et rursum (ib. 947, 948) : « Si Pater ingenitus cum sit, genitor est et productor, hoc quidem Spiritus, illo Filii, et Filii quidem genitor est, non productor, Spiritus vero productor, et non genitor, alius atque alius a se ipso Pater erit, indeque etiam compositus. Et nihilominus Spiritus ex utroque progressus (πρόοδος) unus idemque est, sed facultas generandi et producendi Patris alia et alia. Sed quemadmodum propterea Pater nullo modo in partes scinditur neque compositioni subjicitur (οὐ μεριστὸς ἐντεῦθεν, οὐ μὴν σύνθετος), quia illa Deitatis *partes* minime sunt, et consequenter neque *compositio ;* simplex enim supra omnem simplicitatem Deitas est et supra omnem divisionem indivisa ἁπλῆ γὰρ ἡ θεότης ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα, καὶ ἀμερὴς ὑπὲρ πᾶσαν ἀμέρειαν), sed proprietates circa ipsam consideratæ (ἰδιότητες περὶ αὐτὴν θεωρούμεναι) : pari modo neque qui ex duobus est progressus Spiritus a sua ipsius identitate eum exterminat aut compositum constituit (ἐξίστησιν αὐτὸ τῆς ταυτότητος ἑαυτοῦ ἢ σύνθετον παριστάνει), sed ex Patre est et ex Filio, ex Patre nempe per Filium, simplex ex simplicibus, ex simplici scil. per simplex, ut divinorum Patrum sententia est. » Qua dexteritate Metochita argumentum ab Hugone indicatum hic evolvit, eadem Patrum comparationibus egregie utitur (p. 937, 948, 949). Nec minus strenue Bessarion eamdem Planudæ ratiocinationem evertit, quam haud immerito velut materialia ac crassiora duntaxat sapientium et carnalibus inhærentium esse posse statuit (14). Quæ cum ita sint, inane prorsus est figmentum, [320] quod Photius inde deducit, loco fraternitatis quaternitatem christianis fore colendam, si Latinorum doctrina obtineret.

27. Quæ cap. 44 sequuntur, in Trinitate fore principium imperfectum, inutile, mancum, ex perfecto et imperfecto compositum, Filium scilicet, partim ex iis quæ nunc diximus (§ 26), partim ex ante dictis (art, 3, § 4 ; art. 4, § 4, 14) facile refutari possunt. Ad rem Hugo Etherianus (l. c.) : « Ast indubitato, inquit, (Filius) quidem *totus causa* et *totus ex causa* est, cum individuus sit et incorporeus. Quoniam vero *causa et causativum compositionem non inducunt*, manifestum. Ecce namque Filius et Spiritus principium et causa cum Patre sunt conditrix universitatis, ex Patre quidem causa Filio et sancto Spiritu secundum aliam et aliam speciem, in quo magis quam aliquo alio compositio (*ed.* composito) appareat, exsistentibus ; quippe creaturarum alteruter (uterque) causa dicitur, ut efficiens conditrix scil., secundum quam

(14) Bessar. *c. Planud.* (ap. Arcud. et in cod. Mon. 27 f. 80 b. 75 a.) Εἰρῆσαι, ὅτι ᾗ μονὰς καὶ Θεὸς εἷς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγουσι καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναται καὶ ταὐτὸν ἑαυτοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · ἀλλ' ἀνάγκη μᾶλλον εἶναι ταὐτὸν ἑαυτῷ · διὰ τοῦτο προϊέναι ἐκ τούτων ὡς ἐκ μονάδος · τὸ γὰρ ἕτερον ἑαυτοῦ καὶ σύνθετον ὑπολαμβάνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τὸ ἄλλο μὲν δεῖν εἶναι τὸ ἐκ Πατρὸς, ἄλλο δὲ τὸ ἐξ Υἱοῦ, τῶν πάνυ σωματικῶν ἔστιν ἐννοεῖν καὶ λίαν ὑλικῶς τε καὶ σαρκικῶς τὰ ἐκεῖσε νοούντων · οὐ γὰρ οὕτως ἡ τοῦ Πατρὸς ἐνέργεια τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀπεσχοίνισται, ὡς ἡ ἐμὴ τῆς σῆς, οὐδ' οὕτως ἄλλος καὶ ἄλλος εἰσὶν, ὡς ἐγὼ καὶ σύ · τότε γὰρ ἂν μόνος εἶχε χώραν ἡ ἐν τῷ ἀποτελέσματι σύνθεσις · εἰ γὰρ καὶ ἄλλος καὶ ἄλλος τοῖς προσώποις εἰσὶν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἷς καὶ ὁ αὐτός εἰσι τῇ θεότητι καὶ εἷς ἀριθμῷ · ὡς εἶναι αὐτῶν καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ τὴν ἐνέργειαν · ὧν δὲ ἡ ἐνέργεια μία, πῶς οὐ καὶ τὸ ἓκ ταύτης ἓν ἂν ἁπλοῦν εἴη, καὶ πάντη ἀσύνθετον καὶ ἐξ ἀνάγκης ταὐτὸν ἑαυτῷ ;

speciem habitudinis nullo modo Spiritus vel Filius ex Patre prodeunt; eorum enim quisque creator est, non creatura... Igitur si causa et causativum (causatum) secundum differentem habitudinem Spiritus Filio Spirituique competentia nullam in eisdem faciunt compositionem, manifestum, quod neque Filius ex eo quod similiter Patri Spiritus causa nuncupetur, compositionem habeat. » Hic sequens Photii argumentum (c. 45) quo arguit causarum dualitatem minime congruere unitati et simplicitati Spiritus sancti hancque illam excludere, pariter expediendum est; unum sane est principium, una virtus et actio spirativa eaque simplex, unus et simplex est hujus actionis terminus. Ad id quod Methonensis ait : « Quod ex duobus est, ei quod ex uno tantum, nunquam est æquale, » scite respondet Hugo Etherianus (l. II, c. 12, p. 1226) argumentum ita retorquens : « Quod ex uno, ei quod ex nullo est, nunquam est æquale. At vero Filius ex uno solo, Patre scil., qui a nullo habet exsistentiam; inæquales sunt ergo Pater et Filius. » Sed « non sunt hæc in quantitatum proprietate, quia neque mensura neque quantitas in divinis est.

28. « Sed Filius suam servat proprietatem, filiationem, et Spiritus suam processionem ex Patre; et sicut Spiritus a Patre procedens nullam activam productionem vel generationem possidet, ita nec Filius a Patre genitus activa generatione vel emissione prærogativam filiationis adulterat » (cap. 46). Sane proprietatem characteristicam tum Filius tum Spiritus sanctus etiam in Latinorum doctrina conservant; verum quod hic nullius personæ sit principium, ille vero cum Patre sit principium Spiritus, id ad neutrius constitutiva pertinet. Nulla præterea in eo est contradictio, quod Filius sit principium simul et principiatum, quia non est ad idem seu ad eamdem personam (15); respectu quidem [322] Patris est αἰτιατὸς, respectu Spiritus αἴτιος (16); habet ergo solum differentem relationem ad Patrem et ad Spiritum. Nulla denique in eo est filiationis adulteratio, quod Spiritum Filius spirat cum Patre; filiatio enim constituit eum in esse Filii et denotat ejus relationem ad Patrem tantum; neque Spiritus sancti filius Filius est, neque *quatenus Filius* ejus spirator. Nullum hoc detrimentum infert filiationi, quod non qua Filius spirat Filius; neque enim filiatio ulterius se extendit, quam diximus. Hæc contra Nicetam Byzantium (17) notat Hugo Etherianus (l. I. c. 17, p. 1211), obscurus interdum, sed nunquam sale et acumine penitus destitutus. « Quærit, quæ exhæreditatio ista, et Filii detrimentum, ut *non in eo quod Filius* Pater sit. Quod quidem quærendum non erat, sed multo minus inferendum, ut ex pluribus aliis videri potest; velut si Pater in eo quod factor filium factorem ostendat (omnia enim per ipsum facta sunt), necessarium sit, Filium Patrem esse ad ostendendum eum [323] in eo quod factor genitorem, nullum vero detrimentum circa divinam naturam inveniatur : quæ fallacia, si de his quæ apud nos sunt, exemplum sumatur, apertissima est hoc modo : Si pater in eo quod desipit, filium demonstrat insipientem, nulla certo videtur necessitas fatui filii generationem inferre, ne fiat paternæ detrimentum fatuitatis. Puto in figura dictionis hujusmodi peccatum obvolvi, eo quod non idem eadem exponatur interpretatione. Etenim hujusce consecutio *substantiatum* est, *non proprietatum* ; quod reclusis considerari potest latibulis, si omissa religione ad modicum divina mentem ad humani generis propagationem quis revocet. Nonne cujuslibet hominis filius, cum omnia, quæ patri substantialia sunt, habeat, eorum quæ talia non sunt, minimam interdum, portionem retinet? Si Patri *substantialiter* (id est tanquam substantia) inesset Filii generatio emissioque Spiritus, ex necessitate Filius ipsum idem nactus foret, quin etiam et Spiritus sanctus, et hoc in infinitum ; sed (neque) Pater in eo quod *substantia* generat aut Spiritum emittit, neque in eo quod *Deus* a Filio vel a Spiritu differt; unus enim et idem Deus hi tres sunt; sed in eo quidem quod Pater generat, a Filio differt; in eo autem quod emittit, *a Spiritu solo*. Qua de re manifestum, quod *penes substantialia* tantum talis locum habet consecutio. Nam indubitabile est personales sive hypostaticas proprietates *impermutabiles* esse et earum permutationem tantam confusionem et disparitionem personarum facere, quibus solis circumscriptis omnibus aliis differentes cognoscuntur personæ; at causa et, ut ita dicam, causativum, et mittere et mitti, et quam plures aliæ *hypostaticæ* emissor esse aut ex causa exsistens, Patre scil. Atqui si *non* exsistens *ex causa*, erunt rursus in Trinitate duo principia et duæ causæ. Si autem *ex causa* Filius exsistens Spiritus emissor sit, omnino *ex Patre* hoc sortitus est... Sin autem ex Patre hoc habet, quæ est ista *exhæreditatio* et *detrimentum filialis exsistentiæ*, ut *non in eo quod Filius* Filium generet, et Pater censeatur, cum Pater in eo quod emissor Filium rursus emissorem ostendat? Si enim ex Patre indemnis est Filii generatio Spirituque processio, quemadmodum emissor Filius ostendetur : necesse omnino, ut detrimentum circa divinam naturam non inveniatur quod generet Filium, et sit *nepos* hinc complasmatus aliquis, cum et emissor Spiritus *in eo quod ex Patre*, Filius monstretur ; quod si ita est, congeries impietatis et profunda emerget fovea. »

(15) Geor. Scholar. *Contra Marc. Ephes.* syllog. 1. (Cod. Mon. 27 f. 181 b. 182 a.) Ἀντικείμενα μὲν οὖν εἰσι τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι ταῦτά φασιν οἱ Λατῖνοι καὶ ἅμα· ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως· τὸ μὲν γὰρ ἐστι πρὸς τὸν Πατέρα, τὸ δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα· καὶ πρὸς μὲν τὸν Πατέρα γεννητῶς, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα προβλητικῶς· οὕτω δὲ οὐδὲ ἀδύνατόν τι ἕπεται, οὐδὲ τὸ ἄξίωμα ἀναιρεῖται.

(16) Idem Scholarius paulo ante citata verba exempla illustrat : Ἡ γὰρ πατρότης καὶ ἡ υἱότης, ἤ τὸ αἴτιον εἰ βούλει καὶ τὸ αἰτιατὸν, ἦν ἐν τῷ Ἰσαάκ· ἀλλὰ διότι ι πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο τοῦτ' εἶχεν, θάτερον μὲν γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραάμ, θάτερον δὲ πρὸς τὸν Ἰακώβ, μία ἦν ἡ τοῦ Ἰσαὰκ ὑπόστασις, κ. τ. λ.

(17) Nicetæ argumentum apud Hugonem tale est : Aut non ex causa exsistens habet Filius Spiritus

non sunt, sive personales ; ideoque non fit confusio personarum, quando dicitur : Una causa sancti Spiritus Filius et Pater est. » Demum quod cap. 47 adjungit Photius, id partim ex hic dictis, partim ex iis, quæ ad effatum hic rursus repetitum (art. 3, § 8 seq.) adnonata sunt, solvi facile potest.

[324] 29. Sed nondum exhausta schismatici patriarchæ sophismata : tertiam post prolixam de Galat. IV, 6, disputationem argumentorum theologicorum seriem auspicatur novasque auxiliares copias in agmen producit. « Si genitus, ait cap. 61, Filius ex Patre, procedit vero Spiritus ex Filio, quomodo impietas non secundum propriam sententiam Spiritum *nepotem* constituet et tremendum theologiæ nostræ mysterium in longas et meras nugas ablegabit ? » Verum e contra Latini arguere possunt, Photium Spiritum facere Patris *filium*, cum eum ex Patre qua Pater est procedere statuat, et hinc Filium et Spiritum constituere *fratres*, cum utrumque ex solo Patre esse decernat : Ἀδελφὰ τὰ ἐξ ἑνὸς ὑφεστῶτα, ut Basilius ait (ep. ad canon. 52, al. 300), hic revera locum habere. Præterea respondent Catholici : « Ut nepos quispiam sit, gigni eum oportet a patre, et diversa quidem generatione ab illa, qua is qui nepotem proxime genuit pater, a suo patre, nepotis avo, genitus est. At Spiritus sancti processio neque generatio est, neque Patris et Filii actio diversa. » (Natal. Alex. *H. E.* l. c. p. 532). Joan. Beccus eodem modo arguenti Camatero ita occurrit (*G. O.* II, 399, 400) : « Non est nepos (ἔκγονος) Patris Spiritus, qui Filius *pater* Spiritus non est. Cum vero dicis ; Si non est Filius pater, quomodo ex ipso Spiritus fuerit ? profecto negas etiam Spiritum ex Patre esse. Pater enim non est Spiritus pater et nihilominus ex ipso Spiritus est. » Id jam declarat sanctus Maximus dicens : « Spiritus Patrem non habet ; neque enim genitus est (τὸ γὰρ Πνεῦμα Πατέρα οὐκ ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἐγεννήθη). » Audiatur et Hugo Etherianus (l. I, c. 8, p. 1203) : « Propositio quæ dicit : Quod emittit Spiritum, Filium habet, major universaliter deberet esse et particulariter accipitur. Nam illatæ conclusionis causa propositio, quæ recte debet syllogismum talem perficere, hæc est : Omne quod emittit Spiritum, Filium habet, quæ indemonstrabilis est et impossibiliter, quia neque *maxima* est neque fidem [325] ab aliqua maxima (s. axiomate) suscipere (potest). Emissio Spiritus non facit Patrem esse neque Filium, quoniam non est *nascibilitas* Spiritus progressio a Patre, qua sola Filius a Patre differt. » Et rursum (ib. c. 17. p. 1211) contra idem argumentum : « Hoc neque in naturalibus consecutionem habet ; ut *ales* quidem prima *ovum* peperit, ex alite autem et ovo *passer* prodiit ; igitur quæ progressa est avicula, *neptis* judicabitur *alitis*. *Multo minus in divinis* locum reperit redargutio hujuscemodi, ubi neque corporea generatio est, neque passibile ; omne autem quod talibus generationibus subjacet, necesse est secari ; omne autem quod secatur, passibile. » Deinde notat jam antiquissimos hæreticos eumdem paralogismum effutiisse (18), atque ad superius disputata [326] provocans ita pergit : « Quod si genitor in eo quod Pater est, habitudinem relationemque habet ad Spiritum, consequitur ex necessitate propter identitatem habitudinis genitoris Spiritum genitum esse et filium ; ideoque aut confundi personas aut fratrem Filii Spiritum confingere, quod idem personas confundit. Itaque genitor non in eo quod genitor, causa est Spiritus, sed in eo quod causa principiumque (spirans), ut sæpius inculcatum est. Quare neque alienus a Filio Spiritus est neque absque habitudine ad ipsum judicandus. Sed neque hoc inconveniens, si Filius non in eo quod Filius Spiritum emittat, cum Pater non in eo quod Pater Spiritus causa exsistat. » Breviter et nervose Ratramnus (l. III, c. 3, p. 288) ? « Sic evidenti ratione monstratur ab utroque procedere Spiritus sanctus, dum manifeste docetur *non* eum *a solo Patre* procedere, ne *filius* esse Patris dicatur, sed *nec a solo Filio*, ne Filius *pater* esse blasphemetur, sed dicitur Spiritus sanctus *et procedens et de utroque procedens.* » (Cf. Petav. *de Trin.* VII, 16, 3). Cum his ea connectenda sunt, quæ supra (art. præced. § 17 seq.) de Patre, quatenus dicitur principium vel proximum vel remotum, dicta fuerunt quibusque sequens Photii syllogismus (cap. 62) refutatur.

30. In duobus quæ sequuntur argumentis ex eo

(18) Revera Macedoniani apud Gregorium Nazianzenum orat. 37, p. 596 ed. Bill. (Clem. orat. 31) arguunt, Spiritum si ingenitus non sit, necessario aut a Patre genitum et tunc fratrem fore Filii, aut a Filio, et tunc esse υἱωνὸν Patris. Quod Gregorius refellit docens medium esse inter ἀγέννητον et γεννητὸν, ut Scripturæ manifestant, τὸ ἐκπορευτὸν, et processionem differre a generatione. (Cf. *Gr. O.* II, 365-367.) Basilius dubitationi illi : Διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ ; ita occurrit : Οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ (verba in hoc contextu plane decretoria), ἀλλ' ἵνα μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον ἡ τριὰς Υἱοὺς ἐξ Υἱῶν ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. Ad hunc Basilii textum cf. Beccum, *De proc. Spiritus sancti* c. 1, n. 11 ; Epigr. I. *G. O.* I, 243 ; II, 533 ; Constant. Meliten. orat. 1, c. 13 (*G. O.* II, 665) ; Georg. Trapez. *De proc. Spiritus sancti* ad Joan. Cubocl. (ibid. I, 509) ; Bessarionem (*Orat. dogm.* c. 6 ; Hard. IX, 336). Nec minus digna consideratione sunt, quæ in *Ancorato* scribit Epiphanius : Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Οὐκοῦν δύο φαμὲν εἶναι Υἱούς ; Καὶ πῶς μονογενής ; . . . Εὖ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ ; Εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων κ. τ. λ. De quibus cf. Beccum Epigr. I ; Constant. Meliten. orat. 2, c. 29 ; et Georg. Metoch. *C. Maxim. Plan.* et *Contra Man. Cret.* (*G. O.* II, 532, 857, 956, 957, 977, 1059). Denique et Athanasii locus ad Serap., quem citat Beccus Epigr. XIII. (*G. O.* II, 639), huc spectat : Οὐκ ἔστιν ἀλλως ἡ ὡς ἔστιν ὁ Πατὴρ, Πατὴρ, καὶ οὐ πάππος, καὶ ὁ Υἱὸς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ Πατὴρ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Πνεῦμα ἅγιον, καὶ οὐκ ἔκγονον τοῦ Πατρὸς οὐδὲ ἀδελφὸς τοῦ Υἱοῦ.

profiscicitur Photii ratiocinatio, quod prius et posterius a sempiterna Trinitate prorsus sit alienum, quod quam longissime prædicata tempus significantia a summe æterna absint Divinitate. Inde deducitur, *simul* cogitandam esse et generationem et processionem, non alteram altera vel priorem vel posteriorem accipiendam. Quo posito in altero quidem capite (63) ita argumentatur : « Quomodo non theurgicarum causarum differentia differentes constituet personas et sectionem inferet contra insecabilem, simplicem et unicam Spiritus hypostasin? Ex eadem enim persona diversas prodire operationes et virtutes, præsertim in iis quæ naturam atque [327] rationem plane superant, facilius est intelligere et innumera ejus rei deprehendere documenta ; sed nullibi reperitur posse fieri, quin hypostasis, quæ ad differentia refertur principia, differentia ac diversitate causarum non et ipsa a se differat et simul dissecetur. » In altero vero (c. 64) arguit Spiritum fore et congenitum Filio et procedentem ex ipso, ita ut simul genitus et procedens sit ; « ac *genitus* quidem, qui simul progreditur cum Filio genito, *procedens* vero, quia duplicem subit processionem. » Sane id omnes docent ac propugnant Deitatem, ideoque et tres personas extra tempus esse nihilque in iis esse *temporarium*. « Nulla ibi tempora cogitantur, ait Augustinus (*De Trin.* xv, 26), quæ habent prius et posterius (19) ». Et Leo M. serm. 3, de Pentec. c. 4 (Ball. serm. 77, p. 413 ed. Migne.) : « Cum ad confitendum Patrem et Filium et Spiritum sanctum, aciem mentis intendimus, procul ab animo formas visibilium rerum et *ætates temporalium naturarum*, procul corpora locorum et loca corporum repellamus. Discedat a corde, quod spatio extenditur, quod fine concluditur, et quidquid nec semper ubique nec totum est. Cogitatio de Deitate Trinitatis concepta nihil per *distantiam* intelligat, nihil per gradus quærat. » Sed si excluditur in divinis *prioritas temporis*, non excluditur plane *prioritas rationis* (20). » Sane prius mente concipitur causa quam effectus, prius principium quam principiatum, prius Pater quam Filius, et prius Pater et Filius quam [328] Spiritus sanctus. Progressionem simultaneam Filii et Spiritus ex Patre, quæ non solum temporis, sed et *cogitationis* prioritatem excludat, refellunt ea Patrum dicta, quæ docent Spiritum ita se habere ad Filium, ut Filius se habet ad Patrem (II, § 2, nota 5); refellunt diserta testimonia, quibus Filium *præintelligi* præ Spiritu affirmant (IV, § 24 fin.) ; refellunt rationes e rei visceribus petitæ, quæ generationem ante processionem præsupponi ostendunt. [IV, § 13 fin.] (21). Quod si Patres simul cum Filio prodire (συμπροϊέναι) Spiritum affirmant, id ideo fit, ut *temporis* posteritas arceatur. Dicta ejusmodi cum aliis, quæ mediationem Filii (III, § 16) exprimunt, omnino concordare Beccus, *De proc. Spiritus sancti*, c. 9 ; et Constantinus Meliteniota, orat. 2, c. 28 (*G. O.* I, 308-313 ; II, 704 seq.) præclare ostendunt. Egregie ex jam adductis Gregorii Nysseni verbis (§ 24) et ex præstituta a se declaratione (§ 18) arguit Georgius Trapezuntius (*G. O.* I, 529) : « Uterque (Pater et Filius) *præintelligitur* Spiritus hypostasi (προθεωρεῖται τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως), ut Nyssenus asserit ; propterea ab utroque (ἐξ ἀμφοῖν) Spiritus. Si non ab utroque, non præintelliguntur ambo ; *sed præintelliguntur ;* ex utroque igitur. » Sed difficultatem movent adversarii : « Causa præintelligitur effectui ; effectus vero (αἰτιατὸς) Filius et producere (προβάλλειν) causæ est ; præintelligitur ergo hypostasi Filii. » Auctor noster respondet : « Ratio ista ex penu Sophistarum est. Præintelligitur enim Pater Filio *causa non ea quæ est secundum* [329] *processionem* (τῷ αἰτίῳ οὐ τῷ κατ' ἐκπόρευσιν) ; namque hic modus alius exsistentiæ est (ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως) ; causa vero quæ secundum processionem et προβολὴν est, neque ante neque post intelligitur (οὔτε ἐπιθεωρεῖται οὔτε προθεωρεῖται) Pater Filio. Nemo enim ex ipsis erga alium aut veluti principium aut veluti finis (terminus cf. § 18) est hujuscemodi progressus, ne prorsus unus ex his Spiritus sit. Τὸ προβάλλεσθαι vero post utrumque intelligitur. » Sed instant rursum : « Deitas, quæ in Patre est, præintelligitur illi quæ est in Filio et in Spiritu, et nihilominus eam communicat Pater eis quæ ex se sunt. » Verum hæc solida non esse respondet Trapezuntius : « Deitas enim quæ in Patre est, *qua Deitas* (ᾗ θεότης), non præintelligitur illi, quæ in Filio est, cum eadem sit secundum omnia nullaque relatio interjiciatur : sed præintelligitur quidem quæ in Patre est Deitas *qua generat*, (ᾗ γεννᾷ), postea intelligitur in Filio, *qua generatur* (ᾗ γεννᾶται).

31. Est ergo generatio *prior* processione, non tempore, sed ἐπινοίᾳ, cogitatione, ordine ; præintelligitur intellectus voluntate, Verbum Amore, Spiritu Filius. Ergo licet nullum tempus dividat, tamen non simul intelliguntur mente nostra gene-

(19) Totum hoc Augustini caput ad rem pertinet nostram, de quo et ex quo haud male disputat Ratramnus, l. II, c. 3, p. 285.

(20) Præter prioritatem temporis est prioritas *ordinis*, quo unum ante aliud numeratur et ponitur, vel *naturæ*, quo exhibetur conceptus naturæ, quæ completa est et ab alia distincta exsistit, vel *originis*, qua unum ab alio ortum habet. Si est in Trinitata *ordo*, habetur et prioritas quædem saltem logica. Greg. Nyss. l. I *C. Eunom.* (*G. O.* II, 524) diserte habet : Ἐπινοίᾳ μόνῃ χακὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τοῦ Υἱοῦ. (Vide § 7, nota 1 ; § 24, nota 2).

(21) Greg. Cpl. *Apol. c. Marci Eph. Conf.* (cod. Mon. 27 f. 115 b. 116 a.) : Ἀλλ' οὐδὲ μὴν αἱ πρόοδοι ἅμα εἰσί · βεβαιοῖ τοῦτο Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φάσκων. « Τὸ τῆς ἐκφάνσεως διάφορον ἢ τὸ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε · » δῆλον γὰρ ὡς εἰ ἅμα αἱ πρόοδοι, οὐκ ἂν ἔλεγε τὸ τῆς ἐκφάνσεως εἶναι διάφορον. Deinde citat Athan. orat. 3, c. Ar. (*G. O.* II. 550 ; orat. 4, epist. 1 ad Serap. (ibid. 582), Greg. Nyss. aliosque.

ratio processioque, sed concipitur generatio ut præcedens processionem. In actu vero processionis simul spirantes concipiuntur Pater et Filius, dum spirant ut unum principium, unica virtute, unica operatione. « *Non est Spiritus sanctus*, ait Anselmus (*De process. Spirit. sancti*, c. 16) *prius de Patre quam de Filio, nec de Filio quam de Patre;* nec major nec minor est exsistens de Patre, quam exsistens de Filio, nec magis nec minus est de uno, quam de altero. » Id urget contra Nicetam Byzantium Hugo Etherianus (l. I., c. 15, p. 1208, 1209). Argumentabatur ille hunc in modum : « Si Spiritus ex Patre Filioque procedit, necesse est, aut *simul sine tempore* et æternam esse progressionem Spiritus ex Patre et Filio, aut *secundum prius et posterius*. Quod si [330] secundum prius et posterius, in quocunque duorum sit, evidens est blasphemia; erit enim Spiritus se ipso prior et posterior, æternus et temporalis... Sin autem *simul, præter tempus, æternaliter* ex ambobus, Patre dico et Filio, procedit, cui ut propugnaculo innituntur qui ex adverso dimicant, quærendum est ab ipsis, utrum *simul præter tempus et æternaliter*, an quomodo dicant. Nam si *principaliter* ex ambobus dicant, aperta est blasphemia. Erunt enim in... Trinitate duæ principales et sine principio, sine causa personæ, ideoque duæ causæ, duoque principia, et duo non habentia neque causam neque principium. Itaque in deorum (ed. duorum) pluralitatem quæ Christianæ sunt religionis transferentur, et injuria non quælibet zoarchicæ et supersubstantiali irrogabitur Trinitati. Quod si *non principaliter*, licet simul et æternaliter, sed *propius* atque *remotius*, aut *primo* et *secundario*, et sic parturitur impietas ; primum quidem, quod magis erit Filius causa Spiritus, minus autem Pater. Nam quæ propinqua causa est, magis causa est, prout communes conceptiones et veritatis sermo declarat. » Ad hæc vero Hugo respondet Latinos merito de Deo non enuntiare proprie verba *prius et posterius, secundum tempus, principaliter* et *secundario ;* non dicere Spiritum *principaliter* (22) [331] ab *alterutro*, sed *de utroque æqualiter*. Deinde notat : « Quod vero sequitur, scilicet propinquam quidem causam magis esse causam, minus vero quæ remota est, (ad id) absolvendum sufficiens esse arbitror, quod id tale in naturalibus, logicis similibusque, in quibus non eadem causa ubique propinqua remotaque est, locum habet; in divinis vero personis nequaquam, tum propter alia multa, quæ silere nunc præstat, tum pro eo, quod propinqua remotaque causa *prorsus eadem* censeantur Pater et Filius, atque neque secundum tempus, neque secundum naturam, neque *secundum aliquem alium modum Pater Filio prior* est (23) *ut* de Patre quidem Spiritus principaliter, de Filio vero secundario aut [332] nulla ratione, ut Græci nimium inopinabiliter affirmant, procedat; ut enim ante omnia tempora simul sunt natura Pater et Filius ejusdemque honoris, ita quidquid (*ed.* quidquam) potest Pater, potest et Filius, ne (*ed.* et) quidquam a Patris et Filii potentia removeretur. » Jam vero inane prorsus est, quod Photius (c. 63) de causarum differentia profert, quæ nulla omnino est; indeque deducta consecutio, sectionem et divisionem in ipsa Spiritus persona inferri. Utrumque quæ toties diximus convellunt. Neque vero sequitur (c. 64), Spiritum fore simul genitum et procedentem; tum qui generatio et processio sunt duæ actiones diversæ, tum quia concipi nequit Spiritus simul cum Filio procedens, sed concipi debet generationem sequens ac præsupponens processio. Quod tempus non dividit inter generationem et processionem, id sane efficere nequit, ut terminus unius actionis

(22) Græca Nicetæ verba nobis non præsto sunt ex quibus judicari queat, quid ipsi sit hoc *principaliter* (ἀρχικῶς, ἀρχοειδῶς, κυρίως etc.). Quæ Hugo ait, prima fronte videntur contraria Augustino, qui Spiritum *principaliter* de Patre procedere dixit. Id tamen ipse Hipponensis præsul exposuit (*de Trin.* xv, 17) : « Ideo autem addidi *principaliter* quia et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur ; sed *hoc quoque illi Pater dedit*, non jam exsistendi et nondum habenti ; sed quidquid Unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo *donum commune* procederet et Spiritus sanctus esset amborum. » Declaratur ergo apud Aug. adverbio *principaliter* Pater ut αἰτία προκαταρκτική, unde Filio vis spiratrix communicatur. Hinc et Anselmus Cantuar. (l. c.) : « Si dicitur, quod Spiritus sanctus principaliter a Patre sit, non aliud significatur, quam quia ipse Filius, de quo est Spiritus sanctus, a Patre habet hoc ipsum, ut Spiritus sanctus sit de illo : quoniam id, quod est, habet a Patre ; non sicut in rebus creatis, cum aliquid asserimus esse principaliter, volumus significare, quod magis sit hoc, quod dicitur principaliter, quam illud, ad quod refertur. » Eodem sensu vocem adhibet et explanat Anselmus Halvelberg. *Dial. c. Græc.* l. II, c. 25 (*Spicileg.* d'Achery ed. Paris, 1723, t. I, p. 189, 190); S. Thomas, ad difficultatem, Spiritum sanctum *magis* procedere a Patre, quam a Filio, ita respondet (Sum. 1. q. 36, a 3. ad 2) : « Si Filius acciperet a Patre, *aliam numero virtutem* ad spirandum Spiritum sanctum, sequeretur, quod esset causa secunda et instrumentalis, et sic magis procederet a Patre, quam a Filio. Sed *una et eadem numero virtus spirativa* est in Patre et Filio ; ideo *æqualiter* procedit ab utroque. Licet aliquando dicatur *principaliter* vel *proprie* procedere de Patre, *propter hoc quod habet hanc virtutem a Patre.* » Porro quod ad Hugonem nostrum spectat, is non solum alio omnino sensu formulam hanc rejecit, ut vel hæc ejus verba manifestant : « Inquiunt enim (Latini), si non est sancta Trinitate prius secundum tempus, neque secundum naturam honoremve potentiamve, non est aliqua trium personarum *principaliter* ab alia, » verum etiam differentem sensum notavit ipse (lib. cit. c. 16, p. 1210 F. G.), ubi ea ipsa Augustini verba affert.

(23) Hæc minus præcise dicta videntur ; restringenda tamen, ut ipsa verba ostendunt, ad Spiritus processionem. Licet enim Patrem prius cogitari quam Filium ordo ipse postulet, tamen quoad spirationem activam uterque concipi debet ut jam in sua personalitate constitutus et ut simul æqualiter spirans.

induat characterem, quo terminus alterius insigniA tur. Imo cum Pater juxta Photium simul generet Filium et spiret Spiritum, quomodo tunc explicabit, quod non in unum concidant generatio et processio ? (*Vide* Georg. Met. et Hug. Eth. § 26.)

32. Concludimus hanc tractationem, alia theologis rem perfectius meditantibus reservantes. Maluimus ἀντιῤῥήσεις non satis digestas et concinno ordine interdum destitutas Photiano operi adjungere, quam aut officio deesse aut editionem ipsam nimis diu differre. Contenti plane erimus, si his nostris studiis occasionem doctis viris præbuerimus subtiliores theologicas ejusmodi quæstiones felicius enodandi, dogmatum in hac parte historiam locupletandi ac proxime ea theologicæ scientiæ incrementa procurandi, quæ nos nonnisi remotius potuimus adjuvare.

OPERUM PARS TERTIA.

PARÆNETICA.

PROLEGOMENON.

INEDITARUM PHOTII

CATALOGUS HOMILIARUM QUÆ MOSQUÆ SERVANTUR.

COMBEFIS, *Auct. noviss.* p. 548.

ΦΩΤΙΟΥ ΟΜΙΛΙΑΙ.

Α'. Λεχθεῖσα τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ ἐν τῷ ἄμρωνι τῆς ἁγίας Εἰρήνης μετὰ τὴν συμπλήρωσιν των κατηχήσεων.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν προηγουμένῳ λόγῳ τοῖς ἤδη παρεσκευασμένοις πρὸς τὸ βάπτισμα, οὔπω δὲ κατηρτισμένοις τὴν τελειότητοα, ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς καθάρσεως ἐπιδεομένοις καὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης ἀπειργομένοις, κ. τ. ἐ.

Β'. Φώτιος ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Μετὰ τὴν τῶν κατηχητικῶν λογίων ἀνάγνωσιν, ὧν ἡμεῖς ἐν προσοχῇ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιδεικνύντες κατάνυξιν ἐποιεῖσθε τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἡμᾶς τὸν παρόντα καιρὸν προσομιλεῖν ὑμῖν ἔγνωμεν ἀποιδεῖν, κ. τ. ἐ.

Γ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ὁμιλία πρώτη εἰς τὴν ἔφοδον τῶν Ῥώς.

Τί τοῦτο ; τίς ἡ χαλεπὴ αὕτη καὶ βαθεῖα πληγὴ καὶ ὀργή ; Πόθεν ἡμῖν ὁ ὑπερβόρειος οὗτος καὶ φοβερὸς ἐπέσκηψε κεραυνός ; κ. τ. ἐ.

Δ'. Δοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης ὁμιλία β', εἰς τὴν ἔφοδον τῶν Ῥώς.

Οἶδα μὲν, ἅπαντες συνεπίστασθε, ὅσοι τε δεινοὶ συνιδεῖν ἀποστροφὴν πρὸς ἀνθρώπους Θεοῦ, ὅσοι τε ἐμαθέστερόν πως περὶ τὰ τοῦ Κυρίου διάκεισθε κρίματα, κ. τ. ἐ.

C PHOTII HOMILIÆ.

I. *Dicta est die sancto Parasceves in ambone sanctæ Irenæ, post expletas Catecheses.*

Verum hæc quidem præcipue ad eos, qui ad baptisma jam parati sunt, nec tamen perfectionem hactenus adepti sunt ; sed et adhuc emundatione indigent, et a mystica mensa arcentur, etc.

II. *Photius archiepiscopus Constantinopolitanus et œcumenicus patriarcha.*

Post lecta divina eloquia divinæ institutionis, quæ vos attenta mente animisque compunctis audistis ; nosque opportunum judicavimus, ut ad vos in præsenti tractatum haberemus.

D

III. *Ejusdem sanctissimi Photii homilia prima in Russorum irruptionem.*

Quid istud, quæve gravis hæc altaque plaga et ira ? Unde nobis hyperboreum hoc ac tremendum immissum fulmen ? etc.

IV. *Ejusdem sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani novæ Romæ, homilia altera in Russorum irruptionem.*

Novi sane, scitis omnes, quotquot sagaces estis ut aversionem a Deo intelligatis ; quotquot item rudius fere erga Domini judicia affecti estis.

V. *Ejusdem sanctissimi Photii patriarchæ Constantinopolitani, homilia dicta in Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ.*

Lætus præsentis diei conventus ac celebritas, lætaque orbis finibus affert gaudia. Gaudium subministrat, quod veterem tristitiam dissolvat. Gaudium subministrat, quod mundi maledictionem exterminet, collapsique pridem generis humani excitationem initiet, ac salutem cunctis nobis sancial, etc.

VI. *Sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani, homilia tertia dicta in ambone sanctæ Irenæ, die sancto Parasceves, post lectam ex more catechesim.*

Quando diaboli imperium ditioque diripitur ; quando mortis aculeus retunditur ; quando adversus infernum tropæum erigitur, tunc testamentorum nobis tabulæ relegunlur, tunc confessionis chirographum profertur, tunc pollicitationum titulus orbis theatro reseratur. Quid ita ?

VII. *Sanctissimi Photii patriarchæ Constantinopolitani, homilia altera in Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis. Dicta est in præsentia imperatoris.*

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, ita poscente ipsa temporis ratione, cum propheta David clamabo, qui Ecclesiæ caulas rationalium ovium multitudine angustatas videam, longe florida lætitia ac varietate eorum qui convenerunt, etc.

VIII. *Sanctissimi Photii patriarchæ, archiepiscopi Constantinopolitani, homilia in Ramos palmarum et in Lazarum.*

Deum Ecclesia, pueris Hosanna in altissimis clamantibus, tuba canit, lætæque illus ac divinissimæ vocis auribus sonitum traho, animi alacritate totus sublimis feror, etc.

IX. *Ejusdem sanctissimi Photii patriarchæ, archiepiscopi Constantinopolitani, homilia in Diem natalem sanctissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis (a).*

Omnis quidem festivitas, celebrisque omnis conventus, quo piorum cœtus exhilaratur, tunc dissidia, mutuasque lites dissolvit ; tum animis studiisque divisos, ac eos, qui amoris vinculum seditione diruperunt, etc.

X. *Ejusdem sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani, homilia dicta specie quasi exornandi ac describendi celeberrimi templi, quod in Palatio exsistit (b.).*

Lætum video præsentis diei conventum : ac qualem nemo humana solertia atque opera, ac nisi divini afflatu Numinis conflare unquam possit, etc.

XI. *Ejusdem sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani, homilia dicta in Domini no-*

Ε'. Τοῦ αὐτοῦ Φωτίου ἁγιωτάτου πατριαρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία λεχθεῖσα εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου Μαρίας.

Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἡμέρας καθέστηκεν ἡ πανήγυρις, καὶ λαμπρὰν τὴν χαρὰν τοῖς πέρασιν ἀποφέρεται. Χαρὰν χορηγεῖ, λύπην παλαιὰν διαλύουσαν. Χαρὰν χορηγεῖ, κοσμικὴν ἀρὰν ἐξορίζουσαν καὶ τοῦ πεπτωκότος πάλαι τὴν ἔγερσιν ἐγκαινίζουσαν καὶ τὴν σωτηρίαν πᾶσιν ἡμῖν ὑπογράφουσαν, κ. τ. ἑ.

Ϛ'. Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία τρίτη λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἁγίας Εἰρήνης, τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς κατὰ συνήθειαν κατηχήσεως.

Ὅτε τοῦ διαβόλου τὸ κράτος σκυλεύεται, ὅτε τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἀμβλύνεται, ὅτε τὸ κατὰ τοῦ ᾅδου τὸ τρόπαιον ἵσταται, τῶν συνθηκῶν ἡμῖν ὁ πίναξ ὑπαναγινώσκεται, τότε τῆς ὁμολογίας τὸ χειρόγραφον προκομίζεται, τότε τῶν ὑποσχέσεων ἡ στηλογραφία θριαμβεύεται. Διὰ τί ;

Ζ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία δευτέρα εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἐλέχθη ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ βασιλέως.

Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων, καιροῦ καλοῦντος μετὰ τοῦ προφήτου βοήσομαι Δαυΐδ, τῶν λογικῶν προβάτων τὰς τῆς Ἐκκλησίας αὐλὰς ὁρῶν τῷ πλήθει στενοχωρουμένας, πολυανθεῖ τῇ τερπνότητι καὶ ποικιλίᾳ τῶν συνεληλυθότων, κ. τ. ἄ.

Η'. Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία εἰς τὰ Βαΐα καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.

Ὅτε τῶν παίδων Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀναβοώντων ἡ Ἐκκλησία σαλπίζει, καὶ τῆς λαμπρᾶς ἐκείνης καὶ θεοπρεπεστάτης φωνῆς ταῖς ἀκοαῖς τὸν ἦχον ἑλκύσω, μετάρσιος ὅλος γίνομαι τῇ προθυμίᾳ, κ. τ. ἑ.

Θ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου πατριάρχου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία εἰς τὸ Γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Πᾶσα μὲν ἑορτὴ καὶ πᾶσα πανήγυρις καθ' ἣν ὁ τῶν εὐσεβούντων φαιδρύνεται σύλλογος, λύει μὲν τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς καὶ τὰς ἔριδας, συνάγει καὶ τοὺς ἀπ' ἀλλήλων γνώμῃ διεστῶτας καὶ τὸν δεσμὸν τοῦ φίλτρου στάσει λύσαντας, κ. τ. ἑ.

Ι'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία ῥηθεῖσα ὡς ἐν ἐκφράσει τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις περιωνύμου ναοῦ.

Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον, καὶ οἷον ἄν τις ἀνθρωπίνῳ σπουδάσματι καὶ χωρὶς ἐπιπνοίας θείας συγκροτῆσαι κατισχύσειε, κ. τ. ἑ.

ΙΑ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὴν

NOTÆ.

(*a*) Edita prioris mei *Auctarii* tom. I. COMBEFIS.

(*b*) Edita in meo *Manipulo rerum C. P. L.* post Lambecii Græcam editionem. ID.

θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ.

Ἀφ' ἑκαστου μὲν τῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἔργων καὶ πράξεων, τῆς περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος ἐμφανίζεται, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν λαμπρῶς αἱ χάριτες ἀναπτύσσονται· καὶ πολὺς ὁ τῆς εὐφροσύνης γλυκασμὸς ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατζόμενος ψυχαῖς, κ. τ. ἑ.

A *stri Jesu Christi divinam sepulturam, die Sabbati sancti.*

Nulla est Christi ac Salvatoris nostri actio atque functio, quæ non ejus erga nos benignitatis magnitudinem manifestet, nosfræque salutis gratia splendide enitescunt, ingensque est lætitiæ dulcedo hominum animis affusa, etc.

ΙΒ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἁγίας Σοφίας, τῇ Παρασκευῇ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν Νηστειῶν.

XII. *Ejusdem sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani homilia dicta in ambone sanctæ Sophiæ in Parasceve primæ hebdomadis sanctorum Jejuniorum; i, prima ante illam Dominica.*

Ἤκομεν ὑμῖν τὴν προθεσμίαν προφθάσαντες, καὶ τῆς ὀφείλης τὴν καταβολὴν προκαταθέσθαι σπουδάσαντες, κ. τ. ἑ.

Venimus præstitutum tempus antevertentes, atque debitum occupato vobis solvere studentes, etc.

B

ΙΓ'. Τοῦ αὐτοῦ Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.

XIII. *Ejusdem Photii archiepiscopi Constantinopolitani, homilia dicta in ambone Magnæ Ecclesiæ.*

Τῆς προλαβούσης ὁμιλίας τὸ τέλος, εἴ τι μέμνησθε, τὸν Ἄρειον παρεδίδου καθαιρούμενον, τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθούμενον, ἀναισχυντοῦντα, πλαττόμενον, ὑποκρινόμενον τὴν εὐσέβειαν, κ. τ. ἑ.

Superioris tractatus finis, si quid meministis, Arium exauctoratum tradebat, ab Ecclesia ejectum, protervientem, causificantem, pietatem simulantem, etc.

ΙΔ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.

XIV. *Ejusdem sanctissimi Photii archiepiscopi Constantinopolitani, homilia dicta in ambone Magnæ Ecclesiæ.*

Τῶν προμάχων τῆς Ἐκκλησίας, ὡς καὶ πρόσθεν ἔφημεν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας συσκευασθέντων, καὶ τῶν ἰδίων μὲν νομέων τῶν ποιμνίων ἐρημωθέντων. κ. τ. ἑ.

Ecclesiæ defensoribus, ut et ante dicebamus, a veritatis hostibus insidiis appetitis, gregibusque pastoribus suis viduatis, etc.

ΙΕ'. Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ Φιλοχρίστου βασιλέως, ὅτε τῆς Θεοτόκου ἐξεικονίσθη καὶ ἀνεκαλύφθη μορφή.

C

XV. *Ejusdem sanctissimi Photii patriarchæ Constantinopolitani, homilia dicta in ambone Magnæ Ecclesiæ, in die magni Sabbati, sub præsentia Christi amantis imperatoris, quando sanctæ Dei Genitricis effigies expressa imagine est atque detecta.*

Σιγᾷν εἴ τις διὰ παντὸς μελετήσειε τοῦ βίου, νῦν λάλος τις εἶναι καὶ πρὸς ῥητόρων τέχναις παρεσκευάσθαι τὴν γλῶσσαν, εἴπερ ἄλλοτι διὰ σπουδῆς ἂν ὅτι μάλιστα ποιήσαιτο, κ. τ. λ.

Si quis in omne tempus silentium sibi indixisset, nunc ut verbis loquax instructaque rhetorum præceptis lingua atque artibus esset, omni majore opera summopere studeret.

ΙϚ'. Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἁγίας Σοφίας, ἡνίκα τοῖς ὀρθοδόξοις καὶ μεγάλοις ἡμῶν Μιχαὴλ καὶ . . . ὁ κατὰ πάσης αἱρέσεως ἐστηλογραφήθη θρίαμβος.

XVI. *Ejusdem sanctissimi Photii patriarchæ Constantinopolitani, homilia dicta in ambone Sanctæ Sophiæ, quando orthodoxis magnisque nostris imperatoribus Michaeli et..... adversus omnes hæreses perenni titulo, cippo inscriptus est trimphus.*

Ἦν ἄρα ἐκ πολλοῦ γεγηρακὼς ὁ χρόνος καὶ νέαν οὐκ ἔχων ὠδῖνα, καθ' ἣν ἀκμάζων ἐθάρρει σεμνύνεσθαι, κ. τ. ἑ.

D

Jam pridem ergo tempus consenuerat, carebatque nova parturigine, qua magnifice floreret ac honestari præsumeret, etc.

Ad hæc Anglia novum Photii opus nobis præcudit, de Ecclesiæ, Constantinopolitanæ præcellentia : in quo vereor, ne fumos suos vis ambitiosus nobis vendat, atque id agat, ut novam Romam jure vel injuria, sentiori vel anteponat, vel utriusque προνόμια *eadem statuat.*

HOMILIÆ.

I.

Photii (c) archiepiscopi Constantinopolitani, Oratio in sanctissimæ Dei Genitricis natalem diem (d).

Φωτίου (d) ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

COMBEFIS. *Auct. nov.* p. 1583-1604.

Omnis quidem festivitas, celebrisque omnis conventus, quo piorum cœtus exhilaratur, tum dissidia, mutuasque lites dissolvit, tum animis, studiisque divisos, ac eos, qui amoris vinculum seditione diruperunt; Canticorum consonas voces, quibus ipsa re consoletur, ad concordiæ instaurationem exhibens; mire colligit, unitque: atque unius ejusdemque Domini ac creatoris, figmenta ac creaturas, eos qui collecti sunt, ostendit: exque unitate cultus, figmenti parem dignitatem subindicans, eorum qui in se invicem acerbis odiis afferentur, lenit, ac deprimit animos; suadens modeste sapere, ac pro humana ratione; docensque ad eamdem Fictoris manum respicere, atque idem fictionis lutum reputare. Ad hoc enim solemnes conferre conventus, congrua Christianis consuetudo documento est; ac alius quidem, Christum natum ostendit; alius testatur baptizatum; profert alius transfiguratum: alius exhibet divina patrantem signa; dæmoniacos curantem; cæcis visum restituentem; sanguinum siccantem fontes; claudis ac paralyticis membra astringentem: mortuos suscitantem; ac demum alius pendentem in cruce traducit; alius vero iterum resurgentem, meamque visibilibus factis, gestisque resurrectionem initiantem.

Cum sic autem divinæ congrue religioni institutus omnis ejusmodi conventus, tum communia dona fruenda præbeat, tum propriam pariter emicantem gratiæ illustrationem prætendat, longe præ aliis, solemnis hic dies, Virginis ac Dei Matris natalitio inclytus, præclara honoris insignia refert. Quemadmodum enim radicem, ramorum, truncique, ac fructus, floresque agnoscimus causam, tametsi fructus gratia omne aliis studium laborque impenditur; citraque radicem, aliorum nihil enascitur; sic Virginis dempta festivitate, aliarum, ab

Πᾶσα μὲν ἑορτὴ, καὶ πᾶσα πανήγυρις, καθ' ἣν ὁ τῶν εὐσεβούντων φαιδρύνεται σύλλογος, λύει μὲν τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, καὶ τὰς ἐρίδας· συνάγει δὲ τοὺς ἀπαλλήλων γνώμῃ διεστῶτας, καὶ τὸν δεσμὸν τοῦ φίλτρου στάσει λύσαντας, τὴν τῶν Ἁσμάτων συμφωνίαν, παράκλησιν ἔργῳ καταβαλλομένη, πρὸς τὴν τῆς ὁμοφροσύνης ἐπανάκλησιν· δείκνυσι δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ Δεσπότου καὶ δημιουργοῦ τοὺς συναγηγερμένους πλάσματά τε καὶ ποιήματα· καὶ τῇ ἑνότητι τοῦ σεβάσματος, τὴν ὁμοτιμίαν τῆς πλάσεως ὑποφαίνουσα, τοὺς καταλλήλων πικρῶς ἐπαιρομένους πραΰνει καὶ κατασπᾷ, μέτρια φρονεῖν καὶ ἀνθρώπινα πείθουσα, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν τοῦ Πλάστου παλάμην ὁρᾷν, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναλογίζεσθαί τῆς πλάσεως πηλὸν ἐκδιδάσκουσα. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐμοί γε τὰς πανηγύρεις τελεῖν ὁ πρέπων Χριστιανοῖς θεσμὸς ὑποτίθεται· καὶ ἡ μὲν Χριστὸν ἐμφανίζει τικτόμενον· ἡ δὲ, μαρτύρεται βαπτιζόμενον· ἄλλη φέρει μεταμορφούμενον· ἑτέρα δὲ, τὰς θεοσημείας ἐργαζόμενον. δαιμονῶντας θεραπεύοντα· πηροὺς ὀμματοῦντα· πηγὰς αἱμάτων ξηραίνοντα· χωλοὺς καὶ παρειμένους συσφίγγοντα· νεκροὺς ἀνιστῶντα· τέλος ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενον ἄλλη παραδειγματίζει· καὶ ἄλλη πάλιν ἀνιστάμενον, καὶ τὴν ἐμὴν ἀνάστασιν ἔργοις ὁρωμένοις ἐγκαινίζοντα.

Ἀλλ' οὕτω πάσης θεοπρεποῦς πανηγύρεως, καὶ τῶν ἐπικοινῶν χαρισμάτων παρεχούσης τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ἰδίαν τινὰ συνεπαυγαζούσης τῆς χάριτος ἔλλαμψιν, παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἡ παροῦσα πανήγυρις, τῆς Παρθένου καὶ Θεοῦ Μητρὸς φιλοτιμουμένη τὴν γέννησιν, λαμπρὰ κατὰ πάσης τὰ πρεσβεῖα ἀποφέρεται. Ὥσπερ γὰρ τὴν ῥίζαν κλάδων καὶ στελέχους καὶ καρποῦ καὶ ἄνθους αἰτίαν γινώσκομεν, εἰ καὶ τοῦ καρποῦ χάριν ἡ περὶ τὰ ἄλλα σπουδὴ καὶ ὁ πόνος καταβάλλεται· καὶ οὐδὲν τῶν ἄλλων χωρὶς τῆς ῥίζης ἐκφύεται· οὕτως ἄνευ τῆς παρθενικῆς πανηγύ-

NOTÆ.

(c) Ut schisma excipias, erat ut Photius magnis quoque viris, ac Ecclesiæ magistris accenseri posset; cujus monumentum hoc in sanctam Deiparam, diutius latere nolui, ex quo Photii vena in festivis ejusmodi orationibus velut specimine aliquo sese prodat. Nec enim alia ejus generis illius prodiisse arbitror; nec forte exstant. Seguierano codici præfixus index antiquo manu aliam ei tribuit, in sepulturam Domini, exstatque ibi fere integra excepto exordio: valde illa luculenta, tametsi nolui ita mutilam exscribere, atque hic loci repræsentare. Præcipue imitatus videtur auctor Gregorium Nazianzenum Orat. in sancta lumina, ubi ille tam multis absona gentilium sacra traducit. Nolim ego immorari explicandis fabulis, quas perstingit. Adeat qui volet mythologos.

(d) Ex Eminentissimi cardinalis Mazarini Codice.

ρεως, οὐδεμία τῶν ἐξ αὐτῆς ἀναβλαστησάντων ἐπιφαίνεται· Ἀνάστασις γὰρ, ὅτι θάνατος· θάνατος δὲ, ὅτι σταύρωσις· σταύρωσις δὲ, ὅτι Λάζαρος τεταρταῖος ᾅδου πυλῶν ἀνελήλυθε· καὶ τυφλοὶ βλέπουσι· καὶ κλίνην ἐφ' ᾗς ἔκειτο, φέρει τρέχων ὁ παράλυτος· καὶ τῶν παραδοξουμένων ἔργων· οὐ γὰρ ἐπίκαιρον πάντα καταλέγειν· τὰ ἐπίλοιπα, ἃ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος δέον δοξάζειν καὶ ἀνυμνεῖν, εἰς φθόνον ἐξέκαυσεν. ἀφ' οὗ τὸν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπ' ὀλέθρῳ σφῶν φθόνον [a] ἐπαλαμήσαντο. Ταῦτα δὲ, ὅτι Χριστὸς βαπτισάμενος, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τῆς πλάνης ἀπολυσάμενος, ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν θεογνωσίαν ἐδίδασκεν· βάπτισις δὲ, ὅτι γέννησις· Χριστοῦ δὲ γέννησις, συντόμως καὶ καλῶς εἰπεῖν, ὅτι Παρθένου γέννησις· ἐν ᾗ καινιζόμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα. Οὕτω ῥίζης, ἢ πηγῆς, ἢ θεμελίων λόγον, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ οἰκειότερον εἴπω, ἡ παρθενικὴ πληροῦσα πανήγυρις, ἐκείναις τε πάσαις εἰκότως ἀγλαΐζεται, καὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἐνδιαπρέπει χαρίσμασι, καὶ παγκοσμίου σωτηρίας ἡμέρα γνωρίζεται.

Σήμερον γὰρ ἡ Παρθένος μήτηρ, ἐκ στείρας μητρὸς ἀποτίκτεται, καὶ τῆς Δεσποτινῆς ἐπιδημίας τὸ παλάτιον εὐτρεπίζεται. Σήμερον δεσμὰ στειρώσεως λύεται, καὶ τῆς παρθενίας τὰ κλεῖθρα σφραγίζεται. Οἷς γὰρ νηδὺς ἄγονος, καὶ λόγους νεκρωθεῖσα τεκνώσεως, καρπὸν παρ' ἐλπίδας ὡραῖον προήνεγκεν· τούτοις καὶ τὸ τῆς παρθενίας μνηστεύεται ἀδιάφθορον, καὶ τὸ θαῦμα τῆς κυοφορίας ἐπιδήλοις ἔργοις προαγγέλλεται. Ὑπερφυὲς μὲν τόκος ἄνανδρος, καὶ παρθενίας φυλακὴ μετὰ γέννησιν· νικᾷ δὲ θεσμοὺς φύσεως καὶ στεῖρα μετὰ γῆρας γεωργουμένη καὶ τίκτουσα, καὶ τῆς Παρθένου τὸν τόκον, δι' ὧν τερατουργεῖται, προοιμιάζεται. Σήμερον τὸν ὀνειδισμὸν τῆς ἀτεκνίας ἡ Ἄννα θερίζεται, καὶ τῆς χαρᾶς τοὺς στάχυς ἡ οἰκουμένη καρπίζεται. Πατὴρ παιδὸς ὁ Ἰωακεὶμ ὀνομάζεται, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἡμεῖς ἀρραβωνιζόμεθα τὸ ἀξίωμα. Σήμερον ἡ Παρθένος ἐξ ἀγόνων λαγόνων προέρχεται, καὶ τὰς γονὰς τῆς ἁμαρτίας ἡ στείρωσις διαδέχεται· καὶ τῆς Συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων χηρεύει τὸ πλήρωμα, καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας κόλπων τὰ τέκνα προκύπτουσι, Χριστῷ τῷ νυμφίῳ θεοπρεπῶς αὐξανόμενά τε καὶ πληθυνόμενα. Ἐξ ἀγόνων λαγόνων ἡ Παρθένος προέρχεται, ὅτε καὶ γονίμων ὄντων ὁ τόκος παράδοξος. Ὦ τοῦ θαύματος! ὅτε τῆς σπορᾶς ὁ χρόνος ἐξέλιπε, τότε τοῦ καρποῦ τῆς φορᾶς ὁ καιρὸς ἐπεδήμησεν ὅτε τὸ πῦρ ἐσβέσθη τῆς ἐπιθυμίας, τότε ἡ λαμπὰς ἀνήφθη τῆς παιδοποίας. Νεότης ἄνθος οὐκ ἤνεγκε, καὶ βλαστὸν τὸ γῆρας προβάλλεται, γαστρὸς ὄγκος ἀκμαζούσης οὐκ ἐγνώσθη φύσεως, καὶ ὑπεράκμου νηδύος ἀειπάρθενον βρέφος γνωρίζεται κύημα.

Ἀλλ' ἀπορεῖς, ἄνθρωπε, εἰ ἡ στεῖρα τέτοκεν;

A ipsa germinantium, nulla illucescet. Ideo namque resurrectio est, quia mors : mors autem, quia crucifixio : crucifixio, quia Lazarus quadriduanus ab inferni portis reversus est ; ac quia cæci vident, paralyticusque, lectum in quo jacebat portat currens : ac demum quia admiranda alia patrata opera (nec enim per tempus licet percensere omnia) quibus Judæorum populus, cum ad laudem ac cantica provocari debuisset, invidia exarsit ; qua permovente, in suum ipsi interitum Salvatoris necem moliti sunt. Hæc autem eo fuere, quod Christus baptizans, atque ab infidelitatis errore homines liberans, opere pariter atque sermone, Dei scientiam ac fidem doceret : baptismus autem, quia nativitas : Christi autem nativitas, ut summa ac B præclare dicam, quia Virginis nativitas : in qua initiamur, quamque meruimus celebrare. Quamobrem, radicis, fontisve, aut fundamenti, vel nescio quid germanius ac magis proprium dicam, rationem, virginalis festivitas implens, illis pariter universis honestatur, ac splendet, multisque ac magnis præpollet donis, ac mundi universi salutis dies noscitur.

Hodie enim Virgo mater, ex matre sterili nascitur, Dominicique adventus palatium præparatur. Hodie solvuntur sterilitatis vincula, ac virginitatis claustra obsignantur. Quibus enim infecundus uterus, ac cujus prolificæ rationes emortuæ essent, præclarum fructum protulit, cum spes omnis abesset ; iis quoque virginalis incorruptio promittitur, partus- C que miraculum perspicuis rebus prænuntiatur. Equidem eximia res, ac tota quid majus natura, partus sine viro, ac servata virginitas ab edita prole ; verum naturæ quoque jura superat, ut sterilis a senio fecunditate augeatur, pariatque ; ac rei prodigium, virginali partui exordio præit. Hodie Anna sterilitatis opprobrium amputat ; gaudiique segetes terrarum orbis metit. Joachim puellæ appellatur pater, nosque adoptionis arrhabonem honoris cumulo accipimus. Hodie Virgo ex infecundis lumbis procedit, peccatique fecundos partus sterilitas excipit, Synagogæ Judæorum cœtus viduus manet, exque Ecclesiæ sinu filii prodeunt, qui Christo sponso divine crescant, ac pleno numero augeantur. Procedit virgo abs sterilibus lumD bis, tum, cum etiam iis fecundis partus mirabilis ac insolitus foret. O rem mirabilem ! cum defecisset sementis tempus, tunc editionis fructus opportunitas advenit : ubi cupiditatis ignis exstinctus esset, tunc fecunditatis fax accensa est. Juventus non protulit florem, germenque senectus edit : vegeti uteri tumor ignotus fuit, effœtique ventris virgo perpetua infans noscitur partus.

Enimvero, dubitas homo, num sterilis pepere-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Lege φόνον.

rit ? Quinimo quæris, quibus te quoque mirari oportebat, quibus admiramur ipsi, ut dignam rem miraculo ridiculam facias, spernasque, ac num sterilis pariat, verbis contendis ? Si enim non parit sterilis, nec quæ parit sterilis est ; quomodo arentia ubera in lactis fontes acuuntur ? Siquidem enim senectus sanguinis thesauros nescit recondere, quomodo quod mammæ non acceperunt, in lactis dealbant speciem ? Qui vero etiam vulva emortua, maturam vivamque prolem edit, eamque ipsa continet, et alit ? Hæc tu adversus teipsum, tuamque subtiliter consuis salutem : quis nempe exsistens ? Nec enim unus quis fidelium exsistas, ac eorum, qui miraculo digni sint. Nam neque fidelis producatur, qui iis abroget fidem, per quæ fides astruitur ; sed Judæus. At quomodo, ac ubi tibi excidit Sara ? Nonne enim illa, senectutis ac sterilitatis dispendiis editam prolem, Isaac vidit ? Siquidem Anna animum tibi confundit, ac turbat, potiori jure Sara, quando etiam prior. Quod si hoc dubitationem facit, ille tu, neque persentis, tuam te præscribere ac submovere cognationem, radicesque ex quibus tibi ramo esse accessit, ampulare, atque a Judaicis juribus revinceris excidisse ?

Ut quidem ego naturæ serio partum factum dicens, postea rogarem in meam pedibus manibusque ires sententiam, merito sterilitas senectutem natura, rationum laborem progigneret : cum autem divinæ gratiæ opus doceam, quid gratiam cogis servire naturæ, cujus illa semper dominari comparata est ? Num Adamum admittis e luto formatum, ac absque nativitate productum esse ? Num admittis et Evam absque copula editam, ac lateris, costæque germen esse ? ut plane non hæc dicas rationem naturæ. Quæ enim humana successione accretio ac procreatio est, modum alium processionis servans, non sinit ut illorum processionem naturæ opus existimes : at neque rursum ut contra naturam : siquidem illa naturalis hominum constitutionis principium est. Divini ergo consilii sit, atque potentiæ. Quid vero ? Tum quidem potuisse concedis, in iis quoque quæ majorem admirationem habebant, divinum Numen, nec naturæ ordinem adversus ejus Fictorem instruis ; nunc autem, tanquam potentissimum ac immortalem virtutem gravi senio defectam existimares, isti imbecilliorem pronuntias ? cum prioribus exercitatus, par esset ut aliis quoque potius videreris, indubitatam in ejusmodi præbere fidem. Quocirca ne Judæus quidem dubitaverit, ut quidem Judæus sit ; sed eorum aliquis, qui animum ac mentem habent gentilitio errore tentum.

Non credis ergo tu, subsannasque, ut puella abs sterili prodierit, qui homines putredine ortos confingis ? qui draconis dentes majoribus tuis vulvas, quibus sint suscepti, efficis : adeoque utinam tibi ipse dicenti, eos sepulcra ostendisses, qui lapides jubes concrescere in homines, tuorumque majorum genus digna te serie recenses, in formicarum sanguinem referens. Tu hæc sapiens, quanquam sunt maximum delirium ; nec usquam aliquid, non

A μᾶλλον δὲ ζητεῖς, οἷς καὶ σὲ θαυμάζειν ἐχρῆν δι' ὧν θαυμάζομεν, παρὰ φαῦλον θέσθαι τὸ θαυμαζόμενον, καὶ πῶς στεῖρα τέκοι λογομαχεῖς ; Εἰ γὰρ στεῖρα οὐ τίκτει· τίκτουσα δὲ οὐ στεῖρα· πῶς δὲ μαζοὶ ξηρανθέντες εἰς πηγὰς ἀναστομοῦνται γάλακτος ; Εἰ γὰρ θησαυρίζειν αἷμα τὸ γῆρας οὐκ οἶδε, πῶς ὅπερ οὐκ ἔλαβον αἱ θηλαὶ, λευκαίνουσιν εἰς γάλα ; Πῶς δὲ μήτρα νεκρωθεῖσα τελεσιουργεῖ καὶ ζωοποιεῖ, καὶ συνέχει καὶ τρέφει τὸ ἔμβρυον ; Ταῦτα σὺ κατὰ σεαυτοῦ, καὶ τῆς σῆς μηχανορράφεις σωτηρίας· τίς ὢν ; Τῶν πιστῶν γὰρ καὶ ἀξίων τοῦ θαύματος, οὐκ ἄν εἴης· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς, δι' ὧν ἡ πίστις, ἀπιστεῖν οὐμενοῦν ὁ πιστὸς παραστήσεται, ἀλλά Ἰουδαῖος· Ἡ Σάρρα δὲ, πῶς, ἢ ποῦ σοι διαπέπτωκεν ; Ἆρα γὰρ εὖ γήρως καὶ στειρώσεως εἶδε παῖδα τὸν Ἰσαάκ ; Ἂν ἡ Ἄννα B σοι συγχεῖ καὶ ταράσσει τοὺς λογισμοὺς, ἢ Σάρρα μᾶλλον ὅτι καὶ πρῶτον. Ἂν τοῦτο ποιῇ τὴν ἀμφιβολίαν, ἐκεῖνος σὺ, καὶ τῆς σῆς οὐκ αἰσθάνῃ παραγράφων συγγενείας, καὶ τέμνων τὰς ῥίζας ἐξ ὧν σοι τὸ εἶναι κλάδῳ, καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν θεσμῶν ἐξελέγχῃ κατενηνεγμένος.

Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν εἱρμῷ φύσεως πεπράχθαι λέγων τὸν τόκον, ἔπειτά σε ὁμονοεῖν παρεκάλουν, καλῶς ἡ στεῖρα τὸ γῆρας· ἡ φύσις τῶν συλλογισμῶν ἐγέννα τὸν πόνον· εἰ δὲ χάριτος θείας πρεσβεύω τὴν πρᾶξιν, τί τὴν χάριν ἐκβιάζῃ δουλεύειν τῇ φύσει, ἧς ἀεὶ αὕτη πέφυκε κυρία ; Δέχῃ τὸν Ἀδὰμ πηλῷ πλασθέντα, καὶ C χωρὶς παραχθέντα γεννήσεως ; Δέχῃ τὴν Εὔαν ἄνευ συναφείας, καὶ πλευρᾶς ὑπάρχουσαν γέννημα· λόγον ταῦτα φύσεως οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχων. Ἡ γὰρ κατὰ διαδοχὴν τῶν ἀνθρώπων αὔξησίς τε καὶ γέννησις, ἄλλην τάξιν τῆς προόδου διασώζουσα, οὐκ ἐᾷ τὴν προβολὴν ἐκείνων φύσεως δοξάζειν ἔργον· ἀλλ' οὐδέ γε παρὰ φύσιν πάλιν· ἀρχὴ γὰρ τῆς κατὰ φύσιν τῶν ἀνθρώπων συστάσεως. Θείας ἄρα βουλῆς, καὶ ἰσχύος. Τί δέ ; Τότε μὲν ἰσχύειν κἂν τοῖς παραδοξοτέροις δίδως τὸ Θεῖον, καὶ τὴν τάξιν τῆς φύσεως κατὰ τοῦ ταύτης οὐχ ὁπλίζεις Πλάστου· νῦν δὲ ὥσπερ γῆρας βαθὺ κατεγνωκὼς τῆς πανσθενεστάτης καὶ ἀκηράτου δυνάμεως, ἀσθενεστέραν τούτοις ἀποφαίνεις ; ἐφ' ὧν τοῖς ἔμπροσθεν ἐγγεγυμνασμένος, δίκαιος ἂν ἦσθα μᾶλλον καὶ τοῖς ἄλλοις ὀφθῆναι τὴν περὶ τούτων πίστιν D ἀδίσταχτον παρεσχημένος. Οὐκοῦν οὐδὲ Ἰουδαῖος ὁ ἀμφισβητήσων εἴη, ἅνπερ Ἰουδαῖος εἴη· ἀλλά τις τῶν Ἕλληνα νοῦν καὶ γνώμην κεκτημένων.

Ἀπιστεῖς δὲ ἄρα σὺ, καὶ φαυλίζεις ἐκ στείρας παῖδα προεληλυθέναι, ὁ σήψεως τέκνα πλάττων τοὺς ἀνθρώπους ; ὁ δρακοντείους ὀδόντας μήτρας αὐτουργήσας τοῖς σοῖς γε προγόνοις ; ὡς εἴθε τάφους ταῦτα λέγοντί σοι τούτους ἐδείκνυς, ὁ λίθους ἀνθρωπίζεσθαι προστάττων, καὶ τῶν σῶν προπατόρων τὸ γένος ἀξίως γε σαυτοῦ γενεαλογῶν, εἰς τὸ τῶν μυρμήκων ἀναφέρων αἷμα. Σὺ ταῦτα φρονῶν, κἂν μακρὸς ὑπάρχει λῆρος· καὶ οὐδαμῇ, οὐδέν· οὐ χάριν· οὐ νοῦν,

οὐ φύσιν, οὐκ αἴσθησιν, οὐκ ἀλλοτρίαν δόξαν, οὐ τὴν σεαυτοῦ, οὐκ ἄλλο οὐδὲν συνήγορον ἔχων, πλὴν τῆς σῆς ἀναισχυντίας ἢ ἀναισθησίας· ὅμως, περιέπεις καὶ πρεσβεύεις· ἃ δὲ καὶ δόξαι κμροῦσι μαχόμεναι, ταυτὰ περὶ τούτων ὑπὸ τῆς ἀληθείας συνφθέγγεσθαι βιαζόμεναι· καὶ ὧν πρώτη μάρτυς ἡ αὐτοψία καὶ αἴσθησις, καὶ οἷς πολλὰ τῶν ὁμοιοτρόπως πάλαι γεγονότων, καὶ χωρὶς τῶν εἰρημένων τὴν πίστιν παρέχεται· ταῦτα χλευάζειν ἐπιχειρεῖς, καὶ ἐν φαύλῳ τίθεσθαι; καὶ οὐ τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε, ὡς οἷς ἐκεῖνοι τὰ ἀτοπώτατα πεπρεσβεύκασι, τούτοις ἡμᾶς δεήσει σεμνολογεῖν τὰ ἡμέτερα· οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, τὸ φῶς τῷ σκότει λαμπρύνεσθαι, ἢ τῷ ψεύδει συνίστασθαι τὴν ἀλήθειαν· ἢ τῇ πλάνῃ τὴν πίστιν στηρίζεσθαι· ἀλλ' ὡς ὅλως οὐκ ἐξῆν ἐκείνοις κατω παντελῶς κατενεχθεῖσι, καὶ ὅσον ἡμεῖς ἄνω τῆς φύσεως, τὰ μὲν παρὰ φύσιν, καὶ ἃ μηδ' ὅστις οὖν τρόπος συγκροτήσειεν, ταῦτα τιμᾶν, καὶ θαυμάζειν· ἃ δὲ πολλῷ κρείσσω καὶ λόγου καὶ φύσεως, καὶ ἀνέσεως [b]· καὶ εἰσέτι μαρτύρων τάφοι, ἔστιν οὗ τῆς χρείας καλούσης, καὶ τῆς Προνοίας οἰκονομούσης, τερατουργοῦντες ἐπιμαρτύρονται, ταῦτα δε λόγῳ καὶ πλάνῃ πειρᾶσθαι παρασαλεύειν.

A gratiam, non mentem, non naturam, non sensum, non alienam opinionem, non tuam ipsius, non aliud quidquam habens quod suffragetur, excepta duntaxat impudentia tua, sive insensibilitate; veneraris tamen, ac honori habes: ea vero quæ et pugnantes confirmant opiniones, cogente veritate ut de his eadem consentienter pronuntient: ac quorum primus testis est ipse aspectus, sensusque, quibus denique, plura olim simili ratione facta, exceptis etiam iis, quæ sunt dicta, fidem conciliant, subsannare contendis, ac floccipendere? Nec sane ego id dixerim, ut quibus illi res absurdissimas honorarunt, iis nos oporteat honestare nostras; neque, quod longe abest, tenebris lumen illustrare; aut veritatem mendacio astruere: vel fidem infi- B delitatis errore confirmare; sed plane nefas eos præsumere, omnino sensu ad ima depressos, quanto nos naturæ superiores sumus, ut quæ sunt contra naturam, quæque nulli comprobaverint mores, ea illi honori habeant, ac admirentur: quæ autem majori et oratione et natura, ac laude, præconio, hactenus quoque martyrum sepulcra, quandoque usu vocante, ac disponente providentia, prodigiis editis clara, attestantur, ea sermone atque errore convellere nitantur.

Ὅρα δὲ κἀκεῖνο. Οὐ πάθος κρατεῖ φύσεως; οὐ νόσος; οὐ γῆρας; οὐκ αὐτὴ δὲ νεότης οὕτω ἠβάσκουσα εἰ καί τι ἄλλο, ἀσθένεια καθεστῶσα τῆς τεκνώσεως; καὶ τὸ παράδοξον, εἰ μὴ τῷ συνήθει τὴν ἔκπληξιν διεκλέπτετο, ὅτι δι' ἧς ἔρχεταί τις εἶναι πατὴρ, αὐτὴ τέως οὐκ ἐᾷ γενέσθαι πατέρα. Τί οὖν; τὰ πάθη νικᾷ τὴν φύσιν, εἰ μή τι ἄλλο πάθος καὶ περίττωμα ταύτης ὄν· ἡ δὲ χάρις ἣν ἔπλασεν οὐ βελτιοῖ φύσιν; τὸ γῆρας ψύχον, τῆς γονῆς ἀναξηραίνει τὰς πηγὰς, καὶ ὁ πλάστης θάλπων οὐκ ἀρδεύει τὸ γεγηρακός; ἐκεῖνα πρὸς ἃ μήπω κατηνέχθη, καὶ τοῦ καιροῦ μήπω παραστάντος, καὶ χειρόνων ὄντων πφὸς ἃ καθέλκεται, φέρει ὅμως εὐμαρῶς· ὁ δὲ πλάστης, ἐν οἷς ἐξ ἀρχῆς ὅροις ἔστησεν, οὐκ ἐπανάγει θέλων εὐχερῶς; ἀπιστεῖς τοῖς εἰρημένοις; καλῶς γε ποιῶν· οὐ γὰρ ἔμοιγε, οὗ πολλοῦ δεῖ τῶν σεμνῶν σου ταῦτα μεταπλάσεων, ἃς ἐγώ σοι ἀριθμήσομαι· μᾶλλον δὲ, σόν ἐστι καταλέγειν ταῦτα, ἵν' ἔχῃς πλέον ἐν τοῖς σοι βιωφελεστάτοις ἀφηγήμασιν ἡμῶν κατεπαίρεσθαι.

Illud quoque vide. Nonne affectio superat naturam? nonne morbus? nonne senium? nonne juventus ipsa, ita vigens ac aliud quodvis, generandæ prolis impotentia exsistens? quodque miraculum C haberet, nisi sensim consuetudine, admirationis ac stuporis sensum auferret, qua quis provehit ut sit pater, ipsa hactenus patrem fieri prohibet. Quid ergo? affectiones naturam vincunt, nisi quid aliud adsit, quod ejus sit affectio ac recrementum; nec gratia, quam finxit ac condidit, naturam in meliorem augebit? Senectus infrigidans genitales fontes exsiccat; nec fictor, conditorque fovens, irriguum faciet quod consenuit? Illa ad quæ hæc necdum devoluta est, ac cum adhuc non adsit tempus, cumque ea ad quæ pertrahunt sint deteriora, facile tamen ferent; fictor autem, ac conditor, in quibus ab initio constituit modis, ut velit non reducet? Non habes dictis fidem? præclare quidem agens, at non mihi, cui hæc longe sint honestis tuis transformationibus, quas tibi sum enumeraturus: quinimo tuum erit percensere, quo magis, humanam vitam juvantibus narrationibus tuis, adversum nos gloriari possis.

Λέγε τὰς ἐξ ἀνθρώπων αἰγείρους· ὧν ἀπορρεῖ τῶν D ὀμμάτων ἡ τοῦ μύθου ἤλεκτρος, ἀφ' οὗ σὺ πλουτεῖς τὴν εὐήθειαν. Ἀρίθμει καὶ τὰς δάφνας, καὶ τοὺς φοίνικας· τὰς ἀηδόνας, καὶ τὰς χελιδόνας· τοὺς ᾠδικούς σου κύκνους, καὶ τὰς ἀλκύονας, καὶ τοὺς φιλανθρώπους σου δελφῖνας. Ὕμνει σου τοὺς ἀνδρογύνους Τειρεσίας, ἵνα θεῶν ἔριν, ἀξίαν τῆς ἐκείνων ἀσελγείας διαλύωσιν· οἱ πλέον τὴν ἡδονὴν ἐπιμετρησάμενοι τῇ θεῷ, εἰς κακὸν τῆς παῤῥησίας ἀπώναν-

Dic factas ex hominibus populos, e quarum oculis fabulosum illud electrum defluit, ex quo tu stultitiæ divitias colligis. Daphnas quoque numera ac phœnices: luscinias ac hirundines: canoros cycnos, ac alcyones, hominumque amantes delphinos. Celebra ac lauda tuos illos ambigui sexus Tiresias, quo deorum litem, eorum dignam luxuria dissolvant: qui nimirum, quod ampliorem voluptatem deæ tribuissent, mala libertatis præmia retulerunt.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Lege αἰνέσεως.

Vis abunde in memoriam reducam tauros mare trajicientes, misellæ puellæ amore gubernante; longasque profectiones; ac viarum multos circuitus, moraeque quam procul Olympo? Taceo alia. Nec enimvero par est ut fidei unguento, erroris cœnum commisceamus; vel ut pietatis elucentes radios, profunda impietatis caligine probro affi:iamus. Quapropter amplis illis nugis ac fabulis procul valere jussis, eorumque, qui ea admirantur cum amentiam miserantes, tum odio habentes superbiam, ad priorem orationis cursum dirigamur.

Olim itaque humano genere, peccatorum, quibus se primi parentes obstrinxissent, victoria, servituti addicto, neptis proles eorum futurum destructorem subtonans, ac obscuro velut clangore indicans, fore ut illud emergeret a tyrannide, ac a servitute liberaretur, claro signo monstrabat. Quapropter etiam Adam una cum Eva, antiquas illas prævaricationis depurgantes sordes, tristemque a mœstitia vultum deponentes, libera tum voce, tum facie, lætis choreis virginalem coronant festivitatem: quin ejus potius exsistunt auspices. Cum enim peccati senem toti adnatum generi, illud vitiasset, eo radicitus exstirpato, merito potius gaudium ac choros auspicentur, accersantque, ac socios convocent universos ab eis procreatos. Ex quo namque prolapsionis infirmitas, ab iis, qui primi prævaricati essent in omnes transfusa difluxerat, universique similem curationem necessariam habebant; ac mundi totius salutis, hodie Virginis partu ponuntur fundamenta, operæ pretium erat ut communis, ac generis totius constitueretur celebritas; utque populi totius, ac mundanis majora, gratiarum actionis monumento, cantica pangerentur. Mundi enim totius salus, mundanis majores exigit, ac vendicat gratiarum actiones.

Gratiarum actionis cantica submittamus; quod Adam reformetur, ac instauretur Eva; diræque dissolvantur, ac humanum genus, mortuam peccati ac pelliceam exuens personam, in pristinam ac antiquam Dominicæ imaginis restauretur dignitatem. Gratiarum actionis submittamus cantica, ac populi universi choros constituamus, quod Virgo, ab infecundo sinu prodiens, naturæ vulvam infecundam sanctificet, ejusque sterilitatem, ad virtutum uberes fructus exstimulet. Quibus enim universorum Domino ac agricolæ, purissimorum sanguinum rivulos ad masæ totius aridæ irrigationem commodavit; iis merito feracitatis benedictionem recipit. Scala in cœlum subvehens coaptatur terrenaque natura suos ipsa terminos præsiliens, in cœlestes mansiones transfertur. Dominica sedes in terra paratur, terrenaque sanctificantur, ac cœlestium ordines nobiscum congregantur; illiusque nequam, ac qui nos primum decepit, fuitque auctor insidiarum humano positarum generi, dolis ejus ac molitionibus evanescentibus, potentia colliditur.

το. Βούλει σοι προσαναμνήσω τοὺς ποντοπόρους ταύρους, κόρης δυστυχοῦς οἰακιζομένους ἔρωτι· καὶ τὰς μακρὰς ἀποδημίας· καὶ τὰς πολλὰς περιόδους· καὶ τὰς πορρώτατω τοῦ Ὀλύμπου διατριβάς; σιγῶ τ' ἄλλα· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ προσεῖχε μύρῳ πίστεως πλάνης συναναχρινᾶσθαι βόρβορον· ἢ τὰς τῆς εὐσεβείας αὐγὰς, τῷ βαθεῖ τῆς ἀσεβείας ζόφῳ καθυβρίζεσθαι. Διὸ τοῖς μακροῖς ὕθλοις καὶ μύθοις μακρὰ χαίρειν εἰπόντες, καὶ τοὺς ἐπτοημένους περὶ ταῦτα τῆς παρανοίας ἐλεοῦντες, καὶ μισοῦντες τῆς ἀλαζονείας, ἐπὶ τὸν ἐξαρχῆς τοῦ λόγου δρόμον καὶ δὴ ἰθυνώμεθα.

Πάλαι τοιγαροῦν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τῶν προγονικῶν ἁμαρτημάτων τῷ κράτει δεδουλωμένης, ὁ τῆς ἀπογόνου τόκος τὸν καθαιρέτην τούτων ὑποσαλπίζων, ἀνενεγκεῖν τῆς τυραννίδος καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς δουλείας λαμπρὰ παρείχετο τὰ συνθήματα. Διὸ καὶ Ἀδὰμ σὺν τῇ Εὔᾳ τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους τῆς παραβάσεως ἀποκαθηράμενοι μολυσμοὺς, καὶ τὸ τῆς κατηφείας ἀποσκευασάμενοι σκυθρωπὸν, ἐλευθέρᾳ καὶ φωνῇ καὶ ὄψει, τὴν παρθενικὴν χοροστατοῦσι πανήγυριν χαίροντες· μᾶλλον δὲ, κορυφαῖοι ταύτης καθεστηκότες. Δι' ὧν γὰρ ἡ τῆς ἁμαρτίας σπορὰ ὅλῳ παραφυεῖσα τῷ γένει, καὶ τοῦτο νοθεύσασα· οὗτοι μᾶλλον ταύτης ἀπορρίζουμένης, κατάρχειν τῆς χαρᾶς, καὶ τῆς χοροστασίας, καὶ μετέρχεσθαι, καὶ συγκαλεῖν τοὺς ἐξ αὐτῶν πεφυκότας, τυγχάνουσι δίκαιοι. Καὶ γὰρ διὰ πάντων μὲν ἀπὸ τῶν πρώτως παραβεβηκότων, τοῦ τῆς παραπτώσεως ἀρρωστήματος μεταῤῥυέντος· πάντων δὲ τῆς ὁμοίας θεραπείας ἐπιδεομένων· τῆς δὲ παγκοσμίου σωτηρίας σήμερον τῷ τῆς Παρθένου τόκῳ θεμελιουμένης, κοινὴν μὲν καὶ παγγενῆ προσῆκε συστήσασθαι τὴν πανήγυριν· δημοτελεῖς δὲ καὶ ὑπερκοσμίους τὰς εὐχαριστηρίους ᾠδὰς ἀνακρούσασθαι· ὑπερκόσμιον γὰρ ἀπαιτεῖ τὴν εὐχαριστίαν, τὸ τῆς σωτηρίας παγκόσμιον.

Ἀναπέμψωμεν εὐχαριστηρίους ᾠδὰς, ὅτι Ἀδὰμ ἀναπλάττεται, καὶ ἡ Εὔα ἀνακαινίζεται, καὶ ἡ ἀρὰ διαλύεται· καὶ ἡ φύσις ἡμῶν τὸ νεκρὸν τῆς ἁμαρτίας καὶ δερμάτινον ἀποδυσαμένη πρόσωπον, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς Δεσποτικῆς εἰκόνος ἀναμορφοῦται ἀξίωμα. Ἀναπέμψωμεν εὐχαριστηρίους ᾠδὰς, καὶ χοροὺς πανδήμους συστησώμεθα, ὅτι κόλπων ἀγόνων Παρθένος προκύπτουσα, τὴν ἄγονον μήτραν ἀγιάζει τῆς φύσεως, εἰς ἀρετῶν εὐκαρπίαν τὸ ταύτης ἄκαρπον ἐγκεντρίζουσα. Δι' ὧν γὰρ τῷ Δεσπότῃ πάντων καὶ γεωργῷ, τὰ τῶν ἀχράντων αὐτῆς αἱμάτων ῥεῖθρα εἰς ἀρδείαν ὅλου καταξηρανθέντος ἔχρησε τοῦ φυράματος, τούτοις εἰκότως καὶ τῆς καρποφορίας εὐλογίαν ἀναδέχεται· Ἡ κλίμαξ ἡ πρὸς οὐρανοὺς ἀναφέρουσα καταρτίζεται, καὶ ἡ γεηρὰ φύσις τῶν οἰκείων ὅρων ὑπεραλλομένη, πρὸς τὰς οὐρανίους μονὰς ἐνοικίζεται. Ὁ Δεσποτικὸς θρόνος ἐπὶ γῆς ἑτοιμάζεται, καὶ τὰ ἐπίγεια ἁγιάζεται· καὶ τὰ τῶν οὐρανῶν ἡμῖν συναγελάζεται τάγματα· καὶ ὁ πονηρὸς, καὶ πρώτως ἡμᾶς ἀπατήσας, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς ἀρχιτέκτων γενόμενος, τῶν δόλων αὐτοῦ καὶ τῶν μηχανημάτων ὑποσαθρουμένων, τὴν ἰσχὺν περιθραύεται.

Τίς ἰσχύσει Θεοῦ θαυμάσια διηγήσασθαι; Ποῖος δὲ λόγος ἐκφράσει τὰ ὑπὲρ λόγων τὴν δύναμιν; Πῶς δὲ νοῦς ἅπας οὐ ναρκήσει, τῷ μεγέθει τῶν ἔργων συμπαρατεινόμενος τὴν κατάληψιν; Ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον καταρχὰς ὁ Θεὸς, ἀφάτῳ φιλανθρωπίας πλούτῳ κινούμενος· χειρὸς οἰκείας πλάσμα, καὶ εἰκόνα φέρειν χαριτώσας τοῦ πλάσαντος· ὧν τὸ μὲν τῆς σαρκὸς, τὸ δὲ τοῦ πνεύματος ἐδίδου δηλοῦν τὴν εὐγένειαν· παράδεισος δὲ χρῆμα τερπνὸν καὶ ἐπέραστον, κατὰ Ἀνατολὰς πεφύτευτο, λειμῶνων μὲν ἀμαράντοις καταπνεόμενος ἄνθεσι· φυτῶν δὲ καρποῖς ὡραίοις καὶ παντοδαποῖς ἐνευθηνούμενος· καὶ ποταμοὶ μέσοι ῥέοντες, καὶ καθαρῷ τῷ ῥείθρῳ τὸ πρόσωπον τοῦ πεδίου καταρδεύοντες, ἀμήχανόν τινα τοῦ χωρίου τὴν ὡραιότητα κατεσκεύαζον. Ἐν τούτῳ τῆς Δεσποτικῆς παλάμης ὁ πλάστης ἐγκατοικίζει τὸ φιλοτέχνημα· πάντων μὲν Δεσπότην καταστησάμενος· πᾶσι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ἀφθόνως δείξας περιῤῥεόμενον. Ἔπειτα δὲ σύνοικον ἐκ πλευρᾶς ἀῤῥάστου τόκου μαιευσάμενος ὑπεστήσατο, ἵνα ἐξ οὗπερ ἐλήφθη, κεφαλὴν γινώσκῃ τὸν δανείσαντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀφορῶσα εἴῃ, συλλογιζομένη τὸ ὑπόχρεον· καὶ τῷ συνδέσμῳ τῆς φύσεως, ὁ τῆς ὁμονοίας αὐτοῖς ἐμπολιτεύοιτο σύνδεσμος.

Ἀλλά γε πάντων τῶν ἐν παραδείσῳ τὴν ἀπόλαυσιν καὶ δεσποτείαν χαρισάμενος, ἐπείπερ ἔδει καὶ ἐντολῇ τινι παιδαγωγηθῆναι, καὶ ἐγγυμνασθῆναι, τὸν τηλικαύτης καὶ τοσαύτης ἐξουσίας καταπιστευθέντα τὸ μέγεθος, εἰσφέρει νόμον αὐτῷ, καθ' ὃν οὔτε χαλεπὸν ἐμπολιτεύσασθαι, οὔτε ῥᾴστον διόλου φυλάξασθαι· δι' ὧν τό γε ἔμμισθον, ἢ τὸ ὑπόδικον ἐβράβευτο. Φυτὸν γάρ τι τῶν ἀνθούντων ὡραιότητα τῷ λόγῳ τῶν ἄλλων ἀφορισάμενος, τούτου μὴ φαγεῖν μόνου τὴν ἐντολὴν παρεῖχεν ἀποθεσπίζουσαν. Θηρίον δὲ πονηρὸν καὶ ἀρχέκακον, ὃν ἡ πρᾶξις διάβολον ἐπωνόμασεν, ἐξ αὐτῆς πλάσεως ἐπὸφθαλμίσας τὸν ἄνθρωπον, ἄλλῳ θηρίῳ τῶν ἑρπόντων ὀργάνῳ χρησάμενος, καὶ τῇ γυναικὶ προσομιλήσας ἐπαγωγὰ καὶ θελκτήρια, καὶ πολὺ τοῦ νομοθέτου κατασκεδάσας τὸ βλάσφημον, πείθει τὴν γυναῖκα, καὶ δι' αὐτῆς τὸν ὁμόζυγα, τῆς μὲν ἐντολῆς κατολιγωρῆσαι· φαγεῖν δὲ οὐ μὴ φαγεῖν ἐτεθέσπιστο. Οἱ δὲ, ἅμα τε τὸ προσταχθὲν ὑπερέβαινον, καὶ παντων τῶν χαρισμάτων διεξέπιπτον· ὅπερ ἦν τῷ ἐπιβουλεύοντι σπούδασμα. Εἰς τοῦτο γὰρ αὐτῷ σύμπαν κατεσκεύαστο το μηχάνημα. κἀντεῦθεν ἀπὸ τῶν προγόνων εἰς τοὺς ἀπογόνους κατασπειρομένου τοῦ παραπτώματος, ὅλον ἡμῶν τὸ γένος ὁ ἐπιβουλεύσας ὑπὸ χεῖρα εἶχε δουλωσάμενος.

Τί δ' οὖν ὁ πλάστης καὶ κηδεμών; ἆρα παρεῖδεν εἰς τέλος τὸ πλάσμα ταλαιπωρούμενον, καὶ τοσαύτῃ πλάνῃ βυθιζόμενον, καὶ καθεκάστην τοῖς πάθεσιν ἀνδραποδιζόμενον; Οὐ μὲν οὖν. Πῶς γὰρ ὅπερ φιλοτιμούμενος ἔπλασεν, ἠνέσχετ' ἂν ἡδέως ὁρᾷν συλαγωγούμενον καὶ πλανώμενον; Διὸ πρὸς ἑαυτὴν μὲν ἡ τῆς Τριάδος ἑνότης, εἰ θέμις εἰπεῖν, ἐκκλησιάσασα. Θέμις δὲ τοῦτο λέγειν ἐπὶ τῆς ἀναπλάσεως, ὅτι καὶ τὸ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν, ἐπὶ τῆς πλάσεως εἴρηται· τῷ ἐνιαίῳ

A Quis Dei mirabilia enarrare poterit? Quis autem sermo ea explicet, quæ vim totam sermonum excedunt? Qui vero animus non obtorpeat, ad rerum magnitudinem, comprehensionem contendens? Deus a principio formavit hominem, ineffabilibus impensioris in humanum genus amoris divitiis permotus; suæmet figmentum manus, ac fictoris largiens ferre imaginem: quorum alterum carnis, alterum spiritus manifestare dabat ingenuitatem. Porro paradisus, res delectabilis ac amoris plena, ad Orientem plantatus erat; quem pratorum immarcessibiles flores perflarent; pulchrique, ac omnigeni arborum fructus copia ditarent; ac flumina medium decurrentia, limpidisque aquis soli faciem irrigantia, immenso quodam decore augeB rent. In eo fictor, Dominicæ manus arte compositum collocat opus; universorum quidem constituens Dominum; bonorumque omnium affatim affluentiam tribuens. Tum vero conjugem, ineffabili partu lateris obstetricatus produxit, ut eum, qui id commodasset, ex quo fuisset sumpta, caput sciret, ac debitum reputans in illum aspiceret; naturæque vinculo, concordiæ ipsis, individua vitæ societate, vinculum constaret.

Cæterum, cum omnibus in paradiso positis concessisset frui, ac universorum dominio potiri; quia etiam præcepto erudiri oportebat, ac exerceri eum, cui talis ac tantæ potestatis magnitudo concredita esset, fert ei legem, e cujus ratione, nec difficile admodum vitæ rationes componere; nec omnino C facile servare; quibus tum præmium, tum pœnam mercede proponeret. Arborem namque pulchra venustate florentem sermone ab aliis segregans, præceptum ponit, quo una hac vesci prohibeatur. Mala autem bestia, ac mali auctrix: diaboli cognomen actio tribuit: ab ipsa conditione lividis oculis aspiciens hominem, aliaque de reptilium genere bestia organo utens, blandaque ac mulcentia cum muliere collocuta, inque legislatorem multam spargens blasphemiam, mulieri suadet, ac per eam conjugi, ut spernant quidem præceptum, edant vero de arbore de qua ne comederent sancitum erat. Porro illi, mox ut præceptum transgressi essent, dona quoque omnia D amisere; quod utique ponentis insidias consilium erat. In eum namque finem tota molitio comparata erat: indeque a majoribus in nepotes disseminata prævaricatione, universum humanum genus subjectum captivumque insidiator tenebat.

Quid ergo fictor curatorque? Num in finem, in miseriam prolapsum sprevit figmentum, inque tanti erroris profundo demersum, ac quotidie passionibus malisque mancipatum? Minime gentium. Quomodo enim quod magnifice condidisset, lubens spoliari atque errare videns sustinuisset? Quamobrem apud seipsam quidem sacræ Triadis Unitas, ut fas sit ita loqui, conventum agens: porro nihil nefas dicere in recreatione, quando etiam in creatione illud dictum est: *Faciamus hominem ad imaginem*

et similitudinem nostram [90] : eodem, ac singulari voluntatis consilio, reformare quod contritum erat, figmentum constituit. Illa autem : valde quippe efferatum ac desolatum erat humanum genus, quod neque minis, neque pœnis, neque legibus, nec monitis prophetarum reduci potuisset; hominem quærebat ejusdem nobiscum consortem naturæ, in quo legis latæ observantiam nulla prævaricatione liceret perspicere; quo humanum idem genus, quibus sui generis hominem vitam instituentem videret, eumdem ipsum imitaretur; utque ipso eo, cui machinarum instructor adversus nos victoriam acceptam referebat, legitima victoria ac certamine profligatus, dominio caderet.

A τῆς γνώμης βούλήματι, τὴν ἀνάπλασιν τοῦ συντριβέντος διετίθετο πλάσματος. Ἡ δὲ (χαλεπῶς γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐξηγρίωτο καὶ ἐξηρήμωτο, οὔτε ἀπειλαῖς, οὔτε ποιναῖς, οὔτε νόμοις, οὔτε προφήταις ἐπαναγόμενον) ἄνθρωπον ἐζήτει τῆς αὐτῆς ἡμῖν λαχόντα φύσεως, ἐν ᾧ τῆς νομοθεσίας ἐνῆν ἰδεῖν ἀπαράβατον τὴν συντήρησιν· ὡς ἂν ἔχοι νε τὸ ἀνθρώπινον οἷς ὁρᾷ τὸ ὁμογενὲς πολιτευόμενον, ἐκμιμεῖσθαι τὸ ὁμόφυλον· καὶ ἵνα δι', οὗ τὸ καθ' ἡμῶν κράτος, ὁ τὰς μηχανὰς ραψάμενος ἀνεδήσατο, διὰ τούτου καθαιρεθείη τῆς κυρείας, ἐννόμῳ νίκῃ καὶ ἀγωνίσματι.

Ergo unum aliquem e Trinitate oportebat fieri hominem, ut cujus erat formatio, ac opus, ejusdem videretur esse reformatio ac instauratio operis. Illum porro omnino oportebat in terra filium appellari, nec supernam tamen violare dignitatem, qui ab æterno hoc pariter esset, ac laudaretur. Censeri autem inter filios hominum impossibile erat absque incarnatione. Incarnatio enim, via est ad generationem : generatio vero, conceptionis, ac gestati uteri terminus est : cumque illa complectatur matrem, ejus merito præparationem volut fundamento præire petit. Erat itaque fictoris præparanda mater, quo sic refingeretur, quod confractum erat, eamque Virginem esse oportebat, ut sicut primus homo e terra virgine fictus fuerat, sic ex vulva virgine nova iterum fictio ederetur, atque ut nulla prorsus voluptatis insinuatio, vel si ea legitima foret, in Creatoris partu intelligeretur. Quippe erat voluptatis captivus, quem Dominus ut liberaret, nasci voluerat. Enimvero quænam mysterii digna sit esse ministra? Quænam digna effici Dei Mater, ac ei commodare carnem, in cujus universa consentur divitiis? Quænam ergo digna? nisi utique hæc quæ miraculo hodie ex Joachim ac Annæ germinat infecunda radice? cujus lætis gaudiis diem celebramus natalem; ac cujus partus, mysterii maximi, Verbi, inquam, in carne nativitatis, miraculum inchoat : cujus denique gratia, celebris hic totius populi concursu, sacerque indictus est ac coactus conventus.

B Οὐκοῦν ἔδει τινὰ τὸν τῆς Τριάδος εἰς ἀνθρώπους τελέσαι, ἵν' ἥσπερ ἦν τὸ πλαστούργημα, ταύτης ὑπάρχον ὀφθείη καὶ τὸ ἀνάπλασμα. Ἐκεῖνον δὲ πάντως υἱὸν ἔδει κάτω χρηματίσαι, καὶ μὴ καθυβρίσαι τὸ ἄνω ἀξίωμα, τὸν ἐξ ἀϊδίου τοῦτο καὶ ὄντα καὶ δοξαζόμενον. Τελεῖν δὲ εἰς ἀνθρώπων υἱοὺς, οὐκ ἂν ἐγχωροῦν εἴη χωρίς γε σαρκώσεως. Σάρκωσις γὰρ, ὁδὸς ἐπὶ γέννησιν· γέννησις δὲ, κυοφορίας ὑπάρχει συμπέρασμα. Ἡ δὲ, μητέρα συμπεριγράφουσα, τὴν ἑτοιμασίαν ταύτης εἰκότως ἀπαιτεῖ προκαταβάλλεσθαι. Μητέρα ἔδει κάτω διευτρεπισθῆναι τοῦ Πλάστου εἰς τὸ τὸ συντριβὲν ἀναπλάσασθαι· καὶ ταύτην παρθένον, ἵν' ὥσπερ ἐκ παρθένου γῆς ὁ πρῶτος ἄνθρωπος διεπέπλαστο, οὕτω διὰ παρθένου μήτρας, πραγματευθῇ ἡ ἀνάπλασις· καὶ ἵνα μηδεμία μηδ' ἐννόμου πάρ- C οδος ἡδονῆς, μηδ' ἐπινοηθείη τῷ τόκῳ τοῦ κτίσαντος. ἡδονῆς γὰρ ἦν αἰχμάλωτος, ὃν ὁ Δεσπότης ἐλευθερῶσαι τὴν γέννησιν κατεδέξατο. Ἀλλὰ τίς ἀξία χρηματίσαι τοῦ μυστηρίου διάκονος; Τίς ἀξία Μήτηρ γενέσθαι Θεοῦ, καὶ σάρκα δανεῖσαι τῷ πλουτοῦντι τὰ σύμπαντα; Τίς οὖν ἀξία; ἢ δῆλον ὅτι αὕτη ἡ ἐξ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τῆς ἀκάρπου ῥίζης παραδόξως βλαστήσασα σήμερον; ἧς ἡμεῖς λαμπρῶς ἑορτάζομεν τὰ γενέθλια, καὶ ἧς ὁ τόκος, τοῦ μεγίστου μυστηρίου, τῆς ἐν σαρκὶ, φημὶ, τοῦ Λόγου γεννήσεως, τὸ θαῦμα προοιμιάζεται· καὶ δι' ἣν ἡ πάνδημος αὕτη καὶ θεία πανήγυρις συγκεκρότηται.

Oportebat enim, plane oportebat ut ea, quæ ab ipsis cunabulis, castum corpus, castam animam; castas denique cogitationes, supra quam sermonis vi exprimi queat, conservasset, Fictoris Mater prædestinaretur. Oportebat ut quæ a puero in templo oblata esset, locaque inaccessa penetrasset, animatum ejus templum qui indiderat animam, conspiceretur. Oportebat ut quæ, nova ac insolita ratione, ab infecundis lumbis nata prodiisset, parentumque probrum abstulisset, avorum quoque ruinam instauraret. Neptis enim majorum babuit reparare casum, generis Salvatorem partu viri nescio edens, ac eum corpus induens. Oportebat ut quæ se

D Ἔδει γὰρ, ἔδει τὴν ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἁγνὸν μὲν τὸ σῶμα, ἁγνὴν δὲ τὴν ψυχὴν, ἁγνοὺς δὲ τοὺς λογισμοὺς, κρεῖττον ἢ λόγῳ, συντηρήσασαν, Μητέρα ταύτην προορισθῆναι τοῦ Πλάσαντος. Ἔδει τὴν ἐκ βρέφους ναῷ προσαχθεῖσαν, καὶ τοῖς ἀβάτοις τόποις ἐμβατεύσασαν, ἔμψυχον ναὸν ὀφθῆναι τοῦ ταύτην ψυχώσαντος. Ἔδει τὴν ἐξ ἀγόνων λαγόνων παραδόξῳ λόγῳ τεχθεῖσαν, καὶ τὸ τῶν τεκόντων περιελομένην ὄνειδος, καὶ τῶν προπατόρων ἀνακαλέσασθαι τὸ ἐλάττωμα. Ἀνασώσασθαι γὰρ ἔσχε τὸ προγονικὸν ἡ ἀπόγονος ἥττημα, τὸν Σωτῆρα τοῦ γένους ἀνάνδρῳ τόκῳ γεννησαμένη, καὶ τοῦτον σωματουργήσασα. Ἔδει τὴν τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν ὡραίως ἐμ-

[90] Gen. I, 26.

μορφώσασαν, λογάδα νύμφην ἐμφανισθῆναι τῷ οὐρανίῳ νυμφίῳ ἐμπρέπουσαν. Ἔδει τὴν τῶν ἀρετῶν τοῖς τρόποις ὡς ἄστροις ἑαυτὴν οὐρανώσασαν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀνίσχουσαν Ἥλιον, πᾶσι τοῖς πιστοῖς ἐπιγνωσθῆναι. Ἔδει τὴν καθάπαξ ἑαυτὴν τῶν παρθενικῶν αἱμάτων τῇ βαφῇ πορφυρώσασαν, εἰς ἁλουργίδα χρηματίσαι τοῦ παμβασιλέως. Ὦ τοῦ θαύματος! ὃν ἡ σύμπασα κτίσις οὐ χωρεῖ, ἡ παρθενικὴ γαστὴρ ἀστενοχωρήτως κυοφορεῖ. Ὃν τὰ Χερουβὶμ ἀτενίζειν οὐ τολμᾷ, πηλίναις χερσὶν ἡ Παρθένος ἀγκαλόφορεῖ. Τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς ἐρήμου καὶ ἀγόνου μήτρας προέρχεται, ἐξ οὗ τμηθεὶς ἄνευ χειρῶν λίθος ἔντιμος ἀκρογωνιαῖος Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, τὰ τῶν δαιμόνων τεμένη, καὶ τὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια, αὐτῇ τυραννίδι συνέτριψεν. Ὁ ἔμψυχος καὶ οὐράνιος ἐπὶ γῆς χαλκεύεται κλίβανος, ἐν ᾧ ὁ πλάστης τοῦ ἐμοῦ φυράματος τῷ θεϊκῷ πυρὶ τὴν ἀπαρχὴν ὀπτησάμενος, καὶ τὴν τῶν ζιζανίων ἐπισπορὰν συμφλεξάμενος, ὅλον ἑαυτῷ καθαρὸν ἀρτοποιεῖται τὸ φύραμα.

Ἀλλὰ τί ἄν τις εἴποι; τί δ' οὐκ ἄν τις πάθοι, τῶν τῆς Παρτένου χαρισμάτων καὶ κατορθωμάτων διαπλεόντων τὸ πέλαγος; Δειλιᾷ καὶ χαίρει· καὶ ἡρεμεῖ καὶ ἐξάλλεται· καὶ πάλιν σιγᾷ καὶ ἀναφθέγγεται· καὶ συστέλλεται καὶ πλατύνεται· τὰ μὲν τῷ φόβῳ, τὰ δὲ τῷ πόθῳ συμμεθελκόμενος. Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν τῷ πόθῳ μᾶλλον ἢ τῷ φόβῳ νυνὶ χαρισάμενος, ἡδέως ἂν, εὖ ἴστε, καὶ πολλῷ ῥέων ὑμῖν ἐπέστην· εἰ καὶ ἀχρήστῳ τοῦ λόγου τῷ ῥεύματι, τῶν παρθενικῶν θαυμάτων ἐλλιμνάζειν ἐμοὶ καὶ πλημμύρειν παρεχομένων· μάλιστά γε καὶ ὑμᾶς ὁρῶν, προθύμως μὲν τὰς ἀκοὰς ἀναπεταννύντας, ὅλον δὲ τὸν νοῦν πρὸς τὴν εὐφημίαν τῆς Ἀειπαρθένου ἀναψαμένους· καὶ ἅμα ἀφοσιούμενος, εἴ τι ἐγὼ τετελεσμένος τοῖς παρθενικοῖς ὀργίοις καθέστηκα. Ἀλλ' ὅμως ὁ καιρὸς ἐπ' ἄλλα παρακαλεῖ· ἐπ' ἄλλην τιμὴν τῆς Παρθένου· τῆς μυστικῆς, φημὶ· καὶ ἀναιμάκτου θυσίας ἀπάρξασθαι (τιμὴ γὰρ Μητρὸς, ἡ τῶν ἑκουσίων τοῦ Υἱοῦ παθημάτων ἀνάμνησις)· ἐφ' ἧν μεθελκόμεθα, καὶ ἣν ἐπικαιρότατον ἱεράσασθαι.

Ἀλλὰ σὺ, ὦ Παρθένε καὶ Μῆτερ τοῦ Λόγου, τὸ ἐμὸν ἱλαστήριον καὶ προσφύγιον· ἡ παραδόξως μὲν ἐκ στείρας γεωργηθεῖσα· παραδοξότερον δὲ τὸν στάχυν τῆς ζωῆς ἡμῖν καρποφορήσασα, πρὸς τὸν σὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν ἡμῖν διαπρεσβευομένη καὶ μεσιτεύουσα, τοὺς σοὺς ὑμνητὰς παντὸς ῥύπου καὶ παντὸς ἀποσμηξαμένους μολύσματος, τοῦ οὐρανίου νυμφῶνος ἀξίους ἀνάδειξον, εἰς ἀΐδιον λῆξιν τῷ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος τρισσῷ φωτὶ καταυγαζομένους· καὶ ταῖς ταύτης ἐντρυφῶντας ὑπερφυέσι καὶ ἀφθέγκτοις θεάμασιν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

animi decore pulchre perornasset, sponsa eximia cœlesti congrue sponso proderetur. Oportebat ut quæ se virtutum modis velut stellis cœlum effecisset, justitiæ Solem prætendens fidelibus universis agnosceretur. Oportebat ut quæ virginalium se sanguinum murice omnino imbuisset, in universorum regis trabeam cederet. O miraculum! Quem universa creata non capiunt, eum virginalis uterus nihil angustatum; eo fetus gestas. In quem Cherubim oculorum aciem figere non audent, eum Virgo luteis manibus in ulnis amplexatur. Mons sanctus e deserta sterilique vulva progreditur, ex quo pretiosus ille summangularis lapis Christus Deus noster nulla manuum opera abscissus, dæmonum delubra, ac inferni regiam, una cum tyrannide contrivit. Animatus ac cœlestis in terra fabricatur clibanus, in quo plastes ille ac conditor, meæ massæ primitias divino excoquens igne, ac zizania superseminata comburens, totam sibi mundam massam in panes efformat.

Verum quid quis non dicat, quidve non patiatur, Virginis donorum meritorumque pelagus pernavigans? Metuit ac gaudet; quiescit ac exsilit; rursumque tacet ab loquitur; contrahiturque ac dilatatur, qua timore, qua disiderio secum trahentibus. Porro ego in præsentiarum desiderio, quam timori amplius indulgens, lubens, probe nostis, longe vobis uberius congressus essem, quanquam inutili orationis fluxu, præstantibus miraculis Virginis velut stagnantes ac exundantes aquas: ac maxime, quod et vos tota alacritate videam adaperientes aures, totoque animo in perpetuæ Virginis accensos laudem; simulque persolvam ipse, si quid virginalibus orgiis ac sacris exsisto reus: verum tempus ad alia provocat: ad Virginis aliam laudem: ad mystici, inquam, ac incruenti sacrificii inchoationem (earum enim passionum quæ Filius ultro suscepit, commemoratio, honor est Matris:) ad quod utique trahimur, ac cujus faciendi adest opportunissimum tempus.

Sed tu, o Virgo ac Verbi Parens, propitiatio mea ac refugium; quæ mirabili ratione ab sterili edita es; mirabiliorique, spicam nobis vitæ edidisti, apud Filium tuum ac Deum nostrum intercedens, ac mediatrix accedens, laudatores tuos ab omni sorde, omnique macula depurgatos, cœlesti thalamo dignos effice, ut in requie perpetua, trino, substantia omni majoris Trinitatis lumine, illustrentur, ejusque mirabili ac ineffabili spectaculo delectentur; in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria ac potestas in sæcula sæculorum. Amen.

II.

De Symeone Christum in ulnas suscipiente (3)

(COMBEFIS. *Biblioth. Concionat.* t. VI, 230, ipso interprete.

Non erat sacerdos Symeon (3*) : etsi longe virtutum ornamento sacerdotibus præstabat. Idcirco etiam sacerdos quidem, his ministrabat, quæ in puero lex fieri jubebat : at Symeon cum recte factis aliis, tum senis canitie venerabilis, juxta divina responsa votis fruebatur. Agnovit vere evenisse responsa : agnovit eum qui prædicabatur : eum portabat qui verbo omnia portat : visaque generis salute, ac diviniori repletus dulcedine, nullo jam vitæ amore tenebatur. Quin statim præsente salute, carnem deponere, atque his etiam qui erant in inferno faustum salutis ac redemptionis nuntium afferre, totus gestiebat. Atque Deum quidem benedicebat, hoc est, laudibus atque canticis celebrabat ; alioqui vero etiam benedicebat, quod factas sibi promissiones evenisse videret, quod Israelis consolationem oculis aspectare atque manibus gestare meruisset : hincque sacro plenus gaudio, *Nunc*, inquit, *dimittis servum tuum in pace* [91]. Quando promissorum nactus sum finem, finem quoque mortalis vita accipiat : nam hæc mihi verbum tuum olim promittebat. Etenim fore ut non viderem mortem nisi viso Christo Domini, ipse pridem mihi pollicitus eras. Quia vero in meos incurrerunt oculos, quæ cupiebam, quæ quærebam, quorum desiderio æstuabam, *Nunc dimittis servum tuum*, qui nec mortis periculum paveat, nec dubietatis cogitationibus terreatur, sed firma potiatur pace, ac quæ lætitiam plurimam pariat. Etenim vidi salutare omnium populorum.

Ac vide, quæso, divini sacrique senis accuratam diligentiam. Priusquam enim beati illius spectaculi compos efficeretur, exspectabat consolationem Israel : at ubi quod sperabat ac cupiebat obtinuit, non jam consolationem clamat, sed omnium salutem populorum : sic nimirum omni sermone ac cogitatu major ille in puero fulgor virum perstrinxerat. A tantamque affuderat lucem, ut quæ processu temporis, paulatimque revelanda erant, tunc ille statim repenteque cognoverit. Ac ne cui occasionem præbeat opinandi omnes se populos dicere, qui Judæorum gente comprehenderentur, ista subjungit : *Lumen ad revelationem gentium :* quasi dicat, Nemo putet omnem me vocare Judaicum populum : imo totum hac voce significo genus humanum. Etenim quem oculis video, inque ulnis fero, salus erit ac redemptio omnium. Neque hæc dixsse satis habuit ; sed condistinguens contra Israelem omnes gentes, subjungit : *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel* [92] ; quasi dicat : Communis quidem salus est, quem in ulnis gesto, infans cunctis gentibus, ac Israeli : verum gentibus quidem lumen B est, quod ab idololatriæ educat tenebris : Israeli vero gloria, quod data olim illis legalia, quibus ab idolorum cultus emerserunt caligine, in gloriam ac perfectionem conversurus sit. Præterea etiam gloria est natus puer Israelitici populi, tanquam qui ex Abrahami semine homo exstiterit. Eadem fere et Isaias clamans ait : *Ecce posui te in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum* [93] ; hoc est, illis visum præbeas, lucemque a tenebris, atque a mendacio veritatem, ab errore pietatem discernas. Unde et David hanc prædicans salutem, velutque plaudens manibus, ac choros ducens : *Omnes*, inquit, *gentes, plaudite manibus, quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram* [94.95]. Sin autem Christi populus dicitur, estque Israel ut distinguitur C agentibus : distinguitur autem Mosaicis legibus atque moribus, quanquam nondum gratiam consecutus, ejusque compos factus, cum, inquam, qui in Veteri Testamento est ejus populus sit, quomodo non obstruuntur perdita Manichæorum ora, quæ ad aliud eos principium referunt ?

III

Photii patriarchæ Constantinopolitaniæ, novæ sanctæ Dei Genitricis ecclesiæ in palatio a Basilio Macedone exstructæ, descriptio (4).

Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἔκφρασις τῆς ἐν τοῖς βασιλείοις νέας ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης.

(COMBEFIS., *Manipulus rerum Const*, p. 296.

Lætum video præsentis dici conventum : ac qualem nemo humana solertia atque opera, ac nisi divini afflatu Numinis conflare potuerit. Quam- D

Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον, καὶ οἷον οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνῳ σπουδάσματι καὶ χωρὶς θείας συγκροτῆσαι ῥοπῆς κατισχύσειε,

[91] Luc. II, 29. [92] ibid. 32. [93] Isa. XLIX, 6. [94.95] Psal. XLVI. 2

NOTÆ.

(3) Ex Cat. card. Maz.

(3*) Ita de Symeone Theophanes, Euthymius, etc.

(4) Edidit Græce Lambecius e regia Lupara : libuit mihi et Latine repræsentare. Laudat perinde Constantinus Porphyrogenneta illam Basilii Macedonis, exstruendis seu etiam reficiendis divinis templis, religionem ac magnificentiam : inque eis ipsum hoc templum n. 55 ejus Vitæ multis describit. Quidam tamen vitio dant quod, occupata ejuscemodi ædificiis classe, libera Saracenis atque Barbaris

Διὸ καὶ τερπνὰ τῆς χάριτος ὑποδέχομαι τὰ χαρίσματα, καὶ τῷ Χριστοῦ ποιμνίῳ ἐνευθηνουμένῳ καὶ χαίροντι συναγελαζόμενος ἐπαγάλλομαι· οὐ μέχρις ἡμῶν περιγραφομένην τὴν τερπνότητα καὶ θυμηδίαν τῆς πανηγύρεως ἐπιστάμενος, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀναφερομένην εἰδὼς τὴν σεβασμιότητα. Λαμπρότης γὰρ πανηγύρεως, ὅσον ἡμῶν τῶν πανηγυριζόντων τὸ σεμνολόγημα, τοσοῦτον τῆς Δεσποτικῆς ἀγάπης ἐναργῆ παρέχεται τὰ γνωρίσματα. Ὅταν δὲ μηδὲ τῶν ἐτησίως καὶ συνήθως ἐπιτελουμένων εἴη τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζουσα, ἀλλὰ καινήν τινα καὶ ἀρτιφανῆ τὴν εἰς Θεὸν τιμὴν ἐγκαινίζουσα, πῶς οὐ μᾶλλον ἔτι καὶ τὸν θεῖον ἔρωτα ἀναδειχθείη ἐκπυρεύοντα, καὶ τὴν τῶν ἑορτάζόντων κοσμιότητα καὶ τὸ κλέος ἐπιπλέον ἀναπτύσσουσα; Ἀλλὰ τίς ἡ τοσαύτη τοῦ πλήθους συνδρομὴ καὶ συνέλευσις; Τίς ἡ πανήγυρις; Τί τὸ συγκαλέσαν καὶ συγκινῆσαν ἡμᾶς ἅπαντας; Βούλεσθε εἴπω, ἢ καλὸν ἐκείνῳ παραχωρῆσαι καὶ εἰπεῖν καὶ διδάξαι τῆς πανηγύρεως τὴν ὑπόθεσιν, τῷ χορηγῷ τε ἅμα ταύτης καὶ σοφῷ γε ἀρχιτέκτονι; Ἐκεῖνος καὶ ἱκανὸς λόγοις παραστῆσαι τὸ προκείμενον, ὃς τοὺς τύπους τῶν πραγμάτων ἐν τῇ ψυχῇ προενθέμενος, ἀμίμητον ἔργον ἐπὶ γῆς πανσόφως ὑπεστήσατο.

Λέγε τοιγαροῦν ἡμῖν, ὦ βασιλέων φιλοχριστότατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν νικῶν τε ἅμα καὶ λαμπρῶς φαιδρύνων τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἀξιώματος. Λέγε προθύμους, ὡς ὁρᾷς, τοὺς ἀκουσομένους ἔχων, ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς συνεκάλεσας. Δεῖξον τοῖς

A obrem etiam jucunda gratiæ suscipio munera, unaque cum vegeto, ac pingui, lætoque Christi grege conventum agente, lætitia exsulto; qui nempe, non ad nos duntaxat solemnitatis lætitiam ac jucunditatem finiri intelligam, sed ad ipsum communem Dominum ejus venerationem spectare non nesciam. Solemnitatis namque splendor, quanta nobis celebrantibus gloriatio est, tantum ejus, qua Dominum prosequimur, dilectionis manifesta præbet indicia. Quando vero, ne eorum quidem quæ annuo ex more ritu peraguntur, memoriam celebrat, sed novi cujusdam recentisque in Deum honoris encænia habet, quomodo non etiam magis divini flammam amoris accenderit, magisque etiam eorum qui celebrant morum honestatem gloriam-

B que in lucem protulerit? At, quinam tantus hic plebis concursus atque conventus? quæ panegyris? quis nos omnes pariter vocavit ac traxit? Vultis dicam? an præstet ei propensius dicendi atque docendi partes cedamus, qui solemnitatis occasio ac causa sit; qui ejus et auctor, et sapiens architectus exsistit? Ille enim etiam merito subjectum argumentum sermonibus repræsentaverit, qui ante animo conceptis rerum formis, omni majus imitatione in terra opus condidit.

Dicas igitur nobis, o imperator Christi amantissime ac religiosissime, cunctosque superiores ipse pariter vincens, ac dignitatis consortio præclare exhilarans. Dicas, cui, ut vides, omni alacritate præsto auditores sint, qua ex causa invitave-

NOTÆ.

incursandi ditionem Romanam facultas esset, captis etiam Syracusis a Carthaginensibus. Sic Joan. Sylit. et alii. Idemque in sequentibus quibusdam imperatoribus mordet ac carpit Michael Psellus, ostenditque quantum ea pietas (quæ nec jam pietas est, si deest prudentia) Reip. obsit. Exstruenda templa sic magnifice, cum communis rei non admodum interest: alias præstat magis necessaria curare.

Atque ut paulo amplius in tanti operis nova Basilica Ecclesia immorer (sic enim vocatam ait Constantinus Porphyrogenneta n. 55), fuit illa dicato, non uni sanctæ Mariæ, ut Photiani hujus Tractatus titulus præfert: at nec forte primo, principaliusque: satisque indicare videtur idem Constantinus, dum ita divos tutelares ejus Ecclesiæ percenset. Ac primum numero jam citato, ne ulla quidem mentione sanctæ Mariæ: Κατὰ δὲ τὸν [αὐτὸν] καιρὸν, καὶ ὁ περικαλλὴς οὗτος ναὸς καὶ περίοπτος ᾠκοδομεῖτο, ὃν Νέαν Βασιλικὴν Ἐκκλησίαν λέγειν εἰώθαμεν, ὃς ἐπ' ὀνόματι Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Μιχαὴλ τοῦ πρώτου τῶν ἀγγέλων, καὶ Ἡλιοῦ τοῦ Θεσβίτου ἠγείρετο· *Eo ipso tempore pulcherrimum et celeberrimum templum exstruebatur, quod Novam Ecclesiam Basilicam appellamus, in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi, et angelorum principis Michaelis, et Eliæ Thesbitæ.* Pauloque distinctius fusiusque numero item 55 superius citato, nisi quod Michaelis loco est Gabriel, reclamantibus aliis, ipsoque sibi adversante Constantino, in ejus antiquario: Ἀμειβόμενος γὰρ ὥσπερ τῆς περὶ αὐτὸν εὐμενείας τὸν Δεσπότην Χριστὸν καὶ τὸν πρῶτον τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων Γαβριὴλ, καὶ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν τὸν Ζηλωτὴν, ὃς καὶ τῇ αὐτοῦ μητρὶ τῆς πρὸς βασιλείαν τοῦ υἱοῦ ἀνυψώσεως ἐχρημάτισεν ἄγγελος· εἰς ὄνομα τούτων καὶ μνήμην ἀΐδιον· ἔτι δὲ καὶ τῆς Θεοτόκου,

C καὶ Νικολάου τοῦ ἐν ἱεράρχαις πρωτεύοντος, θεῖον καὶ περικαλλῆ ναὸν ἐδομήσατο, εἰς ὃν συνῆλθε τέχνη καὶ πλοῦτος, καὶ ζέουσα πίστις καὶ ἀφθονωτάτη προαίρεσις· καὶ τὰ παντάχοθεν συνέδραμε κάλλιστα, ἃ τοῖς ὁρῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ἀκούουσιν οἷδε τυγχάνειν πιστά. *Velut enim Christi Domini in ipsum benevolentiæ vicem redditurus, ac primi inter angelicas potestates Gabrielis, necnon Eliæ Thesbitæ Zelotis illius, qui et ejus matris nuntius fuit sublimandi ad imperii arcem filii; in horum nomen et memoriam sempiternam; necnon et Deiparæ, et Nicolai, inter hierarchas primas obtinentis, divinum pulcherrimumque templum exstruxit; in quo convenere ars et divitiæ, et fervens fides, et liberalissima munificentissimaque voluntas; et omnia undecunque concurrerunt pulcherrima, quæ convisentibus potius, quam audientibus solent esse credibilia.* Vergentibus annis ac imperio Basilii exstructum templum idem satis

D indicat: proinde dicta hæc Photio, ejus secundo sacerdotio; ac postquam humanis erepto Ignatio, Basilii favore, quam male prius invaserat, aliqua æquitatis specie ac οἰκονομίᾳ, sedem receperat. Itaque quem ad calcem laudat Cæsarem, ac Cæsarum gloriam appellat, imperii socium Basilio adlectum, qui θείᾳ ψήφῳ, ἀλλὰ μὴ σπουδαρχήσας, μηδ' ἀνθρωπίναις περιδρομαῖς, imperium arripiat, *divino suffragio, non appetitu regnandi humanoque ambitu*, Leo est, posteaquam procerum supplicatione liberatus fuerat, depulsa calumnia affectatæ tyrannidis, cujus ipse Photius cum Santabareno illi auctor exstiterat; ut passim Theophanis continuatores, et quis vitas τῶν νέων βασιλέων scripserunt: in quibus mihi non magnus aut præcipuus, qui ex regio cod. typis Luparensibus prodiit cum Theophane, Leo grammaticus.

ris? Ostendas verbis, quæ prius ipsis rebus ostendisti. Num enim rursus adversus Barbaros victos, tropæa erexisti? Quibus multis continuisque liberaliter accepisti, his congregasti, ut pari gaudio fruamur, communemque ac populi universi conventu, victoriæ largitori gratiarum actionem promamus; aut, qui hostes data fide dedititiosque acceperis, sublimemque, et superbum alienigenarum animum sensumque depresseris, velut qui pio religiosoque animi sensu cuncta tibi præclare gesta, in potentem Dei manum referas; aut qui imperio subjicias urbes, alias quidem, cum pridem cives alerent, melioribus ipse institutis composueris, alias etiam a fundamentis erexeris, aliasque instauraveris, ac imperii fines crebris oppidis præsidiisque communieris; aut qui dives ipse subditos beatos efficias; doce nos, in quem orbis terrarum communem oculum toti aspiciamus; cujus tandem horum gratia invitasti? Aut siles ipse, imperante modestia, et quod tua ipse nolis narrare facinora, quibus necesse laudem contexamus: mihi vero præbes, ut tuarum ipse afflatu rerum, præsentis conventus causam omnium auribus ex oratoris munere inferam.

A λόγοις, ἃ τοῖς ἔργοις προϋπέδειξας. Ἆρα γὰρ πάλιν κατὰ Βαρβάρων νίκας ἀναστήσας καὶ τρόπαια, οἷς πολλάκις ἔργοις ἐπ' ἄλλοις ἡμᾶς ἐδεξιώσω φιλοφρονούμενος, ἐπὶ τούτοις συνήγειρας, εὐφρᾶναί τε ἅμα καὶ τῷ δεδωκότι κοινὴν καὶ πάνδημον ἀναπέμψαι τὴν εὐχαριστίαν; Ἢ λαβὼν ὑποσπόνδους ἄλλους, καὶ ταπεινώσας ὑψηλὸν καὶ γαῦρον καὶ ἀλλόφυλον φρόνημα, ὡς ἐπὶ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ εὐσεβοφρόνως ἀναφέρων πάντα τά σοι καθορθούμενα· ἢ πόλεις ὑπηκόους, τὰς μὲν πάλαι κάτω κειμένας ἀνορθώσας, τὰς δὲ καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνεγείρας, καὶ ἄλλων ἀνοικισμοὺς ἐργασάμενος, καὶ τῆς πολιτείας πυκνώσας τὰ ὅρια, ἢ πλουτῶν, καὶ ποιῶν εὐδαίμονας τὸ ὑπήκοον. Δίδαξον ἡμᾶς, πρὸς σὲ τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἀφορῶντας ὀφθαλμὸν, ἐπὶ τίνι τούτων ἡμᾶς συνεκάB λεσας; Ἢ σιγᾷς μὲν αὐτὸς ἐπιεικείας τρόπῳ, καὶ τῷ μὴ βούλεσθαί σε τὰ σὰ ἡμῖν διηγεῖσθαι κατορθώματα, οἷς ἀνάγκη τοὺς ἐπαίνους συνυφαίνεσθαι· ἐμὲ δὲ παρέχεις ὑπηχῆσαι τῷ λόγῳ τοῖς σοῖς ἔργοις ἐμπνεόμενον, τοῦ παρόντος συλλόγου τὸ αἴτιον.

Alia igitur, amici, celebritas, aliudque hodierna die mysterium. Virginalis in terra templi encænia hodie peraguntur, Deique Matris, si quod aliud in mundo, dignum habitaculum consecratur. Virginale in terra templum hodie dedicatur, regalis magnificentiæ opus reipsa multis laudum canticis celebrandum. Templum in medio ipso palatio, divinum aliud venerandumque palatium excitatur; ejusmodi scilicet, ut, si cum aliis conferas, ac eorum rationem habeas, regia ipsa palatia, privatæ ædes aperte arguantur, quinimo quod sua qua pollet claritate ac venustate, illa quoque illustret ac reddat clariora, priorem illis mundum atque ornatum adaugeat. Dicas, oculos in ipsum conjiciens, non humanæ artis opus esse, sed divinam quamdam nobisque superiorem virtutem pulchritudinem illi indidisse. Templi aditus ac vestibulum, egregio ornatu ac decore compositum: candidi enim marmoris tabulæ splendidum quid gratiosumque effulgent, ejus modi scilicet ut totum conspectum complectentes, ipsarum inter se situm, extremorumque junctura, leni, plana, subtilique admodum commissura obtegant: adeo ut lapis unus lineis rectis velut inscriptus (res miraculo nova!) videatur, suavissimeque intuentium oculos capiant: indeque devincientes, ac in se convertentes, spectantem vetant, ne ad ea transire velit, quæ intus radiant: sed in ipso templi vestibulo, mox adiens præclaro exsuscitatus spectaculo, visisque figens oculum, velut radicibus fixus admiratione hæret. Orphæo Thraci fabulæ lyram assignant, ea pulsandi vi, ut res ipsas inanimes sonis moveat. Quod si etiam nobis in fabulas veritatem efferre, atque figmento tremendam reddere fas esset, dicat aliquis, qui sacræ ædis vestibulum adeant, in plantarum arborumque naturam, miraculo defigente transire. Sic qui semel conjecit oculos ægre avellitur, ac spectaculo tenetur.

τῶν τρόπων μᾶλλον τῶν τῆς ἱερωσύνης ἀξίων, ἢ ἀπό γε τοῦ ϕχήματος ἐπανίστασθαι. Οὐκ ὑπὲρ ἡμῶν οὖν ταῦτα, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν καὶ πρόσθεν ἔϕημεν γράϕεται. Πατέρων γὰρ κακῶς ἀκουόντων δέδοικα τὸ μὴ ὑπεραγωνίζεσθαι. Τί γὰρ, σιγᾷν παρὸν, ὑπεραγωνίζεσθαι, καὶ τὸ τῆς κωμῳδίας ἀπάρχεσθαι οὐ κατὰ πολὺ τὸ διάϕορον; τὸ δὲ πατραλοίας ὑπέχειν γραϕὴν καὶ ἡ ϕύσις μυσαττεται. Οὔκουν Ταράσιος, ἢ Νικηϕόρος ὑπαίτιοι, οἳ τὸν βίον τοῦ θρόνου καὶ πρὸ τοῦ σχήματος ἐπεδείξαντο ἄξιον. Οὐδ' Ἀμβρόσιος κακῶς ἀκούσει, καὶ δυσωπήσει, εὖ οἶδ' ὅτι καὶ Λατίνων εἴ μήτις ἄλλος, Ἀμβρόσιος Λατινίδος ὑπάρχων καλλώπισμα, καὶ Λατίνων γλώσσῃ πολλὰ καὶ ψυχωϕελῆ συγγραψάμενος. Οὐδὲ μὴν Νεκτάριος ὑπὸ μῶμον πεσεῖται. Σύνοδον γὰρ ἔσχεν οἰκουμενικὴν κυροῦσαν αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς τὸ ἀξίωμα, ὃν εἴ τις ἐνδιασῦραι πειράσοιτο, οὐκ αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν γε σύνοδον ὑπὸ δίκην μᾶλλον ποιεῖ, καίτοι τούτων ἑκάτερος οὐκ ἐκ λαϊκοῦ μόνον ἐπὶ τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης προῆλθε τελείωσιν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἀμυήτοις ἐξεταζόμενοι ὁμοῦ τε τῆς δωρεᾶς τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς ἠξιώθησαν χάριτος. Εἰ δὲ τούτων οὐδέτερον, οὐδεὶς ἂν ἐν εὐθύναις λογίζεσθαι τολμᾷ, οὐδ' εἰ πάντα θρασὺς εἴη, οὐδὲ Ταράσιον τὸν ἡμέτερον πατρόθειον, οὐ δέ γε Νικηϕόρον τὸν καὶ τοῦ γένους καὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν τρόπων ἀξίως διάδοχον. Ἐῶ δὲ τανῦν τὸν τοῦ Θεολόγου Γρηγόριον, καὶ τὸν Καισαρείας Θαλάσσιον, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων τὸν θίασον, οἳ κατὰ τὴν ὁμοίαν τάξιν τε καὶ ἀκολουθίαν τὰς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπάσης κρείττους ἐγένοντο.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὲρ ὧν προσῆκον ἦν ῥηθῆναι καὶ εἴρηται. Ὑπὲρ ἡμῶν δὲ ἓν εἴρηται, καὶ εἰρήσεται, ὡς ἄκοντες καὶ εἰσήχθημεν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὡς κατεχόμενοι καθεζόμεθα. Ἐν πᾶσι δὲ τὸ πειθήνιον τῇ πατρικῇ ὑμῶν ἐπιδεικνύντες ἀγάπῃ, ἔτι δὲ σαϕῶς παριστῶντες μὴ ϕιλονεικίας χάριν τὰ ῥηθέντα, τῆς δὲ τῶν μακαρίων Πατέρων ἡμῶν ἀθωώσεως εἰρῆσθαι συνοδικῶς ἐκϕωνηθῆναι συνευδοκήσαμεν, μηκέτι τοῦ λοιποῦ πρὸς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀθρόως ἀνάγεσθαι τοὺς ἐκ λαϊκῶν, ἢ μοναχῶν ψηϕιζομένους, εἰ μὴ διὰ τῶν ἐϕεξῆς ἱερατικῶν βαθμῶν διοδεύσωσιν. Ἐν οἷς γὰρ σκανδάλου νόσος τοῖς ἀδελϕοῖς ἐπιϕύεται, ἂν μὴ μέγα βλάπτῃ τὸ ἰάσασθαι, ἐπεὶ καὶ ἄϕετε αὐτοὺς, ἐδιδάχθημεν σκανδαλίζεσθαι. Ὅταν τινὲς ἐκόντες τῷ ϕθόνῳ τυϕλώττωσιν, ἕτοιμοι λύειν ἡμεῖς τοῦ σκανδάλου τὴν πρόϕασιν, καὶ ῥᾴστην παρέχειν τῇ ἀϕαιρέσει τοῦ συνταράσσοντος, τὴν θεραπείαν τοῦ ἀῤῥωστήματος. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν προγεγενημένων ἀποδέχεσθαι τὴν συλλουλὴν, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν κανόνα κρατεῖν ἀξιοῦν, κατὰ Πατέρων ἦν τὴν ὕβριν ἀναμετρεῖν, καὶ τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας δίκην ἀπαιτεῖν· τὸ δ' εἰς τοὺς ἔπειτα γεννησομένους συγχωρεῖν καὶ παραπέμπειν κρίσει πολλῶν, οὔτε Πατράσιν ὕβριν ἐμποιεῖ, οὔτε ποινὴν ἄδικον, ἀλλ' οὐδὲ ζημίαν ἐπάγει τισί. Δεῖ γὰρ τὰ τεθέντας ϕυλάσσειν, καὶ πατράσι τέκνα δίκαιόν τε καὶ ὅσιον πειθαρχεῖν.

A gnis, quam ex figura in nos insurgere. Non igitur pro nobis hæc, sed pro iis quos ante diximus, scribuntur. Patribus enim male audientibus pro iis non decertare metuo : nam tacere cum defendendi potestas sit, et comœdiis incessere non multum distat : a parricidii vero crimine ipsa quoque natura abhorret. Non igitur Tarasius aut Nicephorus in crimen adducendi, qui vitam throno etiam ante habitum præbuerant dignam. Neque Ambrosius male audiat, quinimo Latinis (sat scio) incutiet pudorem ; nisi forte alius exoriretur Ambrosius, Latinitatis, decus quique Latino sermone multa, eaque utilissima scripsit. Nec vero Nectarius in reprehensionem incidet, cui synodus universalis confirmavit episcopi dignitatem ; cuique si quis obtrectare conatur, non eum, B sed synodum potius in jus vocat. Et quidem eorum uterque non e laico solum ad episcopatus progressus est consummationem, sed cum nondum essent initiati, simul et baptismatis munus ad pontificalem gratiam meruerunt. Quod si horum neutrum quisquam ad reddendam rationem accersere audet, etiam valde confidens, non Tarasium quidem nostrum proavunculum, nec Nicephorum illius et generis et sedis et morum dignum successorem. Prætermitto in præsens et Theologi parentem Gregorium, et Cæsareæ Thalassium, et pontificum vitam reliquorum, qui consimili ordine et ritu suscepto præsulatu Ecclesiarum, omni vituperatione et calumnia caruerunt.

προστασίας ἀναδεξάμενοι παντὸς ψογου καὶ διαβολῆς

C Atque hæc pro quibus dici conveniebat, dicta sint. De nobis autem unum dictum est, ac dicetur. Inviti huc adducti sumus : usque adhuc retinentur, et sedemus. Demonstrantes autem nos obtemperare paternæ vestræ charitati, aperteque ostendentes, non contentionis causa hæc dicta esse, sed beatorum nostrorum Patrum purgationis : assensi sumus ut synodice (4) promulgaretur, ne posthac ad episcopatus sublimitatem confestim extollerentur, qui e laicis vel monachis crearentur, nisi per sacros deinceps gradus procederent. Nam ubi offensionis morbus Patribus exoritur, nisi forte medicina lædat (quandoquidem nonnullos vitio suo effendi sumus edocti, cum sponte propter invidiam cæcutiunt parati sumus occasionem tollere offensionis et scan- D dali, facillimamque præbere, sublato eo quod turbabat, ægritudinis curam. Quamobrem de rebus præteritis consilium accipere, et postulare ut ea quæ apud vos est, regula teneat, Patribus erat contumeliam admetiri, et ab iis qui nihil deliquissent, pœnas expetere. In posterum vero id concedere, et permittere multorum judicio nec Patribus contumeliam affert, nec cuiquam pœnam injustam, ac ne damnum quidem irrogat. Quæ enim constituta sunt, custodire oportet ; et patribus filios jus fasque est obedire.

NOTÆ.

(4) Can. 17, repetitus in octava synodo Photiana inferius sub Joan. pap. octavo habita.

Idcirco alterum quidem non accepimus, sed repulimus, et aliis ut repellerent, suasimus, atque suadebimus ; alterum vero et ascivimus, et synodaliter egimus. Atque utinam pridem Constantinopolitana Ecclesia regulam hanc servasset ! Sic enim fortasse intolerabilis violentiæ, et influentium in me opprimentiumque incommodorum turbam effugissem. Verum aliis quidem ob salutem et curarum liberationem regula ea scripta est : mihi vero crebri faborum, ægritudinumque influxus quæ liberatio, quæve ratio et via inveniri poterit ? Quod instabiles stabilire oporteat, ignaros edocere, ineruditos erudire, et ratione ac sermone eos aggredi, qui ægre convertuntur, et flagris protervos reprimere, ignavos excitare, avaris persuadere pecuniarum despicientiam, atque pauperum amorem ; refrenare ambitiosos, itaque assuefacere, ut honorem expetant qui honorabiliorem, divinioremque animam efficiat; superbos deorsum trahere, eosque ad modestiam hortari, et ad modice de se sentiendum ; impuros ac libidinosos et fornicarios comprimere, et ad temperantiam conformare ; prohibere injurias, hominesque ad juste agendum adducere ; lenire et mansuefacere iracundos, pusillanimes consolari ; ac ne cætera sigillatim enumerem, consuetis passionibus et improbitate et nequitia quæ tum animas in servitutem redigunt, tum corpora sordidant, studere vel invitos eos liberare qui iis tenentur, eosque Christo veros famulos offerre. Et qua ratione quisquam cui tot tantarumque rerum cura sit imposita, non ademptionem magis quam administrationem hujus principatus requirat ?

In circuitu rursus impii : alii imaginem Christi conspuentes et ipsi Christo in ea obtrectantes ; alii naturas in eo confundentes, aut abnegantes, et alii novæ naturæ inductione priores exterminantes, et quartam synodum innumerabilibus maledictis incessantes, adversum quos nobis bellum excitatum et multo tempore gestum, multos in obedientiam Christi captivavit. Ecquis mihi det, ut omnes captivos videam ? Vulpes rursus ex latibulis suis prodeunt, eosque qui multis simpliciores sunt et prave faciles, per fraudem ut pullos devorant. Schismaticas dico vulpes, quarum abscondita est malitia, multo iis infestior, qui aperte insidiantur. Nam ingredientes in domos, juxta divinum Apostolum decipiunt [2] mulierculas oneratas peccatis, quæstum sibi esse ducentes ingluviei et vanæ gloriæ, et cæteræ omnis voluptatis atque impuræ libidinis, artificiosam in sanctam Ecclesiam insurrectionem.

Solent enim, ut plurimum, vulgi mores propter infirmitatem et instabilitatem mentis, novitatibus, novisque factionibus magis studere, quam bonis institutis niti. Quorum omnium quamvis audaciæ et contumeliæ flamma exstincta sit (5), synodico decre-

A Διὸ τὸ μὲν οὐ προσηκάμεθα, ἀλλ' ἀπεδοκιμάσαμεν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποδοκιμάζειν συνεβουλεύσαμέν τε καὶ συμβουλεύσομεν. Τὸ δὲ καὶ προσφκειωσάμεθα, καὶ συνοδικῶς διεπραξάμεθα, καὶ εἴθε πάλαι ἡ Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησία τὸν κανόνα τοῦτον φυλάττουσα κατεφαίνετο. Οὕτω γὰρ ἂν ἴσως ἐγὼ τῆς ἀφορήτου βίας, καὶ τῶν ἐπιῤῥεόντων μοι καὶ συμπνιγόντων πειρατηρίων τὸν ὄχλον ἐξέφυγον. Ἀλλ' ἑτέροις μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἀπαλλαγῇ φροντίδων ὁ κανὼν ἀναγέγραπται, ἐμοὶ δὲ τῆς ἀλλεπαλλήλου τῶν πόνων τε καὶ καμάτων ἐπιῤῥοῆς τίς μηχανὴ τῆς ἀπαλλαγῆς εὑρεθήσεται ; τοὺς ἀστηρίκτους στηρίξαι, τοὺς ἀμαθεῖς ἐκδιδάξαι, τοὺς ἀπαιδεύτους παιδεῦσαι, καὶ τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι, οἳ μόλις ἐπιστρέφονται καὶ ταῖς μάστιξι · τοὺς θρασεῖς ἑλκῦσαι, τοὺς B βλακώδεις ἀνδρῶσαι, τοὺς φιλαργύρους πεῖσαι χρημάτων ὑπερφρονεῖν, καὶ φιλοπτώχους εἶναι, τοὺς φιλοτίμους χαλιναγωγῆσαι, καὶ τιμῆς ἐρᾷν ἐθίσαι, ἥτις τιμιωτέραν καὶ θειοτέραν ψυχὴν ἀπεργάζεται · τοὺς ὑπερηφάνους κατασπᾶσαι, καὶ μετριοφρονεῖν παρορμῆσαι · τοὺς ἐκπορνεύοντας ἀνακόψαι, καὶ σωφρονεῖν καταρτίσαι · τοὺς ἀδικοῦντας κωλῦσαι, καὶ δικαιοπραγεῖν παρασκευάσαι · τοὺς ὀργίλους ἡμερῶσαι, τοὺς ὀλιγοψύχους παραμυθήσασθαι, καὶ τί δεῖ τὰ κατὰ μέρος ἀριθμεῖν ; τῶν ἐθίμων παθῶν τε καὶ κακιῶν, ἃ ψυχὰς ἐδούλωσε, καὶ σώματα κατερῤῥύπωσε, καὶ ἀκόντων τῶν κατεχομένων σπεύδειν ἀπαλλάξαι, καὶ Χριστῷ παραστῆσαι γνησίους θεράποντας. Καὶ πῶς ἄν τις τηλικούτων τε καὶ τοσούτων C πραγμάτων φροντίζειν τεθεὶς οὐ τὴν ἀφαίρεσιν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐγχείρησιν τῆς ἀρχῆς ἐπιζητήσειε ;

Κύκλῳ πάλιν οἱ ἀσεβεῖς, οἱ μὲν τὴν εἰκόνα Χριστοῦ διαπτύοντες, καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐν ταύτῃ διασύροντες, οἱ δὲ τὰς ἑαυτῶν φύσεις συγχέοντες, ἢ ἀπαρνούμενοι, ἄλλης φύσεως καινοτέρας ἐπεισαγωγηταὶ προτέρας ἐξορίζοντες, καὶ τὴν τετάρτην σύνοδον μυρίαις ταῖς βλασφημίαις καθυποβάλλοντες, πρὸς οὓς ἡμῖν ὁ πόλεμος ἀναῤῥιπτισθεὶς, καὶ χρόνῳ συχνῷ συγκροτηθεὶς, εἰς τὴν ὑπακοὴν τῶῦ Χριστοῦ πολλοὺς ᾐχμαλώτευσε. Τίς δέ μοι δοίη καὶ τὸ πᾶν ἰδεῖν αἰχμαλωτιζόμενον ; Αἱ ἀλώπικες πάλιν τῶν φωλεῶν ὑπεκδύνουσαι, καὶ τοὺς τῶν πολλῶν ἀφελεστέρους, ἢ εὐηθεστέρους, ὀρνιθίοις ἴσα δι' ἁπάτης κατεσθίουσαι, τὰς σχισματικὰς ἀλώπεκας λέγω, ὧν D ἐν κρυπτῷ ἡ κακία, καὶ ἡ βλάβη πολὺ τῶν προφανῶς ἐπιβουλευόντων χαλεπωτέρα. Καὶ γὰρ εἰσιόντες εἰς τὰς οἰκίας κατὰ τὸν θεῖον. Ἀπόστολον ἐξαπατῶσι γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, πορισμὸν αὐτοῖς γαστριμαργίας, καὶ κενοδοξίας, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἡδυπαθείας, καὶ ἀκαθαρσίας, τὴν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιτεχνώμενοι ἐπανάστασιν.

Φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀγελαίων ὁ τρόπος διὰ τὸ τῆς γνώμης ἠῤῥωστηκὸς καὶ ἀστήρικτον ταῖς καινοτομίαις τε καὶ ταῖς νεωτεροποιίαις προσκεχηνέναι μᾶλλον, ἢ τοῖς καθεστηκόσι καὶ καλῶς κειμένοις προσεπερείδεσθαι, ὧν ἁπάντων εἰ καὶ τὸ πῦρ

[2] II Tim. III, 6.

NOTÆ.

(5) Can. 151 oct. synod. sub Phot.

σθαι, ἢ πρὸς κακίαν ὑποσύρεσθαι· διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας, μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι· μηδὲ φιλοξενίας προσχήματι, μισαδελφίας παραχωρεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα· τὸ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν, τοῦτο λίαν ἐμοὶ προσφιλὲς, καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον· τὸ δὲ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ, ἀποδημίας ἀτάκτους ποιεῖσθαι, οὔτε ἡμῖν οὔτε τοῖς κανόσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει εὐπαράδεκτον· ἐῶμεν γὰρ τ' ἄλλα ἃ συμβαίνειν εἴωθε, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τὰς ἀποδημίας ποιουμένων, τῶν ἀποδημούντων τὰς μάχας, τὰς στάσεις, τὰς ἔριδας, τὰς φιλονεικίας, τὰς διαβολὰς, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπαναστάσεις, ἀλλὰ τό γε νῦν ὁρώμενόν τε καὶ πραττόμενον ἐρῶ· ἐπειδὰν γὰρ ἐνταῦθά τινες διὰ τῆς παθοποιοῦ ῥᾳστώνης τὸν βίον καταῤῥυπώσωσι, τῶν δὲ πλημμελημάτων εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι ὥσι προσδόκιμοι, μετὰ σεμνῆς τῆς ἐπωνυμίας φυγάδες γίγνονται, προσευχῆς ὄνομα τῇ φυγῇ περιθέμενοι, καὶ πρᾶξιν αἰσχρὰν ὀνομασίᾳ χρηστῇ συγκαλυψαντες· ὧν οἱ μὲν ἀλλοτρίους γάμους διώρυξαν, οἱ δὲ κλοπαῖς ἐκλώκεσαν, ἢ ταῖς μέθαις προεπόθησαν, ἢ ταῖς ἀκολασίαις ἐδουλώθησαν· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ταπεινοτέρων αὐτόχειρες ἐφωράθησαν, καὶ ἄλλοι ἄλλοις πάθεσιν ἀκαθαρσίας συνεσχέθησαν· οἳ ἐπειδὰν κατ' αὐτῶν τὴν δίκην ἀφιεμένην, ὥσπερ ἔφημεν, συναίσθωνται, ὁμοῦ πάντα κυκήσαντές τε καὶ συνταράξαντες, δρασμῷ τὰς ἐπὶ τοῖς αἰσχρουργηθεῖσι καὶ τολμηθεῖσι διακρούονται κολάσεις· μήτε ταῖς ἐπιτιμήσεσι σωφρονιζόμενοι, μήτε ταῖς τιμωρίαις θεραπευόμενοι, μήτε τοῦ πτώματος ἀνορθούμενοι, ἀλλ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις διατελοῦντες ὀλέθριοι· ἐξ ὧν τῷ βουλομένῳ πάθεσι τρυφᾶν ἡ πύλη πλατεῖα τῆς ἀπωλείας ὑπανοίγνυται· ἔχουσι γὰρ τῆς δίκης ἀποφυγεῖν τὴν ἐπὶ προφάσει προσευχῆς ἐπὶ Ῥώμην κάθοδον· ὧν τὴν κακότεχνον μηχανὴν ἡ ὑμετέρα παθοκτόνος καὶ θεοχαρίτωτος ἀνασκοποῦσα κεφαλὴ, ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἀτελεσφόρητον τὸν δόλον καὶ τὴν μηχανορράφον ἀποφαινέτω προαίρεσιν· τοὺς ἄνευ συστατικῶν παραγινομένους γραμμάτων, μετ' ἐπιμελείας ἐκεῖσε πάλιν ἐπαναστρέφουσα, ὅθεν κακῶς καὶ ἀτάκτως ἐξέφυγον· οὕτω γὰρ ἂν αὐτῶν τε ἐκείνων ἡ σωτηρία πραγματεύοιτο, κοινή τε ἡ φροντὶς πᾶσιν ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς τε καὶ σώματος πρυτανεύοιτο.]

A sciplinam ac modestiam in omnibus curæ habens, et canonicam tenens rectitudinem, eos qui sine commendatitiis litteris ad Romanam Ecclesiam hinc proficiscuntur, non temere ac fortuito recipere, nec sinere hospitalitatis specie odii fraterni jaci semina. Nam quotidie ad vestram paternam sanctitatem eos, qui velint, adire, et pretiosis ejus frui vestigiis, hoc mihi valde amabile est, ac multis aliis rebus anteponendum : at sine nostra scientia, et absque commendatitiis litteris peregrinationes nullo ordine suscipi : id nec nobis, nec canonibus, nec vero vestro integerrimo judicio est acceptabile. Omitto enim alia quæ evenire solent iis qui hinc discedunt, iter ac peregrinationes non juxta canonem habentibus pugnas, seditiones, rixas, contentiones, B calumnias, insidias, insurrectiones. Sed quod nunc videtur, ac fit, dicam ; cum enim hic nonnulli per impuram nequitiam vitam contaminarint ac sordidarint : sit vero exspectatio, de iis criminum pœnas expetitum iri : speciosa nuncupatione fugitivi fiunt, orationis ac voti nomen fugæ suæ indentes, ac turpe flagitium appellatione proba contegentes. Quorum alii aliena conjugia perfoderunt, alii furti damnati sunt, aut vinolentiæ se propinarunt, aut lasciviæ, libidini et intemperantiæ servierunt ; alii vero tenuiorum hominum percussores et homicidæ deprehensi sunt ; alii aliis passionibus immunditiæ se immerserunt. Qui cum in seipsos jus emitti, ut diximus, persentiscunt, simul omnia miscentes et conturbantes, flagitiorum ac facinorum suorum C pœnas fuga amoliuntur, nec objurgationibus castigati, nec suppliciis curati, nec se a lapsu erigentes, sed sibi atque aliis usque perniciosi. Ex quibus ei qui velit passionibus delicias facere, lata exitii porta subaperitur. Habent enim pœnæ effugium. Romam sub orationis obtentu proficisci. Quorum male artificiosa molimina considerans, vestrum passiones interficiens et Deo gratissimum caput, inutilem iis, et vanum et sine effectu ostendat dolum, et voluntatem multa nequiter machinantem, et varie consuentem, eos qui sine commendatitiis litteris adveniunt, diligenter illuc redigens, unde male, ac nullo ordine effugerunt. Sic enim et illorum salus procurabitur, et regularis modestia et ordo custodietur, et firmabitur amor fraternus, et D communis sollicitudo omnibus ad salutem animæ et corporis impendetur.

EPISTOLA III.

Ad Orientales Patriarchas et OEconomum Ecclesiæ Antiochenæ (8).

ΕΠΙΣΤ. Δ'. EPIST. IV.

Βάρδᾳ, Μαγίστρῳ, Πατρικίῳ καὶ Κουροπαλάτῃ. *Bardæ, Magistro, Patritio et Curopalatæ.*

Edita a Montacutio (ep. 3, p. 65.)

Ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προστίθεσθαι ἄλγημα, τῆς μὲν ἐμῆς ἴσως ἀθλιότητος ἄξιον, τῆς

Dolorem dolori meorum vulnerum superaddere, dignum fortassis mea miseria fuit; indignum autem

NOTÆ.

(8) Exstat in opere cui titulus Τόμος χαρᾶς, editum *Bucharest* an. 1705. Hoc frustra huc usque quæsivimus

cturæ pondus facit. Quod si, qui mea cum charitate accepit, ei gratiam habeo, et qui propria quærit, quomodo non dabit quis lætus si modo nemo impediat? tanto præsertim Patri, quique hoc per tales, et per Deo amabiles optimosque viros postulavit. Hi enim reveva vestræ paternæ perfectionis vicarii prudentia et virtute et multa rerum experientia fulgent, nec propria conversatione minus quam Christi discipuli eum qui misit honorant. Quibus complura eorum quæ dici ac scribi debuerant, exposuimus, cum persuasum nobis esset, et dicere eos posse quam vera essent, ac multo magis quam alios dignos esse quibus fides haberetur.

προξενεῖ· ἐλαφρότερον γάρ μοι τὸ φορτίον τῆς ἐπιστασίας ἀποτελεῖ. Εἰ δ' ὁ τὰ ἐμὰ λαμβάνων σὺν ἀγάπῃ καὶ προσκαταβάλλειν χάριν ἀνωμολόγηταί μοι τῷ τὰ οἰκεῖα ζητοῦντι, πῶς ἄν τις οὐ δώσει χαίρων μηδενὸς ὑπάρχοντος ἐμποδὼν, μάλιστά γε τηλικούτῳ Πατρὶ, καὶ διὰ τοιούτων θεοφιλῶν καὶ σπουδαίων ἀνδρῶν ποιησαμένῳ τὴν αἴτησιν; ἄνδρες γὰρ ὡς ἀληθῶς οἱ τῆς ὑμῶν πατρικῆς τελειότητος τοποτηρηταὶ, συνέσει τε, καὶ ἀρετῇ, καὶ πολυπειρίᾳ διαπρέποντες, καὶ οὐδὲν ἧττον διὰ τῆς οἰκείας πολιτείας, ἢ οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ τιμῶντες τὸν ἀποστείλαντα, οἷς τὰ πλείω τῶν ὀφειλόντων καὶ ῥηθῆναι, καὶ γραφῆναι προσανεθέμεθα, ἅτε δὴ πεπεισμένοι καὶ λέγειν αὐτοὺς τάληθῆ δυνατοὺς, καὶ πολὺ πλέον τῶν ἄλλων ἀξίους πιστεύεσθαι.

Ac volueram quidem nihil de nobis scribere, cum præsertim paterna vestra religiositas non per litteras, sed per proprios vicarios se certiorem fieri oportere decrevisset. Atne principio, nihil velle scribere, negligentia existimaretur: ideo per excursum res nostras exposuimus; cum multa sint, ac multum otium requirentia, quæ prætermissa sunt. Cum autem Dei cultores vicarii complura ipsi viderint atque audierint, possunt aperte docere, si prudentia vestra, magno prædita ingenio, velit percontari.

Καὶ ἐβουλόμην μὲν ὅλως μηδὲν γράψαι περὶ ἡμῶν, μάλιστά γε τῆς ὑμῶν πατρικῆς ὁσιότητος οὐ διὰ γραμμάτων, διὰ δὲ τῶν οἰκείων τοποτηρητῶν πληροφορηθῆναι κρινάσης, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ μηδὲν τὴν ἀρχὴν ἐθέλειν γράφειν παρορᾶσεως αἴτιον νομισθῇ τούτου χάριν ἐν ἐπιδρομῇ τὰ καθ' ἡμᾶς διεξήλθομεν, πολλῶν ὄντων, καὶ σχολῆς πολλῆς δεομένων τῶν παραλελειμμένων. Αὐτόπται δὲ καὶ ἐπήκοοι οἱ θεοσεβέστατοι τοποτηρηταὶ τῶν πλειόνων γεγονότες δύναιντ' ἂν ἅπαντα σαφῶς ἀναδιδάξαι, τῆς ὑμῶν μεγαλοφυεστάτης συνέσεως διαπυνθάνεσθαι βουλομένης.

Quod autem dici oportet, ac pene me effugit, hoc cum addidero, finem faciam, Canonum custodia a quovis bono debetur, magis vero ab iis qui divinæ Providentiæ dignatione alios regunt, omnium sane maxime quibus in horum numero primitus obtigit: quanto enim aliis præstant, tanto diligentiores legum custodes debent esse; nam celerius illorum delictum utpote in sublimitate positorum omnibus nuntiatur, atque inde alios oportebit ad virtutem reduci, vel ad vitia retrahi ac pessumdari. Quare vestra debet amabilis beatitudo ecclesiasticam di-

Ὃ δὲ ῥηθῆναι δέον μικροῦ με παρέδραμε, τοῦτο δὴ καὶ προσθεὶς καταπαύσω τὸν λόγον, τῆς ἐπιστολῆς εὐλαβούμενος τὸ μῆκος. Ἡ τῶν ἀληθῶν κανόνων φυλακὴ, σπουδαίῳ μὲν ἐποφείλεται παντὶ, πολὺ δὲ πλέον τοῖς ἀπευθύνειν [(7) τὰ τῶν ἄλλων ὑπὸ τῆς προνοίας ἠξιωμένοις· καὶ τούτων ἔτι μάλιστα, τοῖς ἐν αὐτοῖς τούτοις πρωτεύειν λαχοῦσιν· ὅσῳ γὰρ ὑπερέχουσι, τοσούτῳ νομοφυλακεῖν ὀφείλουσι· θᾶττόν τε γὰρ τὸ ἐκείνων ἐλάττωμα, οἷα δὴ κειμένων ἐν ὕψει, εἰς πάντας περιαγγέλλεται, κἀκεῖθεν τοὺς ἄλλους δεήσει πρὸς ἀρετὴν ἐπανάγε-

NOTÆ.

(7) Uncis inclusa supplevit Ang. Maius *Bibl. nov.* IV, p. 50: — « Utrum, inquit, schismaticorum item fraudi tribuendum sit, necne, quod adhuc sum dicturus, æqui lectores judicabunt. Photii longam epistolam ad Nicolaum papam ob impetrandam sui in patriarchatu confirmationem, edidit Latine tantum, Petro Morino interprete, card. Baronius ad an. 861, n. 54: sed ea Græce demum vulgata fuit ab Anthimo schismatico Remnicii episcopo in Valachia an. 1706, quem rursus textum prelo nuper in Gallia subjecit vir cl. Jagerus in sua præclara de Photio Græci schismatis auctore historia, p. 439. Ego vero Græcum ibi textum legens, statim agnovi (p. 452) fine esse mutilatum, id quod illic tum hiulca sententia, et vocabula corrupta satis suadent, tum integra atque continua apud Baronium interpretatio plane demonstrat. Jam vero in Græca ante hanc diem parte inedita, Photius disertis verbis fatetur Romani pontificis primatum, dum ait illum inter Christianorum rectores πρωτεύειν λαχόντα et ὑπερέχειν, principem supremumque locum tenere. Fatetur item Photius vigentem consuetudinem Christianorum confugiendi appellandique undique ad Rom. sedem, ut pontificalium pedum fruerentur osculo, ut ad apostolorum limina orarent, et peccatorum veniam consequerentur. Tantum postulat, ne id sine commendatitiis patriarchæ epistolis fieret: quo astu Photius Romana peregrinatione et appellatione iis volebat interdicere, qui ne cum obtruso patriarcha, id est secum, communicarent, Romam confugiebant, ubi etiam Photii crimina revelabant; ideoque callide iis maledicit. Jam vero tota hæc Photianæ epistolæ pars Græce excidit, ut in Valachorum atque etiam in Jageri editione videre est, qui sane vir doctus editionis defectum agnovit, neque tamen potuit Græce supplere. Displicuisse autem editori Anthimo hunc epistolæ Photii tractum, in quo papam Rom. ceu sibi superiorem adhuc reveretur, et de appellationibus ad apostolicam sedem loquitur, nil mirum est; nam totus ille Anthimi tomus schismaticis opusculis, Romanæ præsertim auctoritati adversantibus, scatet. Tum vero Valachos, calogeris suis auscultantes, alieno plerumque animo a Romanis partibus exstitisse, disco ex historia nupera quam de illa regione edidit Berolini vir doctus Mich. Kogalnitchanus tom. I, pag. 237. Haud ergo temeraria fortasse suspicio est, partem illam epistolæ dedita opera typis fuisse seclusam. Quod si quis mitius judicare velit, et Anthimi editionem Valachicam culpa potius codicis, fortasse mutili, mancam existimare; adhuc quærendum superest quis lacunam in illo codice fecerit, casusne aliquis, an schismatici hominis priscus dolus? Sed utcunque se ista habent, en demum hæc epistola a nobis ope duorum codicum Vaticanorum Græce completur. »

ταλιμπανοντες τὸν ὑπ' αὐτὸν [a] ἀναιρούμενον, ἡμιθανῆ καὶ ἡμίτομον, ἢ οἱ ἀθρόως ἀναιροῦντες· ἑκάτερος μὲν γὰρ αὐτὸν ἀναιρεῖ, ἀλλ' ὁ μὲν τῆς ὀδύνης οὐ παρατείνων τὴν αἴσθησιν, ὁ δὲ ζημίαν ὥσπερ ἡγούμενος, εἰ θανάτῳ μόνῳ παραπέμψει τὸν ἄνθρωπον, μὴ πολλὰ πρότερον στρεβλώσας τε καὶ μελίσας, καὶ πολλαπλοῦν αὐτῷ τῇ δριμύτητι τῶν ἀπὸ τῆς κολάσεως ἀλγηδόνων κατασκευάσοι τὸν θάνατον. Τοιοῦτον ἔστιν ὁρᾷν καὶ τὸ ἡμέτερον. Τιμωρούμεθα καθ' ἑκάστην, καὶ πληττόμεθα, νυνὶ δὲ καὶ ἡμίτομοι γεγόναμεν· καὶ ὡς ἔοικεν, ὅτι τὸ ὅλον ἂν ἀποθέσθαι ἠτησάμεθα, τούτου χάριν τὸ ἥμισυ ἀφῃρήμεθα· καὶ εἰ τὴν διαίρεσιν τῆς ἀρχῆς ἐζητήσαμεν, εἰς τὸ ὅλον ἂν εἰσηκούσθημεν. Ἀλλ' οὔτε τὸν ἡμίτομον ζῆν ἐστι δυνατόν· οὔτε ἡμᾶς ἐνταῦθα μένειν, οὕτω διαιρεθέντας· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος, οὐ τοῖς πρὸ ἡμῶν γεγενημένοις, ἀλλά γε καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἄρα καὶ εἶεν ὅλως τινὲς ἡμῶν ἀθλιώτεροι, οἳ μεθ' ἡμᾶς ἀνθ' ἡμῶν τουτονὶ τὸν ζυγὸν ὑπελεύσονται. Ἐξερχόμεθα τοῦ τόπου· παυέτω φθόνος· εἰ δὲ μή, λυποῦμέν τινας· μᾶλλον δὲ εἰ μή, κἂν τούτῳ γραφόμεθα. Καὶ τὸν πονηρὸν ἐκτινάσσοντες, ἀποτιθέμεθα τὸν θρόνον· ἀποτιθέσθωσαν τὸν καθ' ἡμῶν δόλον, τὰς ἐπιτηρήσεις, τὰς ἐνέδρας, τὰς ἐπιβουλάς. Ὦ δίκη, καὶ νόμοι, καὶ Θεοῦ κριτήρια! ὅτι μὴ πατοῦμεν ὑμᾶς, ἀδικοῦμεν· καὶ ὅτι στέργομεν, οὐ φιλούμεθα· καὶ ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ἱστάμεθα, διχαζόμεθα· καὶ πλάττονται λόγοι, καὶ ὁ καθ' ἡμῶν τι καινότερον ἐπινοῶν, οὗτος ὁ νουνεχὴς καὶ δραστηριος· ὁ δὲ συλλυπούμενος, ἐχρὸς καὶ παραβάτης νόμων εἰσάγεται, κἂν ἀδελφὸς ᾖ, καὶ τὴν φύσιν ἔχῃ κινοῦσαν πρὸς ἔλεον. Ποιόν τις ὑπενέγκει [d] ῥᾳδίως, ὅτι κριτὰς ἔχομεν τοῦ βίου, τοὺς πρὶν ἐπαινέτας, καὶ οἳ χάριν ὡμολόγουν, εἰ μὴ παρ' ἡμῶν κατεκρίνοντο· ὅτι τῶν φίλων χωριζόμεθα, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ἀποσπώμεθα· πρὸς ποῖα τούτων τίς ὑποστήσεται;

A reliquerunt, quoque tardius incedant ad eorum ablationem, eo mihi sunt molestiores; quemadmodum qui relinquunt semimortuum et semisectum reum quem volebant occidere, potiusquam qui penitus privarunt vita; hominem hic uterque interficit, sed alter cruciatum non per moras extendit, alter forte ratus detrimento se affici, si mera morte hominem hinc amandet, multis eum imprimis excarnificatum tormentis et dissectum membratim, non simplici morte affectum, per horrores et cruciatus dolorificos e vita trahit. Nec abludentem videre est nostram conditionem. Quotidie plectimur et afficimur plagis, in præsenti semisecti constituimur; videtur autem per partes tolli a nobis illud, quod simul et semel ut deponamus flagitant: quod B si principatum partiri voluissemus, exauditi fuissemus in toto. Verum cum semisectum vivere possibile non sit, nec nos hic subsistere ita diminuto principatu: dedecori enim et exprobrationi facti fuissemus, non quidem prædecessoribus nostris, sed successoribus post futuris, si tamen futuri aliqui aliquando sint, nobis miseriores, qui post nos pro nobis jugum istud subire velint. Loco quin cedimus; cesset invidia. Quod si non facimus, quosdam afficimus mœrore, potius et ob hoc ipsum in jus rapiemur: excusso pulvere, sedem deserimus, quocirca dolos deinceps in nos construere et meditari desistant, ne observent, insidientur, impressiones faciant. Heu justitia, leges Dei, tribunal! Quod nequaquam C vos conculcamus, iujuria afficimus; propterea quod diligimus, non amamur; eo quod pro vobis stamus, a nobis fit dissidium. Comminiscuntur mendacia, et qui contra nos maximam proditionem finxerit, prudens habetur et actuosus; qui vicem nostram dolet, ut hostis et legum violator accusatur, frater licet fuerit, et natura ipsa moveatur ad compassionem. Quomodo quis, quæso, tolerare posset, quod de vita judices et censores habemus eos, quos prius laudatores, et qui bene secum agi putassent si nostro judicio non condemnarentur; quod ab amicis divellamur, a germanis abstrahamur? Ecquis est qui horum aliquid possit?

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, μὴ δεῖν ἀθυμεῖν. Χριστοῦ πάθη, καὶ Χριστὸν αὐτὸν εἰς μέσον ἄγων, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ μάρτυρας· ἄν μοι καὶ τὸν προδότην δείξῃ, καὶ τὴν κουστωδίαν, καὶ τοὺς τυράννους, πολλὴν οὗτος τὴν εὐθυμίαν χαρίσεται· μέχρι δ' ἂν μὴ φανῶσιν οὗτοι, λόγῳ πλάττων τὴν ὁμοιότητα, ἀσθενῆ τὴν D παραμυθίαν παρέξεται. Εἰ μὲν οὖν πλειόνων ξεσμάτων ἔτι καὶ χωνευτηρίων ὁ ἡμέτερος ἀνδριὰς πρὸς κάθαρσιν δεῖται, καὶ ξυέσθω καὶ τηκέσθω καὶ χωνευέσθω. Χριστοῦ διδόντος ὑπομονὴν, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως τὴν βάσανον συμμετροῦντος. Εἰ δ' ἡ ὑπερβολὴ τῶν κολάσεων φθάνει δαπανῶσα τὴν δύναμιν (οὐκ ἐμὸν γὰρ εἰπεῖν εἰ κεκάθαρται) ὁ πλάστης ῥυέτω τὸ πλάσμα τῆς βασάνου, καὶ μηδεὶς ἡμῶν ἕνεκα ὀφθήτω μήτε προδότης, μήτε κουστωδία, μήτε τύραννος· εἴησαν δὲ πάντες ἐκλεκτοὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἄνω δόξης ἐπάξιοι.

Sed dicetur, despondendum non esse animum; Christi mihi passiones, Christi exemplum repræsentabit, et martyrium qui propter illum tolerarunt. Certe si mihi proditorem hic exhibeat, si custodiam, si tyrannos, multam ille largietur consolatio- nem. At quandiu nusquam apparent isti, qui similitudinem sermone suo affingit infirmum solatium exhibebit. Quod si autem nostra ista statua plurifariam adhuc radenda fuerit, aut, ut purior fiat, liquefacienda sit; radant, liquefaciant, conflent, si velint, dummodo Christus suppeditet patientiam, et secundum proportionem naturalis nostræ infirmitatis tentationem admensuret. Quod si pœnarum excessus patientiam anticipet et absumat (in me haud est situm affirmare quod purgatur), fictor figmentum de tormentis liberet, neque quisquam optarim mea causa exsistat proditor, custodia nulla, nullus tyrannus; sint autem omnes a Deo electi, et digni qui supernam assequantur gloriam.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἰσ. αὐτῶν. [d] l. ὑπήνεγκοι.

plane commiseratione vestra, et affectu illo quo in me animari debeas. Quod si quis sibi persuaserit contra vestram obvenire nobis ista voluntatem, is cum videat ista nos pati, te potestatem et vim pulsandi possidente, mutet omnino sententiam suam. Decepti sumus, affecti contumeliis, dedecore et injuriis, insuper et in nos conspirabatur; sed tamen plagas, aiunt, non accepimus : imo autem accepimus, et quod gravius est, haud in corpore : illud enim in oculos incurret omnium, et lacessentem redarguet, et in intuentium et commiserantium condolentia, quamdam habet consolationem ; sed in anima plagas tulimus, per animam morbis affligitur corpus : hic qui affligit, veluti nihil faciens injuriæ, non pudefit ; is autem qui vapulat pœnæ quoddam additamentum habet, quod cum doleat, ejus non miserentur alii, quod pati eum ignorant. Enimvero plerosque latet istiusmodi punitionis species, qua et magis oblectatur qui plagam infert, et in id adducitur, ut ne pœniteat facti ; afflictum vero magis atterit, utcunque majorem ei retributionis mercedem procurat.

A δ' ὑμετέρας συμπαθείας, καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, ἀνάξιον. Καὶ εἴ τις πεισθείη μὴ κατὰ γνώμην ὑμῶν ταῦτα συμπεσεῖν ἡμῖν· ἀλλά γε τὸ ὑμῶν ἐξουσιαζόντων καὶ ἰσχυόντων, ταῦτα πάσχειν ἡμᾶς, ἐπεὶ τοῦτο βλέπει, οὐδ' ἂν μεταπεισθείη. Παρελογίσθημεν, ἐξυβρίσθημεν, ἠτιμώθημεν, ἐπηρεαζόμεθα, ἐπιβουλευόμεθα· ἀλλὰ πληγὰς οὐκ ἐλάβομεν· ἐλάβομεν· καὶ τὸ χαλεπώτερον, οὐκ ἐπὶ σώματος, ὃ καὶ πᾶσι φαίνεται, καὶ τὸν ἀδικοῦντα ἐλέγχει, καὶ πολλὴν παραμυθίαν, τὴν ἀπὸ τῶν ὁρώντων καὶ οἰκτειρόντων εἰσάγει συμπάθειαν· ἐλάβομεν πληγὰς ἐπὶ ψυχὴν αὐτὴν, δι' ἣν καὶ τὸ σῶμα νόσῳ μαστίζεται· καὶ ὁ τύπτων, ὡς μὴ ἀδικῶν, οὐκ αἰσχύνεται· καὶ ὁ τυπτόμενος προσθήκην δέχεται τιμωρίας, ἐπὶ τῇ τῶν πληγῶν ὀδύνῃ, τὴν ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ἀσπλαγχνίαν. B Λανθάνει γὰρ τοὺς πολλοὺς τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς κολάσεως, ὃ καὶ τὸν κολάζοντα πλέον εὐθυμεῖ, καὶ ἀμετανόητον ἀποτελεῖ· καὶ τὸν κολαζόμενον μᾶλλον δαπανᾷ, εἰ καὶ τὸν μισθὸν μείζω προξενεῖ.

Cæterum et ista nos propter Christum et divinas leges toleravimus antea ; et gracias Deo agimus, qui, cum angimur, quod celantur ærumnæ, et sic inglorie patimur, mercedem majorem accumulavit. Intelligebam probe, ab inito primum certamine me hæc passurum ; exspectabam quoque ante perpessionem et certamen (si vera non loquar, patiar ego adhuc iis quæ perpessus sum graviora), exspectabam quidem, prout dixi, ea quæ passus sum, angor nihilominus animi quod sub talibus patior : Finis mihi a Deo destinatus est, et lubens ebibo quodcunque mihi propinatur poculum. Nec propter illa quæ patior, succenseo ; imo etiam et illa desidero quæ me adhuc pati oportet utcunque sine sensu dolorifico pati ista nequeam ; homines enim ita comparati ut sine doloris sensu pati nequeant : et ita me animo affectum debere esse intelligo erga illa quæ me jampridem invaserunt, et deinceps sunt invasura. Te autem potius optarim ego ultorem eorum qui me injuriis afficiunt, quam causam et initium dedisse injuriarum : sed ea quæ me pati debere statutum est, effugere nequeo ; qui nec cæterorum optionem vel judicium contra voluntatem ipsorum mutare possum.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ θείων νόμων ὑπέστημεν ἔμπροσθεν· καὶ γε χάρις Θεῷ, τῷ πλέον αὔξοντι τὸν μισθὸν, ἐν τῇ τοῦ λανθάνειν ἀθυμίᾳ, καὶ τῇ τῶν παθῶν ἀδοξίᾳ. Καὶ ᾔδειν μὲν ἐμαυτὸν ταῦτα παθεῖν, εὐθὺς ἀρχομένου τοῦ ἀγῶνος, ἤλπιζον δὲ καὶ πρὸ τοῦ πάθους, καὶ πρὸ τοῦ ἀγῶνος (εἰ δὲ μὴ τάλη θῇ λέγω, πάθοιμι παρ' αὐτῶν ὧνπερ ἔπαθον, χείρονα, ἤλπιζον μὲν, ὡς ἔφην, ἅπερ ἔπαθον, λυποῦμαι δὲ πάσχων ὑπὸ τοιούτων· τὸ μὲν γὰρ C ἐμὸν τέλος Θεῷ ὥρισται· καὶ δέχομαι χαίρων ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ποτήριον· καὶ οὐχ ὑπὲρ ὧν πάσχω ἀγανακτῶν, ἀλλ' ὧν με δεῖ παθεῖν καὶ τὰ λείποντα ἐπιζητῶ, εἰ καὶ χωρὶς ἀλγηδόνος ταῦτα φέρειν ἀδυνασῶ· ἀνθρωπίνη γὰρ φύσις ἀναλγήτως πάσχειν οὐ πέφυκε· καὶ περὶ μὲν τῶν ἐπισκηψάντων, ἢ καὶ ἐπισκηψόντων ἔτι ἐμοὶ, οὕτω με δεῖ φρονεῖν, καὶ λογίζομαι. Τιμωροὺς δὲ τῶν ἀδικούντων, ἀλλ' οὐκ ἀρχηγοὺς τῶν ἀδικημάτων, ὑμᾶς εὐχόμην εὑρεῖν. Ἀλλ' οὔτε ἐμὲ φυγεῖν ἔστιν, ἃ με δεῖ παθεῖν· οὔσε τὴν ἑτέρων εὐχὴν, ἑτέρων γνώμην μεταβαλεῖν.

Atque prius quidem tot et tanta patiebamur; sed tanquam non satis ingestum nobis malorum esset, excogitatur modus alius injuria afficiendi me, ut mea causa etiam alii malis afficiantur : Fame clerus strangulatur, et qui mihi subsunt, illustriores quique, in eum finem, ut cum loquuntur et recordantur se meam ob causam hac calamitate pressos in meum demum caput et exprobrationes et exsecrationes ejaculentur. Mitto illud dicere, quod mihimetipsi portio exhibetur ad dimensum, quod dimidia parte privor jurisdictionis meæ : certe præclara ratio inita est per auferentes, qui sic artificiosam in me persecutionem concitarunt. Quod si, ut meum expleant mihi desiderium (hoc est, ut isto jugo atque onere expediar), hæc perpetrarunt (utcunque mecum ludere visum in istis est), gratias certe de ablatis sum habiturus : et grave mihi est quod residui quidquam

D Καὶ τοσαῦτα μὲν πεπόνθαμεν ἔμπροσθεν· ὥσπερ δὲ λείποντος τοῦ κακοῦ, προσεπινοεῖται καὶ τρόπος ἄλλος κακώσεως, καὶ κακοῦνται δι' ἡμᾶς ἕτεροι, καὶ λιμαγχονεῖται κλῆρος, καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸ ἐπισημότερον· ἵν' ἐφ' ἡμῶν ὑποστῆναι τὴν συμφορὰν καὶ λέγοντες καὶ μνημονεύοντες, τὸν ὀνειδισμὸν καὶ τὴν ἀρὰν ἐπὶ κεφαλὴν ἡμῶν ἀναφέρωσιν. Ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἡμῖν ἡ μᾶξα μέτρῳ προσρίπτεται, καὶ ἀφαιρεῖται ἀφ' ἡμῶν τὸ ἥμισυ τῆς ἀρχῆς· καλῶς γε ποιούντων τῶν ἀφαιρούντων, καὶ τέχνῃ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἐπινοούντων. Ἀλλ' εἰ τὴν ἡμετέραν πληροῦντες αἴτησιν (λέγω δὴ τὸ ἐλευθερωθῆναι ἡμᾶς τοῦ ζυγοῦ καὶ τοῦ φορτίου τούτου) ταῦτα πεποιήκασιν (ἴσως γὰρ καὶ τοῦτο παίζουσι καθ' ἡμῶν), χάρις μὲν αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἀφεῖλον· λυποῦσι δὲ ὑπὲρ ὧν κατέλιπον, καὶ βραδύνοντες πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ λοιποῦ, πλέον ἀνιῶσιν· ὥσπερ οἱ κα-

τον, ἀπετμήθη τὴν γλῶσσαν, καὶ ταῦτα ἱερωσύνην φορῶν, ὑπὲρ οὗ πολλάκις ἐπρέσβευσα, ὑπὲρ οὗ πολλάκις ἐδυσώπησα, ὑπὲρ οὗ ὁ μάταιος ἐγὼ καὶ ῥήματα ἀπαθείας ἔλαβον, καὶ οἱ ἰδόντες ἐπίστανται. Εἰ δὲ καὶ ἐπελάθοντο οὗτοι, τὸ Θεῖον οὐκ ἐπελάθετο. Ποία λοιπὸν ἐλπὶς πρὸς τὰ ἄδηλα, ὅτε περὶ τῶν φανερῶν καὶ ὑπ' ὄψιν κειμένων οὕτως ἀποτυγχάνω καὶ διαπαίζομαι ; πῶς ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, καὶ ὑμῶν, καὶ τοῦ λαοῦ, πρεσβεύσας ἐξιλάσομαι, ὅτε πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ἑνὸς πρεσβεύσας οὕτως ἐξέπεσα, οὕτω παρεκρούσθην ; Ταῦτα δακρύων αἵματι ἔγραψα· ἐν σοὶ δὲ ἔστι τὸ λοιπὸν, ἢ πρώτην, ἢ τελευταίαν, τήνδε τὴν ἐπιστολὴν δέξασθαι. Ἐγὼ γὰρ κατ' ἐνώπιον Κυρίου λέγω, ὡς εἰ οὕτως ἐστὶν ὑμῖν σκοπὸς ἐν ταῖς εὐλόγοις ἡμῶν ἱκεσίαις καὶ παρακλήσεσιν παρακρούεσθαι ἡμᾶς καὶ ἀποπέμπεσθαι· καὶ εἰ μή τις γένηται τῷ ἀθλίῳ ἐκείνῳ τὸν δυνατὸν τρόπον παραψυχὴ καὶ παράκλησις, οὔτε γράψω, οὔτε ἄλλως πως ἐνοχλήσω, ἀλλ' ἡσυχάσω, ἐμαυτὸν ἐπισκοπῶν, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ ὀδυρόμενος. Εἰ γὰρ μετὰ τῶν καθημερινῶν, τῶν ἔξωθεν ἡμῖν ἀναφυσωμένων πειρασμῶν καὶ περιστάσεων, καὶ τὴν ἀθλίαν μου προσαπολέσω ψυχὴν, ἀθλιώτερος ἂν εἴην πάντων ἀνθρωπων.

A tione digna habeantur) multas simul aggestas miserias pertulit : venditus, et verberibus cæsus est, in carcerem demum conjectus, et, quod nullum solatium admittit, lingua illi exscindebatur, quodque magis est indignum, cum sacerdos esset ; pro illo sæpius intercessi, sæpius adhibui preces, in cujus causa verba tantum accepi ego vanus sine condolentiæ sensu, quod videntes intelligebant. Qui si horum obliti sint, at non divinum Numen oblivisceturi. Cum in rebus tam perspicuis et sub oculos positis ita spe dejiciar, et risui exponar, quæ relicta erit spes mihi de incertis? Quomodo pro peccatis et vestris et populi intercedam, et illa expiabo, cum pro vel uno apud te intercedens, adeo exciderim exspectatione, adeo fuerim deceptus? Ista quidem lacrymans cum sanguine exaravi. Penes te est deinceps ut hanc vel primam vel postremam epistolam a me habeas. Domino etenim teste denuntio, quod si id tibi propositum sit ut deceptos nos ableges et contemptos, ubi tam rationabiles offerimus supplicando admonitiones, ita ut, cum possit fieri non difficulter, miser ille nullam invenerit consolationem aut refocillamentum nequaquam deinceps scripturum, aut molestiam tibi creaturum, sed rebus meis consulens, et meam vicem deplorans, obmutescam. Si enim post quotidianas illas quæ a foris quotidie in me concitantur tentationes et exigentias, miseras quoque animam meam in eo sim ut disperdam, ultra omnes mortales deploratissimus essem.

B

ΕΠΙΣΤ. Ζ'.

Βάρδᾳ Καίσαρι.

EPIST. VII.

Bardæ Cæsari.

Edita a Montacutio (l. c. ep 8, p. 71).

Χαίρομεν ἐπηρεαζόμενοι· ἀλγοῦμεν δὲ, ὅτι τοὺς ἐπηρεάζοντας ὑμᾶς ἔχομεν, παρ' ὧν ἡμῖν καὶ προστασίας ἐλπίδες, ἄλλων ἴσως ἐπιτιθεμένων, ἐκρέμαντο, καὶ τὸ βαρύτατον, ὅσι ἄδικα πάσχοντες, ἀδικεῖν ἐγκαλούμεθα· καὶ δόλους ῥάπτειν γραφόμεθα ὑφ' ὧν αὐτοὶ πολλοὺς καθ' ἑκάστην ὑπομένομεν. Χάρις οὖν πάντων ἕνεκα, τῷ Σωτῆρι ἡμῶν Θεῷ. Καὶ εἰ μὴ τὸν παρόντα βίον πειρατήριον ἤδειμεν, σφόδρα ἂν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἀπωλοφυράμεθα. Σὺ δὲ, εἰ μή τι ἄλλο τῶν παλαιῶν παραδειγμάτων ἐπὶ νοῦν ἀναλαβεῖν ἐθέλοις, ἀλλὰ τόν γε Ἡρώδου οἶκον, καὶ τοὺς Ἀντιπάτρου τρόπους ἐπισκοπεῖν διανάστηθι. Ὅπως, ὁ μὲν πολλαῖς μηχαναῖς τὸν ἄνδρα, καίτοι γε καὶ ἀγχίνουν ὄντα, κατὰ τῶν φιλτάτων, περιῆλθεν· ὁ δὲ τοῖς ἔξωθεν πᾶσι περιῤῥέομενος ἀγαθοῖς, καὶ εὐτυχέστατος εἶναι νομισθεὶς, δυστυχέστατός τε καὶ ἀθλιώτατος γέγονεν· ὅτι φθόνῳ καὶ διαβολαῖς ἀναπετάσας τὰ ὦτα, γένους ἅμα καὶ φίλων, καὶ αὐτῆς γονῆς, τὸν οἶκον ἔρημον ἔδειξεν. Εἴ τι οὖν σοι καὶ ἡμεῖς ἐν φίλων καὶ οἰκείων τάξει λελογίσμεθα, ὅρα μήποτε τοῖς συκοφάνταις ἑαυτὸν χειροήθη παραστησάμενος, τὸν σὸν οἶκον φίλων καὶ οἰκειοτάτων ἐξερημώσεις. Εἰ δέ τίς ἐστι καὶ δίκης ὀφθαλμὸς ἐνταῦθα, μὴ νόμισε τοῦτον διαπαντὸς καθευδήσειν. ἡμᾶς δὲ πάσχειν ἀδίκως καὶ τὰ ἔσχατα παρεσκευασμένους, οὐ νῦν, ἀλλά γε καὶ πάλαι, τοῖς θείοις ἐντραφέντας, ἴσθι, προστάγμασι· καὶ χάριν ὁμολογεῖν εἰδέναι, εἴ τις ἡμῖν ἐπιτομωτέραν πρὸς τὴν ἐκεῖθεν πολιτείαν τὴν πορείαν συσκευάσοιτο.

C

D

Contumeliis affecti gaudemus ; ægre tantum ferimus quod tu scis qui sic afficis, spes erat ut, si quis alius nos aggrederetur, tute te patronum interponeres. Adhuc magis ægre est quod, cum injuste patimur, injuriam tamen dicimur inferre ; dolos consuere ; et illi hoc scribunt, qui nos multifariam quotidie dolis petunt. De cunctis Servatori Deo gratias agimus. Quod si autem hanc vitam non profiteremur tentatorium, certe quæ nobis accidunt vehementer doleremus. Tu autem, si e vetusta memoria nullum aliud exemplum recolere volueris, tamem excita temet ut recolas Herodis domum, et Antipatri mores : Quomodo Antipater, virum, utcunque solertem, contra amicissimos concitavit, multis circumventum machinamentis. Herodes cum externis bonis omnibus difflueret, et beatissimus habebatur, infelicissimus, exstitit et miserrimus ; invidiæ siquidem et calumnlis patefactis auribus, domum progenie, amicis, liberis vacuarit. Quod si nos in aliquo amicorum ac familiarium ordine annumeras, vide, quæso, ne te committas circumducendum sycophantis, atque ita tuas ædes quoque spoliatas amicis et familiaribus reddas. Quod si oculus rebus nostris intersit justitiæ, nolito putare perpetuo illum somno sopitum : ea nos autem, non nunc primum, sed jam pridem injuste vel extrema pati paratos, utpote divinis innutritos præceptis, cognoscas. Certe gratias illi habituri sumus qui viam nobis maxime compendiariam, licet præcipitantem, ad cœlestem monstraverit conversationem.

EPIST. V.

Eidem, Deprecatio pro Christodulo a secretis qui periclitabatur.

Edita a Montacutio (l. c, ep . 4, p. 68).

Utcunque molestus esse videor, et ultra mensuram frustra misericors, non tamen quod potero præstare diffugiam, fortassis acrem lacessens et frustra laborans : nam hoc me facit cogitare, quod spe dejectus aliquoties exciderim ; in quantum vero potuerim, debitum persolvam. Pauper quidem jocans, antiquum suum obtinuit ; jocatus est, et comico more, licet non in quos, aut qualiter oportuit. Erat ebrietas primipilus : hac autem abrepti homines plurimum solent delinquendo labi. Dedit autem pœnas de lasciviente lingua, acerbiore multatus punitione, corpore vehementius cæsus et mutilatus. Ulterius ne progrediatur. Sacrum et sanctum est Dei templum, a nullo Christiano violandum ; ad hoc confugit iste : intercedit pro illo Antistes templi ; intercedit et culpæ tenuitas ; et si adhuc pateris illud : *Dimittite, et dimittetur vobis*[3] ; vel : *Qua mensura mensi estis, eadem vobis metietur*[4].

EPIST. VI.

Bardæ Magistro Patritio et Curopalatæ pro clerico Blasii in periculis constituto.

Edita a Montacutio (l. c. ep. 6, p. 69).

Noveram ego quidem, nondum expertus, indignum me fuisse cum gradu et dignitate archiepiscopali, tum pastoralis cujuscunque functionis, atque eam ob causam actus et attractus moleste eam rem ferebam ; atque utinam me prius mors invaserit antequam hac violenta, intolerabili potius, electione arriperer ! Nequaquam tot et tantorum malorum fluctus animam meam quotidie abluissent, quorum spes et exspectatio (est enim natura hominum apprime comparata ad futuras difficultates prævidendas, præsertim ubi propriæ ipsius causa agitur) concussum me et conturbatum tunc temporis habuit : istis ego exagitatus et acerbe vexatus ploravi, deprecabar, nihil non potius id me admisissem quam ut in suffragia eorum irem, qui me compellebant ; ut poculum illud multarum et multiplicium curarum a me transferatur atque tantationum, intercedebam. Nunc siquidem res ipsæ me docent, et meam satis redarguunt dignitatem ; nec ulterius me metus exspectando, sed dolor accepti lethalis vulneris torquet, singultus, suspiria et desperatio tenuere. Cum afflictos intuear universos et singulos sacerdotes ob unicum admissum, verberibus, vinculis male tractatos, etiam excisis linguis (ignosce peccatis, quæso, nostris, Domine), cur non beatos prædicem defunctos, potius quam meipsum ? cur non hoc onus mihi impositum reputem in meorum peccatorum redargutionem ? indigens homo et sine patrono, sed nec mente sana præditus (quæ sunt ejus generis ut misericordia potius quam indigna-

[3] Luc. VI, 37. [4] Matth. VII, 2.

ΕΠΙΣΤ. Ε'.

Τῷ αὐτῷ, Πρεσβεία ὑπὲρ Χριστοδούλου ἀσηκρήτις κινδυνεύσαντος.

Εἰ καὶ νῦν ὀχληρὸς εἶναι δόξω, καὶ περιττὸς τὸ φιλάνθρωπον, ἀλλὰ τόγε ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐκ ἀφέξομαι, ἴσως μὲν εἰς ἀέρα δέρων, καὶ μάτην πονῶν. Ταῦτα γάρ με λογίζεσθαι, τὸ πολλάκις διαμαρτεῖν τῆς ἐλπίδος, παρεσκεύασεν· ὅσον δι' εἰς ἐμὴν ἰσχὺν ἦκε, τὸ χρέος πληρῶν. Ἄνθρωπος πένης παίζων, ἔπραξε τὰ συνήθη αὐτῷ· ἔπαιξε γάρ, εἰ καὶ μὴ πρὸς οὓς ἔδει, μηδ' οἷα, κωμικευσάμενος. Μέθη κορυφαῖος ἦν, ᾧ τὰ πολλὰ περιπίπτοντες ἄνθρωποι, σφάλλονται. Ἔδωκε τῆς ἀκολάστου γλώσσης δίκας, κόλασιν πικρὰν ὑποστάς, τοὺς ἐν τῷ σώματι σφοδροὺς αἰκισμούς. Στήτω μέχρι τούτου τὰ τῆς τιμωρίας. Ὁ τοῦ Θεοῦ ναός, ἱερός, καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσιν ἄσυλος, πρὸς ὃν οὗτος κατέφυγε· πρεσβεύει ὑπὲρ αὐτοῦ ὁ τοῦ ναοῦ ἱερεύς, τὸ τοῦ πταίσματος εὐτελὲς, εἰ βούλει δὲ καὶ τὸ, Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ τὸ, Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.

ΕΠΙΣΤ. Ϛ'.

Βάρδᾳ Μαγίστρῳ Πατρικίῳ καὶ Κουροπαλάτῃ, περὶ κληρικοῦ τοῦ Βλασίου κινδυνεύσαντος.

Ἤδειν ἐγὼ, καὶ πρὸ πείρας, ἀνάξιον ἐαυτὸν e-f, καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ βαθμοῦ, καὶ τῆς ποιμαντικῆς ἐγχειρήσεως· διὰ τοῦτο γὰρ ἀγόμενος καὶ ἑλκόμενος, ἀπεδυσπέτουν πρὸς ταῦτα· ὡς εἴθε θανατός με τῆς τότε προβολῆς, μᾶλλον δὲ τῆς ἀφορήτου βίας, προανήρπασεν. Οὐ γὰρ ἂν τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν κύματα τὴν ἐμὴν, καθ' ἑκάστην, ἐβάπτιζον, ἐπικλύζοντα τάλαιναν ψυχήν· ὧν ἡ ἐλπὶς καὶ ἡ προσδοκία (δεινὴ γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τὰ μέλλοντα συνιδεῖν δυσχερῆ, ἂν ἐπ' αὐτὴν ἡ χαλεπότης μάλιστα φέρηται) συνετάρασσέ με τότε καὶ συνέσχεν· ὑφ' ὧν βαλλόμενος καὶ πικρῶς ἀλγυνόμενος, ἔκλαιον, ἐδυσώπουν, πάντα μᾶλλον ἐποίουν, ἢ τοῖς ψηφιζομένοις καὶ βιαζομένοις συγκατένευον, παρενεχθῆναι τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ, τῶν πολλῶν καὶ πολυτρόπων φροντίδων καὶ πειρασμῶν ποτνιώμενος· νῦν δὲ αὐτὰ μεταδιδάσκει τὰ πράγματα, καὶ τὴν [ἐμὴν] ἐλέγχει ἀναξιότητα· καὶ οὐκέτι φόβος προσδοκίας, ἀλλ' ὀδύνη στεριζομένη περὶ τὰ καίρια, καὶ στεναγμὸς, καὶ ἀμηχανία, ἐπὶ τοῖς ἤδη καταλαβοῦσιν. Ὅτε γὰρ ἱερεῖς, ὁποῖοι ἂν καὶ εἶεν, ὁμοῦ πάντας ἐπὶ ἑνὶ πταίσματι πάσχοντας ὁρῶ, τυπτομένους, ὀημευομένους, φαυλιζομένους, τὴν γλῶσσαν ἐκτεμνομένους (φεῖσαι, Κύριε, τῶν ἁμαρτῶν ἡμῶν), πῶς οὐ μακαρίσω τοὺς τετελευτηκότας ὑπὲρ ἐμέ ; πῶς οὐ το φορτίον τὸ ἐπιτεθέν μοι, οὐκ εἰς ἔλεγχον τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων λογίσομαι ; ἄνθρωπος ἄπορος, ἀπροστάτευτος, οὐδὲ τὸν νοῦν ἔχων ἀπαθῆ (οἷς ἔλεος μᾶλλον, οὐκ ἀγανάκτησις ἕπεται) ἔπαθεν ἅμα τοσαῦτα κακά· ἐπράθη, ἐτύφθη, ἐφυλακίσθη· τὸ ἀπαραμύθη-

VARIÆ LECTIONES.

e-f ἴσ. ἐμαυτόν.

ψυχὴν εὑρηκότες ἀξίαν (ἐρᾷν γάρ σε ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πεπείσμεθα), τῷ φιλουμένῳ δώρῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ δεξιούμεθα. Ἐν ᾧ, τῆς ἀχράντου καὶ καθαρᾶς ἡμῶν πίστεως τὸ ἱερὸν καὶ θεόσοφον ἐντάξαντες μάθημα, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, οἱονεὶ χάρακάς τινας καὶ περιβόλους οὔσας τοῦ θείου τούτου καὶ ὀρθοδόξου μαθήματος, σαφεῖ τε καὶ συντόμῳ λόγῳ συμπαρατιθέμεθα· οὐδ' ὅσα βίον ἰθύνει, καὶ μαρτυρεῖ τῆς πίστεως τὴν ὀρθότητα, παντελῶς ἀποσιγήσαντες. Ὥσπερ γὰρ τὸ πάντα, καταρχὰς πειρᾶσθαι λέγειν, ἀπειρόκαλον· οὕτω καὶ τό μηδὲν εἰπεῖν, ἀφιλόκαλον.

A cendentem divinitatem, quatenus illam homines, assequi poterimus, tanquam in speculo contuemur. Istiusmodi ergo gratia atque dono dignum et capacem prudentem tuum animum agnoscentes (virtutem te siquidem ac pietatem amare persuasum habemus) munis ad te tibi gratum futurum, in se magnificum, afferimus. Cui quidem fidei nostræ incontaminatæ et defæcatæ, et divinam et a Deo edoctam inserentes disciplinam, sacris septem universalibus synodis, non aliter quam vallo quodam et sepimento, doctrinam hanc cœlestem et orthodoxam, communivimus, quas perspicua et brevi oratione, una cognoscendas, adjunximus. Nec interea, quæ ad vitam recte instituendam pertinent, fideique rectitudini testimonium perhibent, prorsus silentio præteribimus. Certe sicut omnia sigillatim ab initio velle dicere, ineptum est ; ita nihil omnino dicere, turpe et inhonestum est.

γ'. Δεῖ δὲ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστει παραπεπηγέναι, καὶ δι' ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι (9). Καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας προβάλλεται κοσμιότητα, πράξεων δὲ καθαρότης τῆς πίστεως ἀπαγγέλλει θειότητα· ὧν ἑκάτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ῥᾷον εἴωθεν ὑποῤῥεῖν καὶ παρασύρεσθαι, μὴ ἀνεχόμενον καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκατοικίζεσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ὕστερον. Νῦν δέ σοι τὸ ἱερὸν καὶ θεόχρηστον τῆς ἱερᾶς ἡμῶν λατρείας ἀνατιθέμεθα μάθημα.

B 3. Oportet autem virtutes et bona opera a fide non divelli, sed utrinque virum bonum perfici et consummari : fides enim recta mores producit honestos ; et operum puritas fidem esse divinam plane probat : istorum vero alterum sine altero facile diffluere solet et aliorsum rapi : neque enim possunt sejuncta et divulsa in animis hominum sedem figere. Sed de istis videbimus in sequentibus. In præsenti sacram et divino oraculo fusam sacrosanctæ nostræ religionis doctrinam repræsentamus.

δ'. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν· καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα. καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

4. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, cœli et terræ Creatorem, necnon visibilium omnium ac invisibilium : Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula ; lumen de lumine, Deum verum de* C *Deo vero ; genitum, non factum ; Patri consubstantialem, per quem omnia facta sunt : qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis ; incarnatus ex Spiritu sancto et Maria Virgine ; et homo factus est, crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus ; et resurrexit tertia die secundum Scripturas ; et ascendit in cœlos ; et sedet, a dextris Patris : et iterum venturus est cum gloria, judicaturus vivos atque mortuos ; cujus regni non erit finis : Et in Spiritum sanctum Dominum et auctorem vitæ qui procedit a Patre ; qui cum Patre ac Filio adoratur et glorificatur ; qui locutus est per prophetas : In unam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma, in remissionem peccatorum. Exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.*

ε'. Οὕτω τοιγαροῦν φρονῶν καὶ πιστεύων, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὧ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν

D 5. Ad hunc ergo modum sentiens ac credens ut secundum traditionem sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, o laborum meorum eximium orna-

NOTÆ.

(9) Δι' ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι. Ignatius in illa ad Ephes. Ἀρχὴ ζωῆς, πίστις τέλος δὲ, ἀγάπη· τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα Θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκαγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν· οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ὀφείλει ἁμαρτάνειν, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖν τὸν ἀδελφόν. Ubi τέλος non est tam *finis* ut vertunt interpretes, quam τελείωσις *perfectio*. Idem beatus martyr iterum ait : Οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστοῦ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ ἐξ ὧν πράττουσι γνωρίζονται· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἀμεινόν ἐστι σιωπᾷν καὶ εἶναι, ἢ λαλεῖν καὶ μὴ εἶναι.

EPIST. VIII.

Photii sanctissimi patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad Michaelem Bulgariæ principem; de officio principis (6).

ΕΠΙΣΤ. Η'.

Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας (7) ἐπιστολῆς, Τί ἐστιν ἔργον ἄρχοντος.

Edita ab Henrico Canisio (*Ant. lection.*, t. II, p. II, edit. Basnagii, pag. 382), et a Montacutio (ep. 1, pag. 1).

1. Alia quidem dona, illustrissime ac nobis dilecte fili, exiguam plane eamque non diu adeo duraturam utilitatem iis afferunt in quos conferuntur. Quæcunque vero illa conditione naturali prædita sunt, ut animam nobis reddant meliorem, dum ab errore et pravis affectibus repurgant, luce vero et splendore virtutum ipsiusque veritatis collustrant, hæc jam verissima dona nobis data dicenda sunt; utpote quæ menti, divinæ cuipiam rei et immortali, magna nec unquam emoritura largiuntur emolumenta: divitias autem illismodi ei comparant negotiando, quæ cum sint cœlestes non possunt sacrilege compilari. Primas inter ista et principatum tenet illud quod nos manu velut apprehensos sine ulla aberratione ad Deum perducit et salutem. Hoc ipsum autem imprimis, quin potius sola, præstat fides nostra Christianas, purissima illa ac ideo inculpata, cum mysteria ejus edocti edidicerimus.

α'. Αἱ μὲν ἄλλαι χάριτες, περιφανέστατε καὶ ἠγαπημένε ἡμῶν υἱὲ, μικρὰς καὶ προσκαίρους, οἷς προσάγονται, τὰς ὠφελείας παρέχουσιν· ὅσαι δὲ πεφύκασι ψυχὴν βελτίονα ἀπεργάζεσθαι, πλάνης μὲν καθαίρουσαι καὶ παθῶν, τὴν αἴγλην δὲ καὶ λαμπρότητα τῶν ἀρετῶν καί τῆς ἀληθείας διαυγάζουσαι, αὗται δὲ ἄρα χάριτές εἰσιν, ὡς ἀληθῶς, μεγάλα κέρδη καὶ ἀθάνατα ἀθανάτῳ καὶ θεοειδεῖ πράγματι χορηγοῦσαι, τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν ἄσυλον αὐτῇ καὶ οὐράνιον ἐμπορευόμεναι πλοῦτον, ὧν ἡ τιμιωτάτη καὶ τῶν ἄλλων πρωτεύουσα χάρις ἡ πρὸς τὸ θεῖόν ἐστιν ἁπλανὴς καὶ σωτήριος χειραγωγία. Ἥν πρώτη καὶ μόνη χαρίζεται τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ἡ μάθησις καὶ μυσταγωγία.

2. Hæc enim homines, postquam ab errore multiformi liberatos expediverit, illiusque tenebras omnino dispulerit, facultatem illis præbet in Divini cultus pulchritudinem oculis defixis intuendi. Atque ita per istam, ad essentiam illam quæ superat intellectum, rerum scilicet omnium causam et opificem subvecti, Trinitatis illius uniformem et trans-

β'. Αὕτη γὰρ τῆς πολυμόρφου πλάνης τὸν ἄνθρωπον· (8).... τῷ κάλλει τῆς λατρείας καθαρῶς ἐνατενίζειν παρέχεται· δι' ἧς εἰς τὴν ὑπὲρ νοῦν οὐσίαν καὶ πάντων αἰτίαν καὶ δημιουργὸν ἀναγόμενοι, τὴν ἐνοειδῆ καὶ ὑπέρθεον τῆς Τριάδος θεότητα καθ' ὅσον ἐστὶν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐνοπτριζόμεθα. Τῆς τηλικαύτης τοίνυν χάριτος καὶ δωρεᾶς τὴν ἔμφρονά σου

NOTÆ.

(6) *Epistola ad Michaelem Bulgariæ principem, de officio principis.* Hic est titulus a librariis, non opinor, ab auctore præfixus: quanquam ne sic quidem constat inscriptio. Nam in scriptis erat, non ἐπιστολή, sed ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. Ut videatur non tam integra epistola, vel liber potius, et quidem satis magnus, quam repræsentamus, quam ex illa excerpta quædam continere, ab aliquo lectore, vel fortassis ipso Photio (qui delectabatur epitomis) in numerum atque ordinem coactus. Est autem, sive erat liber integer, sive epistola νουθετική et διδακτική, per omnia conformata Isocratis illi scripto ad Nicoclem, cujus scopus ad inscriptione exhibetur. Τί ἔργον ἄρχοντος. Itaque inscribit ipse titulum, Πρὸς τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας, *Ad principem gentis Bulgarorum.* Ita enim vocabantur gentis illius, et omnium fere Barbarorum, ductores, sive duces, sive principes; non autem erant reges, ut semper in Baronio, per errorem interpretis sui, nominatur hic ἄρχων. Guillelmus Bibliothecarius ad finem *Vitæ Anastasii* ait, *Dominus Michael, princeps Bulgarorum*, et in excerptis apud ipsum Baronium, e *Menologio*, ex historiis Basilii Cilicis et Theophanis, vel *dux*, vel *princeps* nominatur: sed imprimis Baronii versionem refellit, quod apud illum Bibliothecarium legitur, quod *principes Bulgarorum et litteras eis et dona per Petrum aliosque direxerint.* Neque sane *princeps* absolute, vel solus erat; fortassis erat cæteris eminentior, sed cum aliis, princeps. Ait enim *principes Bulgarorum.* Multos illi principes, ut et aliæ e Septentrione gentes, habuere familiis distinctos, et familiis præfectos; sed plerumque unum, ex illorum numero, de communibus suffragiis electum, cæteris, imprimis bello gerendo, et cœtus convocando, præficiebant: quales apud illos commemorantur Chrunnus, Zocus, Tetricus, qui relicto principatu Constantinopolin abiit, ubi factus Christianus patricius item creatur, ad annum Domini 777. Præsens autem princeps, nomine Michaelis, ab origine prima, inter suos, vel in patria, *Bogaris* non *Michael* dicebatur: verum conversus ad fidem Cristianam, et baptismo illustratus, qui fuit in paganismo Bogaris, ab episcopo baptizante, qui ab eum missus fuerat Constantinopoli baptizandum, de nomine mittentis imperatoris, Michaelis tertii, seu Porphyrogenitæ, Michael et ipse dicebatur: hanc historiam Baronius fusius exsequitur, ad annum 845, e Joanne Curopalata. MONTACUT.

(7) Βουλγαρίας. Erant Bulgari, aut Bulgæ, gens barbara, effera, pagana. Aquilonaris, quæ postrema pene omnium ab Aquilone, unde omne malum in Romanum imperium inundavit, post alias e Scythia proluvies, irruperunt, et Romanum imperium, a Constantino divisum, in partes dissectum, præsidiis destitutum, in ruinam dederunt, quos primus Constantinus Copronymus bello vicit; sed non ita pessumdedit, quin resumptis viribus postea Nicephorum imperatorem profligatum occiderent, et caput ejus abscissum ludibrio exponerent. Cum primum irrumperent, Dardaniam occupabant: sed deinceps Macedoniæ et Illyrici partes possederunt. De illis, ad religionem nostram conversis, deinde certatum est inter Romanam et Constantinopolitanam sedem, cujus subessent jurisdictioni. De quo certamine Photius alicubi in epistolis: qui vehementius ea de re contendebat; unde imprimis odio atque invidia apud Romanos laborabat. Bulgari dicebantur, a Bolga, sive Volga flumine ingenti, etiam hodie notissimo; cujus erant accolæ cum irrumperent in imperium. MONTACUT.

(8) Hiatus erat et defectus in nostro codice post ἄνθρωπον: fortassis supplenda lacuna ad hunc modum, ἐλευθερώσασα, καὶ πᾶσαν ἐκείνης ἀχλὺν ἀποσκεδάσασα, δύναμιν αὐτῷ τῷ κάλλει, etc.

ψυχὴν εὑρηκότες ἀξίαν (ἐρᾷν γάρ σε ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πεπείσμεθα), τῷ φιλουμένῳ δώρῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ δεξιούμεθα. Ἐν ᾧ, τῆς ἀχράντου καὶ καθαρᾶς ἡμῶν πίστεως τὸ ἱερὸν καὶ θεόσοφον ἐντάξαντες μάθημα, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, οἱονεὶ χάρακάς τινας καὶ περιβόλους οὔσας τοῦ θείου τούτου καὶ ὀρθοδόξου μαθήματος, σαφεῖ τε καὶ συντόμῳ λόγῳ συμπαρατιθέμεθα· οὐδ' ὅσα βίον ἰθύνει, καὶ μαρτυρεῖ τῆς πίστεως τὴν ὀρθότητα, παντελῶς ἀποσιγήσαντες. Ὥσπερ γὰρ τὸ πάντα, καταρχὰς πειρᾶσθαι λέγειν, ἀπειρόκαλον· οὕτω καὶ τὸ μηδὲν εἰπεῖν, ἀφιλόκαλον.

A cendentem divinitatem, quatenus illam homines, assequi poterimus, tanquam in speculo contuemur. Istiusmodi ergo gratia atque dono dignum et capacem prudentem tuum animum agnoscentes (virtutem te siquidem ac pietatem amare persuasum habemus) munis ad te tibi gratum futurum, in se magnificum, afferimus. Cui quidem fidei nostræ incontaminatæ et defæcatæ, et divinam et a Deo edoctam inserentes disciplinam, sacris septem universalibus synodis, non aliter quam vallo quodam et sepimento, doctrinam hanc cœlestem et orthodoxam, communivimus, quas perspicua et brevi oratione, una cognoscendas, adjunximus. Nec interea, quæ ad vitam recte instituendam pertinent, fideique rectitudini testimonium perhibent, prorsus silentio præteribimus. Certe sicut omnia sigillatim ab initio velle dicere, ineptum est ; ita nihil omnino dicere, turpe et inhonestum est.

γ'. Δεῖ δὲ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστει παραπεπηγέναι, καὶ δι' ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι (9). Καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας προβάλλεται κοσμιότητα, πράξεων δὲ καθαρότης τῆς πίστεως ἀπαγγέλλει θειότητα· ὧν ἑκάτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ῥᾷον εἴωθεν ὑποῤῥεῖν καὶ παρασύρεσθαι, μὴ ἀνεχόμενον καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκατοικίζεσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ὕστερον. Νῦν δέ σοι τὸ ἱερὸν καὶ θεόχρηστον τῆς ἱερᾶς ἡμῶν λατρείας ἀνατιθέμεθα μάθημα.

B 3. Oportet autem virtutes et bona opera a fide non divelli, sed utrinque virum bonum perfici et consummari : fides enim recta mores producit honestos ; et operum puritas fidem esse divinam plane probat : istorum vero alterum sine altero facile diffluere solet et aliorsum rapi : neque enim possunt sejuncta et divulsa in animis hominum sedem figere. Sed de istis videbimus in sequentibus. In præsenti sacram et divino oraculo fusam sacrosanctæ nostræ religionis doctrinam repræsentamus.

δ'. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν· καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα. καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

C 4. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, cœli et terræ Creatorem, necnon visibilium omnium ac invisibilium : Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula ; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero ; genitum, non factum ; Patri consubstantialem, per quem omnia facta sunt : qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis ; incarnatus ex Spiritu sancto et Maria Virgine ; et homo factus est, crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus ; et resurrexit tertia die secundum Scripturas ; et ascendit in cœlos ; et sedet, a dextris Patris : et iterum venturus est cum gloria, judicaturus vivos atque mortuos ; cujus regni non erit finis : Et in Spiritum sanctum Dominum et auctorem vitæ qui procedit a Patre ; qui cum Patre ac Filio adoratur et glorificatur ; qui locutus est per prophetas : In unam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma, in remissionem peccatorum. Exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.*

ε'. Οὕτω τοιγαροῦν φρονῶν καὶ πιστεύων, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὦ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν

D 5. Ad hunc ergo modum sentiens ac credens ut secundum traditionem sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, o laborum meorum eximium orna-

NOTÆ.

(9) Δι' ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι. Ignatius in illa ad Ephes. Ἀρχὴ ζωῆς, πίστις τέλος δὲ, ἀγάπη· τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα Θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκαγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν· οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ὀφείλει ἁμαρτάνειν, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖν τὸν ἀδελφόν. Ubi τέλος non est tam *finis* ut vertunt interpretes, quam τελείωσις *perfectio*. Idem beatus martyr iterum ait : Οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστοῦ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ ἐξ ὧν πράττουσι γνωρίζονται· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἀμεινόν ἐστι σιωπᾷν καὶ εἶναι, ἢ λαλεῖν καὶ μὴ εἶναι.

mentum, sacras et œcumenicas septem synodos, partim tanquam pietatis magistras, partim ut propugnatrices, suscipe et amplectere : Per illas etenim et illarum ope omnis innovatio, hæresis omnis repellitur ; et quod orthodoxum est, puro et ab antiquis tradido intellectu conservatur, atque in piorum mentibus, dubitatione exclusa, collocatur. Harum ego synodorum narrationem aggredior instituere ; locum simul, numerum, multitudinem, præsides porro singularum, una cum actionibus, quo res melius intelligantur, descripturus.

6. Prima ideo synodus universalis apud Nicæam Bithyniæ civitatem coacta fuit. Convenerant eo trecenti decem et octo Dei sacerdotes : de veritate judicium latum. Erant istius cœtus principes, Alexander Constantinopolitanum archiepiscopalem thronum sortitus administrandum (erat ille vir profunda quidem canitie, et consimili prudentia, venerabilis ; plurimam porro possidens apud Deum fiduciam, propter vitæ splendorem, anima sanctimoniam, et accuratam fidei professionem) : sed et insuper Silvester atque Julius insignes illi celeberrimique Romanæ Ecclesiæ præsules, neuter tamen eorum personaliter præsens, aderant : sed uterque sua vice, sui pontificatus tempore, Vitum et Vincentium, communi illi consessui adesse jusserunt, homines virtute præditos, quique ad presbyteratus dignitatem ascenderant : cum quibus et Cordubæ episcopus (Hosius) sociabatur ; qui per Paganorum persecutiones nomen sibi veraciter impositum declaraverat : Hosius enim (i. e. sanctus) nominatus puram et sanctam professionem a cultu idololatrico conservarat.

7. Aderat etiam et Alexandriæ episcopus Alexander, vir rebus sancte et præclare gestis eximius. Adduxit ille secum colluctatorem et Athanasium, qui tunc diaconorum primicerius erat, post paulo

πόνων (10), τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, τὰς μὲν ὡς διδασκάλους, τὰς δὲ ὡς προμάχους τῆς εὐσεβείας ἀποδέχου καὶ περίεπε. Δι' αὐτῶν γὰρ πᾶσα καινοτομία καὶ αἵρεσις ἀπελαύνεται · τὸ δὲ τῆς ὀρθοδοξίας ἀκήρατον καὶ ἀρχαιοπαράδοτον φρόνημα ταῖς εὐσεβούντων ψυχαῖς εἰς ἀδίστακτον σεβασμιότητα καθιδρύνεται. Ὧν ἀπάρχομαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ τόπον, καὶ ἀριθμὸν τοῦ πλήθους, καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς ἑκάστης, χάριν εὐμαθίας, ταῖς οἰκείαις συνυποτυπούμενος ε πράξεσιν.

ς'. Ἡ τοίνυν πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη · ὀκτὼ καὶ δέκα δὲ τριακόσιοι (11), θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις, τὴν τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο. Ὧν ἦσαν προέχοντες, Ἀλέξανδρός τε, ὁ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατικὸν θρόνον λαχὼν διευθύνειν · ἀνὴρ βαθείᾳ μὲν πολιᾷ, παραπλησίῳ δὲ φρονήματι, σεμνυνόμενος, βίου δὲ λαμπρότητι καὶ ὁσιότητι γνώμης καὶ πίστεως ἀκριβείᾳ τὴν εἰς τὸ θεῖον παῤῥησίαν πολλὴν οἰκειούμενος · καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος, καὶ Ἰούλιος, τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας (12) ἐπίσημοί τε καὶ διαβόητοι πρόεδροι · αὐτῶν μὲν οὐδέτερος παραγεγονώς. Βίτωνα δὲ καὶ Βικέντιον, ἑκάτερος ἀνθ' ἑαυτοῦ, κατὰ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερατείας χρόνον, τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελεύσει προβαλλόμενοι, ἀνθρώπους ἀρετὴν τιμῶντας, καὶ εἰς τὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἀξίωμα παραγγέλλοντας. Οἷς καὶ ὁ Κορδούβης Ἐπίσκοπος συνετέτακτο · ὃς κατὰ τοὺς Ἑλληνικοὺς διωγμοὺς τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύουσαν ἔδειξεν. Ὅσιος γὰρ ὀνομαζόμενος ἀβέβηλον αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰδωλικῆς λατρείας διετήρησεν.

ζ'. Ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος, αὐτός τε παρῆν ἱεροῖς ἐν διαπρεπῶν καθορθώμασιν · ἦγε δὲ συναγωνιστὴν ἑαυτῷ καὶ Ἀθανάσιον, ὃς τότε μὲν τοῦ τάγματος τῶν διακόνων ἡγεῖτο · μετ' οὐ πολὺ δὲ,

VARIÆ LECTIONES.

ε Ἴσ.... νους.

NOTÆ.

(10) Ὦ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν πόνων. Simile est illud, et plane genuinum, in fine παρατινέσεως istius ὦ τῶν ἐμῶν πνευματικῶν ὠδίνων εὐγενὲς καὶ γνήσιον γέννημα. Quasi Photio prædicante Bogaris ille Bulgarorum princeps ad fidem conversus fuisset. Quod non ita, sed illo fortassis procurante modum conversionis. Refert enim Joannes Curopalates apud Baronium (nam penes me liber non est), hoc modo: *Principis soror captiva Constantinopolin adducta, fit Christiana ; et postea domum reversa, fratri Christianorum mysterium commendat, et fidei semen in ejus cor spargit.* Cumque deinceps Bulgari ob ingenti fame premerentur, ad Deum Christianorum per preces princeps confugit, idque genti sibi subditæ, ut facerent, imperat. Impetrato auxilio, fit Christianus, et per episcopum, ob id missum, baptizatur. Quod cum Photii auspiciis, et per ejus auctoritatem fieret, utpote quod esset P. C., illum ita vocat, tum γέννημα, tum ἄγαλμα, tum θρέμμα suum.

(11) Legendum, ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ τριακόσιοι. Tot enim, quod notissimum est, episcopi convenerant in concilio Nicæno.

(12) Καὶ δὲ καὶ Σίλβεστρος τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας. Vult concilium Nicænum sub Silvestro et Julio celebratum : quod est falsissimum. Julius enim successit Silvestro : at Silvester concilio supervixit plures annos. Verum non Photius solus hunc errorem erravit, sed et auctor Synopsis synodorum per Hœschelium editus. Et illum errorem altero insigniori auget, qui decimo Constantini anno affirmat concilium celebratum. Hœc enim ait : Καὶ ἡ μὲν πρώτη σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη λη'. Quod utrumque falsum est, ὑπῆρχον δὲ πατέρες τ'. ι'. η'. Synodo principem locum obtinuisse ibi dicuntur Silvester Romanus, Alexander Constantinopolitanus, Alexander Alexandriæ, Eustathius Antiochiæ, et Macarius Hierosolymitanus, episcopi : Sozomen, lib. I, cap. 16, Julium suggerit. Quod et ipsum falsum est. Ibidem, Βίτωνα καὶ Βικέντιον. Vult Vitum et Vincentium : sed Græci facile errare solent in nominibus Latinis. Apud Sozom. legimus, Ἰούλιος δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, διὰ γῆρας ἀπελιμπάνετο, παρῆσαν δὲ ἀντ' αὐτοῦ Βιτωτῶ Βικέντιος, τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι. Inepta lectio est Βιτωτῶ ; legendum Βίτωντε.

καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου κατέστη διάδοχος. Ναὶ δὴ καὶ ὁ κλεινὸς Εὐστάθιος συμπαρῆν, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸ ἐγκαλλώπισμα, πίστεως μὲν ἐναστράπτων καθαρότητι, λόγων δὲ καὶ νοημάτων σωφροσύνῃ θαυμαζόμενος. Μεθ' ὧν καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Μακάριος, πολλαῖς ἰδέαις ἀρετῶν ἐνευθυνούμενος· ἄλλοι τε πλεῖστοι ἀποστολικοῖς χαρίσμασι καὶ μαρτυρικοῖς παθήμασι διαλάμποντες. Ὧν Παφνούτιος, καὶ Σπυρίδιων, Ἰάκωβός τε, καὶ Μάξιμος, ἀγαθοῦ καὶ θαυμασίου συστήματος ἀγαθοὶ καὶ θαυμάσιοι πρωτοστάται ἐγνωρίζοντο, Ἐφ' οἷς ἅπασιν, καὶ ὁ μέγας καὶ ἀξιάγαστος Κωνσταντῖνος, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἰθύνων τὰ σκῆπτρα, διέπρεπε, τήν τε σύνοδον ἀθροίζων, καὶ λαμπροτέραν τῇ παρουσίᾳ ἀπεργαζόμενος.

A autem in archiepiscopali throno successor. Una quoque aderat et illustris ille Eustathius, decus Antiochenæ Ecclesiæ singulare, qui propter fidei puritatem celebris habebatur, propter orationis et judicii castitatem erat omnibus admirationi. Cum illis aderat et Macarius Hierosolymitanus multis virtutum generibus recte conformatus. Sed et alii ab istis multi, donis apostolicis et martyrum passionibus conspicui : inter quos censebantur Paphnutius, et Spyridion, Jacobus, et Maximus, qui præstantis illius et admirandi conventus præclari quidam et admirandi ductores et principes agnoscebantur. Cum istis porro omnibus magnus ille et merito dignus admiratione Constantinus, qui tum Romani imperii sceptra moderabatur, præsens eminebat. Ille autem et synodum illam convocarat, et sua ipsius præsentia, ut honoratior esset, effecit.

η'. Ἀλλ' ἐκ τοσούτων μὲν καὶ τοιούτων ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος συνίστατο σύλλογος. Ἄρειόν τινα νεωτεροποιὸν δυσσεβείας δίκας εἰς πραττόμενος, καὶ τὸ ἀποστολικὸν καὶ θεῖον κρατύνοντες κήρυγμα. Ἦν δ' οὗτος ὁ δείλαιος ἕλκων μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου, εἰς κλῆρον δὲ καταλεγεὶς τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλησίας, καὶ εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν ἀνελθών, πρότερον μὲν κατὰ τοῦ ἰδίου ποιμένος ὑπερήφανον ἀνέλαβε φρόνημα, ἐκεῖθεν δὲ κατὰ τοῦ κοινοῦ ποιμένος καὶ Δεσπότου παρέτεινε τὴν ἀπόνοιαν· τὸν γὰρ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ (ὦ τῆς τολμηρᾶς ἐκείνης καὶ γλώττης καὶ διανοίας!) εἰς κτίσμα καὶ ποίημα κατεβίβαζεν, οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἐθέλων, κοινὸν ὑπάρχον πᾶσι καὶ αὐτοδίδακτον ὁμολόγημα, ὡς ἅπας Υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι τῷ γεγεννηκότι οὐσίας καὶ φύσεως· καὶ ὁ τὸν Υἱὸν τάττων ἐν κτίσμασι, καὶ τὸν Πατέρα κτίσμα προανηγόρευσεν· ὥσπερ ὁ τὸν Πατέρα δημιουργικῆς οὐσίας καὶ ἀϊδίου φύσεως εἰδὼς, τῆς αὐτῆς εἶναι καὶ τὸν Υἱὸν συνανομολογήσειεν. Ποῦ δ' ἂν εἴη τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, ἄλλης μὲν οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ἑτέρας δὲ τοῦ Υἱοῦ χρηματίζοντος; Πῶς δ' οὐ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης ἀνακύψει τὸ πολύθεον, εἰς ἐλάττω καὶ μείζω οὐσίαν τεμνομένης τῆς θεότητος, καὶ τῆς μὲν εἰς πρῶτόν καὶ δημιουργὸν καὶ πρεσβύτερον Θεὸν ἀφοριζομένης, τῆς δὲ εἰς δεύτερον Θεὸν διακρινομένης καὶ ὑπουργὸν καὶ νεώτερον; ταῦτα γὰρ τῆς τοῦ Ἀρείου πονηρᾶς σπορᾶς τὰ γεννήματα. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ὡς χείλη βλάσφημα κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλισάμενον, τῆς ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσεν ὅμιλος· τὴν δὲ δυσσεβεστάτην καὶ θεομάχον αὐτοῦ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ὁμοούσιον δὲ, καὶ ὁμοφυῆ, καὶ συναΐδιον τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ τῷ γεγεννηκότι Πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι χρησμοὶ, καὶ τῶν εὐσεβούντων τὰ κοινὰ δόγματα, ἱερολογήσαντες διετράνωσαν· καλῶς εἰδότες, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα Ἰουδϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις καὶ ἀνομοίους οὐσίας τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἐνιαίαν θεότητα Ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη Σύνοδος.

8. E tot igitur et tam egregiis viris sacra illa synodus cum constaret, ab Ario quodam rebus innovandis dedito pœnas hæreticæ pravitatis exigebat; apostolicam ac divinam tum retinendo tum confirmando doctrinam. Erat autem miser ille maledictus Arius Alexandrinus ortu : qui cum in clerum illius Ecclesiæ fuisset cooptatus, et ad presbyteri gradum ascendisset, primum insolentius se contra proprium suum pastorem efferebat; ut ita deinceps fastum suum et insaniam ad communem pastorem et Dominum porro protenderet : Filium namque ac Verbum Dei (o audacissimam tum linguam tum etiam mentem!) ad creaturarum usque et rerum productarum statum et conditionem dejiciebat. Ac ne illud quidem, quod tamen omnes per se intelligunt et communiter in confesso ponunt, volebat videre, quod nimirum quilibet filius ejusdem sit essentiæ ac naturæ cum suo genitore; et quod is qui filium inter creaturas collocat, patrem eo ipso quoque, et quidem prius, creaturam statuat : uti et is qui Patrem essentia Creatoris præditum esse intelligit, et natura æterna, una simul et eadem opera et Filium ejusdem naturæ ac essentiæ esse confitetur. Ubi autem erit filialitatis (ut sic loquar) veritas, si unius essentiæ exsistat pater, alterius autem dicatur esse filius. Imo autem, quomodo non paganici erroris illa deorum multiplicitas sese exseret, si in substantiam majorem et minorem Divinitas discindatur : atque illa ipsa quoque in primum, creatorem, et seniorem Deum dispertiatur; necnon in secundum, in substitutum et juniorem Deum discerpatur? Hæc sunt enim impii illius Ariani seminis genimina. Hominem autem istum, utpote contra Creatorem suum labia blasphema armantem sua, sanctus ille cœtus privavit sacerdotio : impiam porro et Deo bellum inferentem hæresim anathemati subjecit. Ejusdem autem substantiæ exsistere, naturæ ejusdem velut coæternum, Filium atque Verbum Dei, suo genitori, pari præditum potestate, Domino exæquatum, quod divina statuunt oracula, et secundum ea recte omnium sententium sententiæ, quas in unum collegerant, verum esse perspicue satis declarabant. Illud enim optime cognoscebant,

quod quemadmodum Judaicum et Christi odium præ se fert, monarchiam et dominatum Trinitatis in unicam personam conclusam retinere, ita quoque et in naturas inæquales ac substantias dissimilares omnem substantiam excedentem, omnem naturam exsuperantem unam, unicam, et unientem Deitatem dividere, paganorum proprium est multitudinem deorum subintroducentium. Atque in istis illa sancta universalis prima synodus versabatur,

9. Secunda porro sancta œcumenica synodus urbem regiam (nimirum Constantinopolim) sacrarum deliberationum consiliis locum sacrum, destinatum velut museum referebat. Eo namque congregati fuerunt centum quinquaginta sacrati viri. Principes inter illos erant, Timotheus, qui sedem archiepiscopalem Alexandrinam ; spectabilis Meletius, qui Antiochenam ; Cyrillus, qui Hierosolymitanam administrabat Ecclesias. Certe quidem Nectarius ibi, qui non ita pridem de catechumenorum grege separatus divino lavacro sordes suæ vitæ abluerat, mundus factus mundissima pontificatus dignitate convestitur : de sententia illius synodi generali, per manum vero prædictorum præsulum impositionem, ita ut simul regiæ urbis episcopus et synodi præses nominaretur. Aderat et istis Gregorius, Nyssæ in Cappadocia episcopus, et qui *Theologi* ex operibus nomen habebat. Cum quibus conspirare agnoscebatur Damasus Romanus episcopus, dum synodi istius acta, eamdem cum ipsis sententiam fovens, confirmaret.

10. Sacratissimus porro chorus iste Macedonium quemdam, qui sedem quondam Constantinopolitanam arreptam invaserat, juste censuit pœnas dare debuisse, eo quod in sanctissimum Spiritum vitæ fontem blasphemus exstiterat. Sicut enim Arius contra Filium, ita et iste contra Spiritum sanctum armis instructus prodierat in aciem : cujus dominium supremum et principatum excellentem ad servilem et subjectitiam redigat conditionem. Quanquam facile poterat, si in id intendere voluisset, infelix et improbus iste animadvertere, quod ut illi qui Filium compingunt in ordinem creaturarum, contumelia nihilominus afficiunt Patrem, ita et qui sacrosanctum ejus Spiritum annumerant creaturis, simili prorsus et æquali modo blasphemi in eumdem sunt. Nam si Spiritus creatura est, certe et ille creatura fuerit, cujus spiritus est. Quod si istius impietatis excessum aures nostræ ferre nequeant, unde factum ut miser ille non intellexerit, omni modo illud declinandum sibi esse unde

A θ'. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τῶν μὲν ἱερῶν φροντισμάτων τὴν βασιλίδα πόλιν ἱερὸν ἐδείκνυ φροντιστήριον (13) · εἰς πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἄνδρας ἱεροὺς συνηγείρετο ἐξάρχους ἔχουσα Τιμόθεόν τε [h] τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τὸν ἀξιοθαύμαστον τῆς Ἀντιοχείας Μελέτιον. Κύριλλόν τε τῶν Ἱεροσολύμων, τοὺς ἱεραρχικοὺς θρόνους ἰθύνοντας · καὶ δὴ καὶ Νεκτάριον, ὃς ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθεὶς, καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη, τὸ καθαρώτατον τῆς ἱεραρχίας ἄξίωμα περιβάλλεται, ψήφῳ μὲν κοινῇ τῆς συνόδου, χειροθεσίᾳ δὲ τῶν προκρίτων · καὶ ἅμα τε τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος, καὶ τῆς συνόδου ἐχρημάτιζεν ἔξαρχος. Μεθ' ὧν Γρηγόριος, ὅ τε τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Νύσσης B ἐπίσκοπος, καὶ ὁ τῆς Θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος. Οἷς, οὐ πολὺς χρόνος καὶ Δάμασος, ὁ τῆς Ῥώμης, τὰ αὐτὰ κρατύνων, ἐγνωρίζετο, σύμφωνος τοῖς προλαβοῦσι καθιστάμενος.

ι'. Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἱεροφάντης χορὸς Μακεδόνιόν τινα, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἅρπαγμα πάλαι ποιησάμενον, ὅτι τὸ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν ἐδυσφήμει [i] Πνεῦμα, εὐθύνας ἐδικαίου δοῦναι. Ὡς γὰρ Ἄρειος κατὰ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς κατὰ τοῦ παναγίου παρατατόμενος Πνεύματος, εἰς δούλους καὶ ὑπηρέτας τὴν δεσποτικὴν καὶ ὑπερκειμένην αὐτοῦ συνέταττε κυριότητα. Καί τοι ῥᾴον ἦν, εἴπερ ἐβούλετο, τῷ ἀθλίῳ συνορᾶν, ὅτι, καθάπερ οἱ C τὸν Υἱὸν εἰς κτίσμα τάττοντες, τὴν ὕβριν οὐδὲν ἧττον προσάπτουσι τῷ Πατρὶ, οὕτω καὶ οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ Πνεῦμα τοῖς ποιήμασιν ἐναριθμοῦντες, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν βλασφημίαν ἀφιᾶσι κατ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τὸ Πνεῦμα, κτίσμα, κἀκεῖνος οὗ τὸ Πνεῦμα, μετὰ τῶν κτισμάτων. Εἰ δὲ καὶ ἀκοαῖς ἀφόρητον ἡ τῆς ἀθεότητος ταύτης ὑπερβολὴ, πῶς οὐ συνῆκεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνο φεύγειν, δι' οὗ πρὸς τούτους ἀνάγκη πεσεῖν τοὺς θεομάχους λογισμοὺς ; Ἀθετεῖς τὸ Πνεῦμα εἶναι Θεόν ; (14) πῶς ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, κρύφιον ἀπ' αὐτοῦ ; πῶς ἐστιν ἄλλος παρά-

VARIÆ LECTIONES.

[h] Ἴσ. Τιμόθεον τότε. [i] Ἴσ. ἐβλασφήμει. [j] Ἴσ, ἀγνίζει.

NOTÆ.

(13) Φροντιστήριον. Vult, quod verum est, secundam synodum universalem Constantinopolitanam in urbe illa regia convenisse. In qua synodo, ut Synopsis habet, ἡγοῦντο Δάμασος Ῥώμης, Νεκτάριος Κωνσταντινουπόλεως, Κύριλλος Ἱεροσολύμων, etc. Quos Ἐξάρχους vocat Photius. Sed Damasus non adfuit, ne quidem per legatos ; nec Timotheus, nisi continuata synodo, turbo et flabellum illius tempestatis, qua dejectus throno Gregorius Nazianzenus, qui hic, Θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος, dicitur. Nazianzeni causam ita breviter et vere expedit Synopsis. *Gregorius Theologus obtinens thro-* D *num Constantinopolitanum, qui cum in illa sancta synodo divisio oriebatur, sponte sua in synodo throno renuntiavit. et habita oratione, qua cum fidem profiteretur, tum abitum pararet, in præsentia Patrum illorum centum et decem excessit synodo, et migrarit, Nazianzum.* In cujus locum impii illi, qui amotionis causa exstiterant, Nectarium laicum, illum cujus meminit Photius, contra canones intruserunt.

(14) Lego et distinguo, πῶς ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, κρύφιον ἀπ' αὐτοῦ. Nam alludit ad illud Apostoli, I Cor. II, 10

κλητος; πῶς συντάττεται Πατρὶ καὶ Υἱῷ; Πορευθέντες γὰρ, αὐτός φησιν ὁ Υἱὸς, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ ἕν τι τῶν τριῶν κτισμα, ἐν οἷς φωτιζόμεθα, οὐδὲ τὰ λοιπὰ καθαρεύσει τῆς ὕβρεως. Ἀλλ' εἰ κτίσμα, πῶς κτίζει; πῶς ἁγιάζει ; πῶς ζωοποιεῖ; πῶς διαιρεῖ χαρίσματα; πῶς δὲ θεός; ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐκεῖνος ὁ φρενοβλαβὴς ἐπὶ νοῦν βαλλόμενος, τῆς μοναρχικῆς αὐτὸ καὶ μιᾶς ἀδιαιρέτου θεότητος διασπᾷν τὸ Πνεῦμα ἐτόλμα καὶ ἀπεθρασύνετο. Διὸ καὶ τῆς ἀσεβείας ἐπάξια εἴληφε τὰ ἐπιχείρια, αὐτός τε ἀφαιρέσει τῆς ἱερωσύνης ζημιωθεὶς, καὶ πάντες ὅσοι τῆς αὐτοῦ θεομαχίας τὸ ἀνιάτον παρεζήλωσαν. Καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸ πανάγιον Πνεῦμα τῆς τριαδικῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ κυριότητος ἀλλοτριοῦν ἐγράττετο, οὕτως αὐτὸν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος καὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος καὶ συναυλίας οἷα δεύτερον ἠλλοτρίωσεν Ἄρειον. Τὸ δὲ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν Πνεῦμα, ἅ τε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι κἀὶ συνδοξολογεῖσθαι, κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς, ἀνεκήρυξαν· ἐκθερίσαντες τέλεον καὶ εἴ τι τῆς Ἀρειανῆς σπορᾶς ζιζάνιον ὑπεφύετο. Τηνικαῦτα δὲ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας ὁ μέγας ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλης εὐφημίας ἄξιος περιεζώννυτο Θεοδόσιος, πρόμαχος καὶ αὐτὸς τῆς εὐσεβείας γνωριζόμενος. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν καὶ αὕτη ἡ ἁγία σύνοδος.

A fieri omnino debuit ut in istiusmodi impias et cum Deo pugnantes opiniones recidat? Concedere non vis Spiritum esse Deum? at quomodo profunda Dei scrutatur, ab ipso abstrusa? quomodo erit *alius* Paracletus? unde factum ut cum Patre et Filio componatur? *Euntes enim*, ait ipsemet Filius, *in mundum universum, docete omnes nationes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [2]. Quod si autem e tribus istis, in quorum nominibus baptizati illuminamur, unus erit creatura, certe quidem nec cæteri ab injuria hac et contumelia immunes fuerint. Quod si creatura sit, quomodo quidquam creat? quomodo sanctificat, vel vivificat? quomodo distribuit charismata? quomodo Deus? Nihil autem istorum delirus ille apud animam suam reputans cogitabat; B sed ausus est homo importunus, insolenter a monarchica unica, indivisa Deitate dividere Spiritum. Quocirca dignam sua molitione impia mercedem recepit. Nam et sacerdotio privatus multabatur; et una cum eo quotcunque incorrigibiles eamdem hæresim in Deum blasphemi sectabantur. Et quemadmodum ille sanctum Spiritum alienum a Trinuna Deitate et Dominatione jactitabat, ita illum sancta et universalis synodus, tanquam alterum Arium, a sacerdotio et fidelium sodalitio ac portione declaravit alienum. Sanctissimum porro et vitæ Auctorem principalem Spiritum, juxta Patrum et theologorum sententias, publico præconio de- C monstravit, una cum Patre ac Filio adorandum et simul glorificandum, utpote ejusdem existentem cum illis naturæ substantiæque, pari præditum vi, potentia, facultate. Quin et si quod zizaniorum adhuc de semine Arii suppullulaverat, et illud stirpitus evellebant. Imperii porro tunc temporis frena moderabatur magnus ille et magno laudum præconio celebrandus Theodosius; qui religiosæ pietatis propugnator egregius existebat. Atque ad hunc modum habuit se ista synodus.

ια'. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐν μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη· εἰς διακοσίους δὲ ἐπληθύνετο. Ἐν οἷς ἡγεμόνες ἐγνωρίζοντο, Κύριλλός τε ὁ ἐν πατράσι περιώνυμος, ὃς δι' ἀρετὴν καὶ σοφίας πλοῦτον τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως ἰθύνων τὸν θρόνον, καὶ τοῦ Ῥώμης Κελεστίνου τὴν καθέδραν ἀνεπλήρου καὶ τὸ πρόσωπον. Μεθ' ὧν καὶ Μέμνων, ὁ τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας ἐμπεπιστευμένος τοὺς οἴακας· καὶ δὴ καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, Ἰουβενάλιος. Οἵτινες σὺν παντὶ τῷ τῆς συνόδου πληρώματι, τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον, ὧν ἠσέβει, δίκας εἰσεπράττοντο. Ὃς ἐκ τῆς Ἀντιόχου, τῆς πρὸς τῷ Ὀροντῃ, ὁρμώμενος, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον οὐκ εὐαγῶς ἐγκεχείριστο (15). Ἀλλ' ὅγε ταλαίπωρος οὗτος, ἐκ τῶν (16) Διοδώρου καὶ

11. Tertia autem sancta et universalis synodus Ephesi in Asia congregabatur, numero ducenario completa. Principes porro ferebantur, Cyrillus ille inter Patres nominatissimus, qui et virtute et prudentia instructissimus magnæ illius Alexandri urbis thronum insidebat: necnon Cœlestini Romanæ urbis episcopi obibat et peragebat vices. Aderat et Memnon, qui ad clavum Ephesinæ Ecclesiæ sedebat: Juvenalius quoque Hierosolymorum. Isti, una cum D totius synodi consessu cætero, ab impio Nestorio impietatis suæ pœnas reposcebant. Ille autem Antiochia ortus ad Orontem flumen sita, atque inde profectus, solium Constantinopolitanum haud sane legitime conscenderat. Infelix iste homo de lutulentis Diodori et Theodori impietatum scaturiginibus,

[2] Matth. xxviii, 18-20.

NOTÆ.

(15) Οὐκ εὐαγῶς ἐγκεχείριστο. Inauspicato, alioquin perperam haud ascendit episcopatum, sed per canonicam, si quis alius, electionem. *Post excessum Sisinnii*, inquit Socrates, lib. vii, cap. 27, *visum est imperatori propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex ista Ecclesia, licet aliqui Philippum, complures Proclum designatum cuperent, ad episcopatum illum eligere, sed advenam Antiochia arcessere.* Deinde hominem accersitum ita describit: *Erat illic Nestorius ex Germania oriundus, voce imprimis sonora, lingua diserta, et ob eam causam tanquam ad docendum populum admodum accommodatus.* Accersitus igitur, et canonice electus inthronizatur. Qualis autem ille postea in episcopatu exstiterit, notum est.

(16) Ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Θεοδώρου. Intelligit

ubi potaverat ipse, et mente ebrius esse cœperat, ad perniciem gregis sui, absurdas et abhorrendas quasdam voces multorum auribus ingerebat. Christum etenim, Dei Filium unicum, Deum nostrum verum, qui propter nos et salutem nostram carnis atque sanguinis nostri, similis nobis factus participavit, et in seipsum nostram suscipiens et substituens massam, unus e duobus contrariis conflatus dicebatur : Deus nempe idem atque homo exsistens, unus Christus, Filius unus, idem desursum e Patre sine matre, qui deorsum erat e matre sine Patre : ipse et non alius, eadem persona, hypostasis una : Hunc scilicet unum Dominum nostrum Jesum Christum infelicissimus ille nihil veritus in duas hypostases dissecare et dividere, alteram merum et purum hominem conflnxit in sua propria hypostasi subsistentem, separatim a Verbo assumente, alteram vero divisim Deum assumento omni corporeo denudatum : veritus fortassis, qua fuit stultitia, ne quid pateretur Deus, dum propter amorem erga homines inexplicabilem suam ipsius subiit creaturam, ut illam refingeret et persanaret. Neque illud animadvertit, quod eo ipso in quo naturam humanam ab hypostasi Verbi separavit, eamdem plane insanabilem atque incurabilem prædicaverit ; ipseque adeo suam propriam salutem aversetur, eam plane abnegando. Sed et ulterius, quasi ratio ipsi penitus fuisset expectorata a perversis hisce opinionibus suis, pati noluit matrem ejus secundum carnem, sanctissimam nempe Virginem, quæ veraciter quidem a peculiari suo modo Deum Verbum incarnatum pepererat, Deiparam nominari : sed uti Filium privarat deitate, ita parentem ejus a titulo Deiparæ alienam fecit.

12. Quorcica hunc, prout meritus fuerat per hanc suam insaniam et linguam blasphemam, sacer hic beatorum Patrum confessus omni sacerdotio denudavit, et, una cum ipsius propria et detestanda sententia, sempiterno subjecit anathemati. Dominum vero nostrum Jesum Christum, in una et eadem hypostasi, more veteri et a Patrum traditione accepto, prædicandum et adorandum decrevere : Nec non, prout consequens erat, immaculatam et semper virginem ejus Matrem proprie et vere nominandam et prædicandam Deiparam prodidere. Eo enim ipso quod Deum Verbum, in carne dignatum nasci, peperit, Deiparam nec injuria et dici et coli et par et sanctum est. Atque hisce ita determinatis finem suscepit et ista synodus quo tempore Theodosium

Θεοδώρου θολερῶν τῆς ἀσεβείας ἐκροφήσας ναμάτων, καὶ εἰς φρενῶν μέθην ἐμπεσὼν, ἀπηχεῖς καὶ ἐκτόπους φωνὰς, ἐπὶ λύμῃ τοῦ ποιμνίου, πολλῶν ἀκοαῖς ἐναπηρεύξατο. Χριστὸν γὰρ, τὸν ἕνα Θεοῦ Υἱὸν (17), τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκὸς, ἡμῖν παραπλησίως, κοινωνήσας καὶ αἵματος, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ὑποστησάμενος φύραμα, εἷς ἐκ δύο ἐχρημάτισε τῶν ἐναντίων, Θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος· εἷς Χριστὸς, εἷς Υἱὸς, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ Πατρὸς ἀμήτωρ, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ· ὁ αὐτὸς καὶ οὐκ ἄλλος· ἓν πρόσωπον, μία ὑπόστασις. Τοῦτον δὴ τὸν ἕνα, Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποστάσεις, ὁ τρισάθλιος ἐκεῖνος οὐ πεφρικὼς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος Λόγου, κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν, ἔπλαττε, τὸν δὲ Θεὸν ἀνὰ μέρος, καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος· ὥσπερ δεδοικὼς ὁ ἀνόητος, μή τι Θεὸς πάθοι, τὸ οἰκεῖον πλάσμα δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν, εἰς θεραπείαν, καὶ ἀνάπλασιν ὑποδυόμενος. Οὐδὲ τοῦτο συνιδὼν, ὡς οἷς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῆς τοῦ Λόγου ἐδίχαζεν ὑποστάσεως, ἀνίατον αὐτὴν καὶ ἀθεράπευτον ἀνεκήρυττε, καὶ τῆς ἰδίας ἔξαρνος σωτηρίας ἐγίγνετο. Ἀλλὰ γὰρ [k], τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐκ τούτων διαστραφεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, τὴν παναγίαν Παρθένον, τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, οὐδὲ ταύτην καλεῖν Θεοτόκον ἠνέσχετο· ἀλλ' ὥσπερ τὸν Υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θεότητος, οὕτως ἠλλοτρίου καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς Θεοτόκου κλήσεως.

ιβ'. Δι' ὃ τοῦτον, ἀξίως τῆς τηλικαύτης ἀπονοίας καὶ τῆς βλασφήμου γλώσσης, τῶν μακαρίων πατρῶν ὁ σύλλογος πάσης τε ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, καὶ σὺν τῷ οἰκείῳ καὶ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψαν ἀναθέματι. Τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει πατροπαραδότως καὶ ὁσιοπρεπῶς προσκυνεῖσθαι καὶ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως καὶ τὴν πανάχραντον αὐτοῦ καὶ Ἀειπαρθένον μητέρα κυρίως καὶ ἀληθῶς καλεῖσθαι καὶ ἀνευφημεῖσθαι Θεοτόκον παραδεδώκασιν. Οἷς γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον, σαρκὶ γεννηθῆναι καταδεξάμενον, τέτοκεν, Θεοτόκος ἐνδίκως δοξολογεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι ἐξωσίωται. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν καὶ αὖτη τὸ τέλος ἔσχηκεν, ἡνίκα τὸν νέον Θεοδόσιον ἡ Ῥωμαϊκὴ πολιτεία γαληνοῖς

VARIÆ LECTIONES.

[k] Ἴσ. ὡς καί.

NOTÆ.

Mopsuestenum et Tarsensem episcopos, qui et doctissimi et orthodoxi erant, aut habebantur, præcipue Diodorus, et a Basilio, Chrysostomo ac aliis laudantur, nec nisi mortui in suspicionem hæreseos venere, et sequiorum sæculorum calamis punguntur, qui mihi non persuadent fuisse hæreseos labe infectos.

(17) Χριστὸν γὰρ τὸν ἕνα Θεοῦ Υἱόν. Ita legendum. Nam statim ait, τοῦτον δὲ τὸν ἕνα· sed addendum est Θεοῦ, hoc modo, Χριστὸν γὰρ τὸν ἕνα Θεοῦ Υἱόν, ***Christum unicum Dei Filium.*** Statim repono, ὡς καὶ τοὺς λογισμούς. Et mox, τὸν νέον Θεοδόσιον, quem alii μικρὸν vocant, hoc est, ***juniorem***, qui regnavit annos 42. In hac synodo, ex æmulatione et ambitione, certatum est usque ad anathematismos, inter Cyrillum Alexandrinum, et Joannem Antiochenum, a cujus partibus stabat doctissimus Theodoretus, hoc est inter episcopos Orientales et Ægyptiacos.

ἐώρα ὀφθαλμοῖς τὴν πατρῴαν καὶ βασίλειον ἀρχὴν ἐκ τριγονίας διανύοντα.

ιγ'. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος, τὸν ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβέστατον Μαρκιανὸν συμπαρόντα καὶ συμπνέοντα ἔχουσα, τῶν ἀληθινῶν μὲν δογμάτων ἀκροατήριον (18) ἀνιέρου τὴν Χαλκηδόνα, πόλιν Βιθυνίας οὖσαν ἐπίσημον. Ἐν τριάκοντα δὲ καὶ ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ἐξετείνετο. Ἧς λογάδες ἐχρημάτιζον Ἀνατόλιός τε ὁ τῆς βασιλίδος πόλεως τοὺς ἱεραρχικοὺς θεσμοὺς ἐγκεχρισμένος (19) [1] · καὶ ὃν Πασχασῖνός τε καὶ Λουκίνσιος, ἐπισκοπικῷ διαπρέποντες ἀξιώματι, σὺν Βονιφατίῳ πρεσβυτέρῳ, τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης. Οὗ κλέος μέγα, καὶ πολὺς ὁ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλος. Μεθ' ὧν Μάξιμός τε ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος. Οἵτινες Εὐτυχῆ τε τὸν δυστυχῆ καὶ τὸν προασπιστὴν αὐτοῦ τὸν ἀλαζόνα Διόσκορον δυσσεβημάτων εἰς πράξεις ἀπῄτησαν. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, τὴν ἐκ διαμέτρου Νεστορίῳ πλάνην οἰκειωσάμενοι, εἰς τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ ἐξέπεσον ἀθλιότητα. Τὸν γὰρ ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον φύσεσιν, εἰς μίαν φύσιν τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως ἀνεκρίνων καὶ συνέχεον. Ἐξ ὧν, τῆς τε πατρικῆς οὐσίας ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἑτεροφυᾶ, οὐ συνίεσαν οἱ δείλαιοι συμπεραίνοντες. Εἰ γὰρ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις, ἢ θεία πάντως ἢ ἀνθρωπίνη ἔσται. Ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον ; εἰ δ' ἀνθρωπίνη [m], πῶς οὐκ ἔξαρνοι τῆς θεότητος ; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ φρόνημα), πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐτοῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ Πατρός καὶ ἡμῶν ἀναπλασθήσεται ; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον, ἢ ἀφρονέστερον ; ἄνθρωπον γενέσθαι φάσκειν τὸ τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ Θεὸν, ἐπί τε φθορᾷ τῆς ἰδίας θεότητος, καὶ ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος ; Τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδετέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταύτας, τὸν Χριστὸν εἰπεῖν ἐκτολμήσασι.

ιδ'. Διὸ καὶ τῆς τοσαύτης δυσσεβείας οἱ τῶν χριστομάχων τούτων δογμάτων εἰσηγηταὶ, ἀξίαν τὴν δίκην δεδωκότες, ἀφῃρέθησάν τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης τῆς Ἐκκλησίας γεγόνασιν ἀνάθεμα· συναπελαθείσης αὐτοῖς καὶ τῆς χριστομάχου αἱρέσεως. Τὸ δὲ ὀρθὸν καὶ ἀπαράτρωτον τῆς ὀρθοδοξίας φρόνημα ἔτι μᾶλλον ταῖς γραφικαῖς τε καὶ πατρικαῖς

juniorem Romana respublica oculis serenis intuebatur, regnum a Patre acceptum suo, tertio jam ordine generis, gubernantem.

13. Sancta et œcumenica quarta synodus religiosissimum principem Marcianum præsentem vidit et conspirantem, quæ veritatis dogmatum auditorium Chalcedonem Bithyniæ urbem celebrem consecravit. Ad sexcentos et triginta numerus pertingebat convenarum. Quorum præcipui dicebantur Anatolius, qui in sacerdotale regiæ urbis solium fuerat inunctus : Paschasinus quoque et Lucentius episcopali dignitate fulgentes, una cum presbytero Bonifacio, locum Leonis sanctissimi papæ Romani obtinebant, cujus Leonis ingens gloria et multus pro pietate zelus. Aderant præterea Maximus Antiochiæ, et Juvenalius Hierosolymorum. Isti Eutychen infelicem et insolentissimum illum ipsius protectorem Dioscorum rationes reddere de impietate coegerunt. E diametro isti contrarium Nestorio errorem sibi appropriaverant ; unde in parem cum illo impietate proruerant. Unicum enim Dominum nostrum Jesum Christum a divina natura agnitum et humana, atque in utraque natura adoratum, summam per audaciam et stultitiam in unam naturam commiscentes, confuderunt. Nec miseri ut erant intelligebant, quod per hanc irritam rationem illum alienigenam, a paterna substantia diversum, necnon differenti ab hominibus natura constantem, definirent. Nam si unica tantummodo sit natura Christi, vel divina prorsus ea fuerit, vel humana. Quod si mere divina sit, ubi tunc humana ? quod si tantum humana, fieri non potest quin negetur divina. Quod si quid diversum ab utraque natura fuerit (nam hoc in hac causa unicum iis relinquitur, et eo videntur propendere), quomodo non erit apud ipsos Christus alterius cujusdam et diversæ naturæ cum a suo Patre tum a vobis ? quod quid magis impium aut delirum magis fingi potest ? asserere nimirum Verbum Dei, Deum, hominem factum in eum finem, ut cum divinitas destrueretur propria, etiam assumpta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ita plane consequetur, si quis tueri ausus fuerit Christum non alterius istarum, sed præter istas alius naturæ participasse.

14. Quocirca dignum sua impietate supplicium subiere, qui dogmatum istorum, per quæ Christo bellum indicitur, auctores fuerant, sacerdotio nempe dejecti, et per omnes Ecclesias anathemati subjecti, cum quibus et ipsa hæresis expellebatur. Recta autem et orthodoxa sententia, nullis vulneribus confossa, majorem in modum testimoniis et e Scriptura

VARIÆ LECTIONES.

[1] Leg. ἐγκεχειρισμένος. [m] Ἴσ. μόνη.

NOTÆ.

(18) Ἀκροατήριον. Ita prius vocavit, ob eamdem causam, Constantinopolin φροντιστήριον, propter loci nobilitatem, a viris eruditione celebribus celebratam.

(19) Θεσμοὺς ἐγκεχρισμένος. Annotarat doctissimus D. Lindsell, ὁ μακρίτης, legendum sibi videri ἐγκεχειρισμένους, apposite quidem, et magis ex usu linguæ. Sed Photius solet interdum καινοτομεῖν et καινοφωνεῖν. Quocirca codicis scripturam admitto, ut sit ἐγκεχρισμένος, *inunctus*. Ad finem sectionis forte legendum et distinguendum σαφῶς τε καὶ ἀναντιῤῥήτως λέγω, etc.

et e Patribus deductis confirmatur, præconiis celeberrima clarescebat. Unum enim Christum, id est, unicam ejus hypostasin, naturam vero duplicem, divinam nempe et humanam, inconfusim et indivisim consideratam, per beatissimos hosce sacerdotes et theologos, in mundum universum et mundi extremos terminos, confessione et prædicatione agnoscendam, clare, perspicue et sine hæsitatione propagabant. Hinc quoque liquet, quod cum claudis gressus confirmarentur, et cæcis cæcitas in efflorescentiam oculorum succresceret, cum mortui ab inferni portis retraherentur, et in vitam denuo transmitterentur, necnon cum et aliæ divinæ virtutes, quas non est facile enumerare, perpetrarentur, et in conspectu omnium propalarentur, divinæ naturæ dignitas et eminentia evidenter demonstrabatur. Rursus per id, quod defatigationem, laborem, sitim, famem sustinuerit et paupertatem, atque his similia et congenita, proprietas humanæ substantiæ manifestabatur. Quædam istorum ut Deo dignum erat, alia pro conditionis humanæ modo, idem et unus Christus, verus Deus noster, cum operaretur et perficeret, certe unam et unitate consistentem hypostasin suam, duas autem et diversas naturas in unione illa inconfusa, perspicue clara nec ullo pacto contradicenda ratione tum exhibuit tum confirmavit. Atque hactenus de quarta synodo.

A μαρτυρίαις ἀνεκηρύχθη καὶ διέλαμψεν· Ἕνα τὸν Χριστὸν, ἤτοι μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρουμένας, τῶν τρισμακαρίστων ἀρχιερέων περιφανῶς θεολογησάντων καὶ παραδεδωκότων ἀδιστάκτως ὁμολογεῖν καὶ κηρυσσειν εἰς πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Δῆλον δὲ κἀντεῦθεν, ὡς δι' ὧν μὲν χωλοῖς αἱ βάσεις ὠρθοῦντο, καὶ τυφλοῖς τὸ πάθος εἰς ὀμμάτων βλάστην ὑπεφύετο, νεκροί τε τῶν πυλῶν ἀνεσπῶντο τοῦ ᾅδου, καὶ πρὸς τὸ ζῆν μετετάττοντο, αἵ τε ἄλλα θεοσημεῖαι, ἃς οὐ ῥᾴδιον ἀριθμεῖν, ἐπετελοῦντο καὶ ἐπεδείκνυντο, τῆς θείας φύσεως ἐναργῶς παρεδηλοῦτο τὸ ἀξίωμα. Δι' ὧν δὲ κόπους, καὶ πόνους καὶ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ πενίαν, καὶ τὰ τούτοις ὑφίστατο συγγενῆ καὶ πραπλήσια, τῆς ἀνθρω- B πίνης οὐσίας ἐτρατο (sic) τὸ ἰδίωμα. Ὧν τὰ μὲν θεοπρερῶς, τὰ δὲ ἀνθρωποπρεπῶς ὁ αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ἐπιτελέσας καὶ διαπραξάμενος, μίαν μὲν αὐτοῦ καὶ ἐνιαίαν τὴν ὑπόστασιν, δύι δὲ καὶ διαφερούσας τὰς φύσεις, ἐν ἀσυγχύτῳ ἑνώσει, σαφῶς τε καὶ ἀναντιῤῥήτῳ λόγῳ παρέστησε καὶ ἐπιστώσατο. Ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τετάρτης συνόδου.

15. Sancta universalis quinta synodus sequitur. Cui conveniendæ sacrabatur, tanquam septum sacrum, magna Constantini civitas. Obtinuit autem vim et confirmabatur per præsentiam et concursum quinque sexaginta centum episcoporum. Horum duces et tanquam lumina fuerunt, Mennas quidem ab C initio, tum Eutychius successor, qui clavum regiæ istius et archiepiscopalis sedis moderabatur. Vigilius aderat (qui et ipse Romam susceperat procurandam) apud urbem quidem, synodo tamen non interfuit, eo quod nolebat sponte so ad illum aggregare conventum. Ille autem nihilominus, quod minime volebat sacri illius consessus sodalitio interesse, fidem communi Patrum suffragio editam, libello suo dato, confirmavit. Hisce aderant Apollinarius Alexandriæ, et Domnus dignitate Antiochenæ Ecclesiæ archiepiscopali præditi. Aderant Didymus et Evagrius, locum tenentes Eustochii Hierosolymitani archiepiscopi. Per id temporis Justinianus maximus imperator, Romani principatus curam manibus gubernabat, et cum ecclesiasticis do- D gmatibus conspirabat. Hæc itaque sancta et universalis synodus impura Nestorii dogmata repullulascentia penitus iterum demessuit, una cum zizaniorum ipso seminatore : Et post eum, Theodorum at-

ιε'· Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος, τέμενος μὲν ἱερὸν αὐτῇ ἡ (20) Κωνσταντίνου μεγαλόπολις ἀφιέρωτο. Πέντε δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν θεοφόρων πατέρων παρουσίᾳ καὶ συνδρομῇ ἐκρατύνετο. Ὧν ἡγοῦντο καὶ προέλαμπον, Μηνᾶς μὲν τὴν ἀρχὴν, εἶτα δὲ καὶ Εὐτύχιος, τῆς αὐτῆς βασιλίδος, ἐκ διαδοχῆς, τοὺς ἀρχιερατικοὺς πηδαλιουχήσαντες οἴακας· καὶ Βιγίλιος (21) ὁ τῆς Ῥώμης τὴν ἱερὰν λαχὼν ἐφορίαν, παρὼν μὲν τῇ πόλει, οὐ παρὼν δὲ τῇ συνόδῳ· ὃς καὶ μὴ πρόθυμος εἰς τὴν συνδρομὴν τῆς ἱερᾶς ὁμηγύρεως κατέστη, ἀλλ' οὐδὲν ἔλαττον ὅμως τὴν κοινὴν τῶν πατέρων πίστιν ἐπεκύρου λιβέλλῳ. Σὺν οἷς Ἀπολιναρίός τε ὁ Ἀλεξάνδρείας, καὶ Δόμνος ὁ Ἀντιοχείας, τῷ ἀρχιερατικῷ ἀξιώματι κεκοσμημένοι. Καὶ δὴ καὶ Δίδυμος καὶ Εὐάγριος, Εὐστοχίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἀρχιερέως τὸν τόπον ἀνατληροῦντες. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ κράτιστος ἐν βασιλεῦσι, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς τὰς φροντίδας ἐχείριζεν, καὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ συνεφώνει φρονήματι. Αὕτη τοιγαροῦν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος Νεστορίου πάλιν τὰ μιαρὰ παραφυόμενα δόγματα εἰς τὸ παντελὲς ἐξεθέρισεν, ἅλα αὐτῷ ἐκείνων τῷ σπορεῖ τῶν ζιζανίων. Μεθ' ὃν, Θεόδωρον καὶ Δεόδωρον· ὧν ὁ μὲν Ταρσοῦ πόλεως, ὁ δὲ Μοψουεστίας ἐπεσκόπησεν. Οἱ, Νεστορίου πρότερον,

NOTÆ

(20) Legendum αὐτῇ, non αὐτή. Est autem τέμενός, quod ait Hesychius, πᾶς ὁ μεμερισμένος τόνος τινὶ εἰς τιμήν. Idem quod Latinis *Templum*, locus non solum sanctus sed et sacer, ut sepulcrum. Recentiores Græci sic ecclesiam nominant, sed nunquam vetustiores.

(21) Βιγίλιος τῆς Ῥώμης. Vigilius papa Constantinopolin adiit, vocante Justiniano et synodo interfuit. Sed cum acta non probaret, secessit Chalcedonem, sed ab imperatore hæretico et imperioso exagitatus, atque in exsilium missus, tandem elanguit et subscripsit, Statim lego non ἐκείνῳ, sed ἐκείνων, hoc est, ξιζανίων, pro ληθοῦσι, reposuit Dominus Herefordensis ληροῦσι, quod rectum est.

προκαταμερίσας καὶ εἰς δύο τὴν μίαν δωρεὰν κατασμικρύνας· εἶτε μὴ παράσχοις, διπλῆν ἀπήνεγκας τὴν αἰσχύνην, ὅτι τε σφοδρῶς ὑπέσχου, καὶ ὅτι μηδὲν ὧν ὑπέσχου παρέσχες· καὶ δυσμενὴς ὤφθης ἐκεῖ φίλου· ἀφεῖλες γὰρ ὃ παρέσχον αἱ ἐλπίδες. Ἄλλως τε δὲ καὶ αἱ σφοδραὶ ὑποσχέσεις ἁρμόζουσι τοῖς οὐ λίαν πιστευομένοις· ἐλέγχουσι δὲ καὶ ὡς οὐ κηδεμονίας μᾶλλον ἢ χρείας ὑποτεινόμεναι χάριν.

82. Gratia dignus est qui naturam gratiæ et nomen veneratur, quique omnem cogitationem suam contendit conferre ut remuneret : beneficio autem veluti indignus est, qui bene merentem ingratiis remunerat ; ita et dignus est cui excellenter beneficiat, qui bene illis fecerit a quibus retributionem non exspectaverit.

πβ'. Ἄξιος χαρίτων ὁ εὐλαβούμενος αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν καὶ προσηγορίαν, καὶ μὴ πανόμενος μελετῶν ἕως ἂν [αὐτὴν] ἀνταποδώσῃ. Ὥσπερ δὲ ἀνάξιος χαρίτων, ὁ ἀχαριστίᾳ γνώμης ἀμείβων τὸν εὐεργέτην, οὕτως ἄξιος τοῦ τῆς εὐεργσίας ἀξιώματος, ὁ χαριζόμενος ἐφ' ᾧ μὴ ἀνταπολαβεῖν τὴν χάριν.

83. Ne quidem amicis contra æquum aliquid elargitor. Nam si homines bene morati sint, odio te habebunt potius quod leges violaveris, quam ob beneficium collatum exosculabuntur : si vero mali sint, duplici dispendio afficieris : nam et improbis benefecisti, et odium apud probos incurristi. Sed utcunque his carueris, gaudio privato et temporali æternum opprobrium permutasti, quod stultum plane esset.

πγ'. Μηδὲν παράνομον μηδὲ φίλοις χαρίζου. Ἂν μὲν γὰρ ἐπιεικεῖς ὦσι, μισήσουσι μᾶλλον παρανομοῦντα, ἢ φιλήσουσι χαριζόμενον· ἂν δὲ φαῦλοι, διπλῆν ζημίαν ὑπέμεινες, κακοὺς εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθοῖς ἀπεχθανόμενος. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τέρψει προσκαίρῳ καὶ ἰδιωτικῇ ἀΐδιον ὄνειδος ὑλλάξασθαι καὶ κοινὸν, μεγάλης ἀνοίας.

84. Gratiæ per procrastinationes, temporum extensiones, velut ad senectutem quamdam devergentes, propria deflorescunt pulchritudine : excusso etenim promptitudinis flore, qui cum adesset splendidam quamdam et immensam pulchritudinem repræsentabat, nullo modo ne ad horam possunt oblectare.

πδ'. Αἱ χάριτες ταῖς ἀναβολαῖς καὶ παρατάσεσι τοῦ χρόνου, ὥσπερ εἰς γῆρας ἐλθοῦσαι, τὸ οἰκεῖον μαραίνονται κάλλος· τὸ γὰρ ἄνθος ἀποβαλοῦσαι τῆς προθυμίας, μεθ' ἧς ἀμήχανόν τινα καὶ λαμπρὰν ἐποιοῦντο τὴν τέρψιν, οὐ καθωράν [1] φέρουσι τὴν εὐφροσύνην

85. Gratiæ dimidiatæ nequaquam gratiæ sunt : erunt autem consummatæ ubi fuerint. Qui per partes tantummodo gratiam facit, ipsummet se damno afficit, nec accipienti gratiam facit : nam plus ille de eo quod desideratur dolebit, quam lætabitur de accepta dimidiata portione.

πε'. Αἱ χάριτες ἡμιτελεῖς, οὖσαι οὐκ ἐθέλουσι χάριτες εἶναι· ἔσονται δὲ, ἐπειδὰν τετελειωμέναι ὦσιν· ὁ δὲ ταύτας ἐξ ἡμισείας κατατιθεὶς, ἑαυτὸν ἐζημίωσε, καὶ τὸν λαβόντα οὐκ εὔφρανεν. Ὁ γὰρ ἡμίτομον τὴν χάριν ἀπειληφὼς, οὐχ οὕτω τῷ ἡμίσει εὐφρανθήσεται, ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀφαιρέματος ἀνιάσεται.

86. Qui gratiam alicui factam exprobrat, similis est colono qui libenter seminat, sed porcos et feras in sementem immittit. Perdit ille semen, et fructum e semine ; perdit iste ea quæ contulit, et gratitudinem sibi ex iis efflorescentem.

πς'. Ὁ τὰς χάριτας ὀνειδίζων, ὁμοιός ἐστι τῷ γεωργῷ, σπείροντι μὲν προθύμως ἐπαφέντι δὲ χοίρους καὶ θηρία τῷ σπόρῳ. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ λυμαίνεται καρπὸν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ τὰ καταβληθέντα καὶ τὴν βλαστάνουσαν αὐτῷ προσαπόλλυσιν εὐχαριστίαν.

87. Si ab initio beneficio affeceris, quos deinceps neglectu habes, noli putare eos sic beneficio affectos velle benevolentiam priorem conservare. Multos egomet expertus cognovi, qui multis et magnis suis collatis beneficiis confisi, nullam prorsus curam eadem deinceps continuare habuerunt : persuaserant enim sibi exhibitam ab initio liberaliter benevolentiam sufficere debere ad obstringendum perpetuo beneficiis affectos, nec temporis diutur-

πζ'. Μηδὲ κατὰ πρώτας εὐεργετῶν, ἔπειτα δὲ ἀμελῶν, νόμιζε τὴν ἐξ ἀρχῆς σοι εὔνοιαν τοὺς εὐεργετηθέντας διαφυλάττειν. Πολλοὺς γὰρ αὐτὸς ἐγὼ πείρᾳ διέγνων, ὅτι θαρρήσαντες τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῆς καταρχὰς εὐεργεσίας, οὐδὲν ἐν τοῖς ἑφεξῆς ἐφρόντισαν ἐπιδείξασθαι τοιοῦτον· ἀρκέσειν γὰρ τοῖς εὐεργετηθεῖσι πρὸς τὴν διὰ βίου εὐχαριστίαν τὴν καταρχὰς ἤλπισαν φιλοτιμίαν, καὶ χρόνον οὐδένα ἂν ἐγγενέσθαι λήθης τοῖς εὖ πεπονθόσι τῆς ἀγαθουργίας, τὸ

VARIÆ LECTIONES.

1 Ἴσ. καθαράν, vel, καθ' ὥραν.

δὲ οὐ μόνον οὐ κατὰ τὰς αὐτῶν ἐλπίδας ἀπέβη, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὐναντίον ἐτράπη. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν φαύλων τὴν προαίρεσιν οὐδὲν θαυμαστόν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι, οὐδὲ ῥεούσης αὐτοῖς εἰς χεῖρας ἴσως τῆς εὐεργεσίας, οὐδὲ τότε γλώσσαις ἀνοθεύτοις ἠμείβοντο τὰς εὐεργεσίας, πλὴν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τοὺς μὲν καλοκαγαθίας ἐπιμελουμένους ἦν ἰδεῖν, ὡς εἶχον μὲν μνήμαν ὧν ἔτυχον ἀπολελαυκότες, καὶ εὐλογεῖν οὐκ ἐξίσταντο τὸν εὐεργέτην· ὅμως δὲ μὴ τῶν ὁμοίων τυγχάνοντες, οὐδ' αὐτοὶ καθαρὰν καὶ ἀκήρατον τὴν ἀρχαίαν διέσωζον εὐγνωμοσύνην, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ τὴν χάριν (οὐ γὰρ εἶχον ἐπιῤῥοήν) ὑπομαραινόμενοι, τὸ σφοδρὸν καὶ ὡραῖον ἀπηνθίζοντο τοῦ φίλτρου· οἱ δὲ μέσης νομιζόμενοι διαθέσεως, εὐεργετούμενοι μὲν εὐχαρίστως διέκειντο· ἀμεληθέντες δὲ, οὐδ' αὐτοὶ τὴν προτέραν διάθεσιν εἰς τοὐναντίον μεταβαλεῖν ἐρρᾳσχύνθησαν· μάλιστα, βλέποντες ἑτέρους φιλοτιμιῶν ἀπολαύοντας. Οὐ γὰρ ἃ προπεπόνθασιν αὐτοὶ, καίτοι δέον, ἐλογίσαντο· οἷς δ' εὖ πάθοιεν οἱ πλησίον, ἐπητίαζον· καὶ τούτοις παρακνιζόμενοι τὴν εὐφημίαν εἰς ἀχαριστίαν ἔτρεπον. Πολλῷ ἄρα λυσιτελέστερον ἄρχοντι, καὶ ἐν πολιτείᾳ, κατὰ μέρος, καὶ διὰ βίου, ταῖς δωρεαῖς ἢ ἀθρόον καὶ ἐφάπαξ οἰκειοῦσθαι τὸ ὑπήκοον. Τὸ δὲ πλῆθος καὶ βάρος τῶν χαρίτων ἁρμόζει μᾶλλον τοῖς ὑπέρογκόν τι καὶ παράδοξον ἐπὶ κοινῇ σωτηρίᾳ κατωρθωκόσιν, ἢ τοῖς εἰς τὸ σπανιώτατον τῆς ἡμῶν ἐπικουρίας δεῖσθαι νομισθεῖσι, ingratias solent commutare. Conducibilius quocirca cuicunque principi est, cum in republica administranda tum in privata vita, subditos sibi suos demereri donis collatis particulatim, sed quandiu sint in vivis, potius quam semel, neque id profusiori modo. Sed par est ut gratiarum multitudo magnitudoque iis potius irrogetur, qui pro salute communi ingens aliquod et excellens facinus perpetraverint, quam ut in eos impendatur qui rarissime nostra ope et auxilio indigere videntur.

A nitatem debere oblivionem collatorum beneficiorum a semel bene de se meritis procurare. Qua in re spe delusi exciderunt, re in contrariam partem procedente. Neque mirum sane malos sic affectos esse animo: tales enim, ne quidem dum in manus ipsorum beneficia depluerent, linguis sincerioribus bene merentes de se remunerari volebant. Sed et alioquin apud eos quibus etiam probitas curæ est, videre possumus memoriam eorum quibus fruebantur, haud retinere: et utcunque benemeritis dum afficiuntur, benefactoribus grati exsistant, verumtamen si deinceps non pari modo afficiantur, priorem illam suam animi promptitudinem nequaquam retinent sinceram et illibatam; verum temporis decursu (cum influxu de novo non B supplerentur) gratiam emarcidam habentes, quod in amore vehementius et splendidius habebatur, avulsum et deflorescens admittunt. At qui medio quodam more tenebantur, beneficiis affecti ad gratitudinem disponebantur; neglecti autem, ne quidem ipsi pudore deterrentur quo minus priorem animi affectum convertant in contrarium; eoque magis si alios viderint sibi dignitate prælatos. Nam nequaquam solent recordari eorum quibus ipsi prius bene erant affecti beneficiis, quanquam redamare eos par fuerat; sed quibus fruuntur vici- C ni, solent ea contueri, quibus irritati gratias in

πη'. Θυμός ἐστιν ἔκστασις ἑκούσιος, καὶ τῶν ἰδίων φρενῶν ἀλλοτρίωσις· ἃ γὰρ οἱ διαπαντὸς μελαγχολῶντες κατεργάζονται, παραπλήσια τούτοις καὶ οἱ τῷ θυμῷ πληγέντες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαπράττονται.

88. Ira est voluntaria quædam ecstasis, et mentis a statu suo abalienatio: quæ enim furiosi quotidie peragunt, similia plane perpetrant per illud tempus illi qui percelluntur iracundia.

πθ'. Ὥσπερ τὸ πῦρ τὴν τρέφουσαν ὕλην ἀφανίζει, οὕτω καὶ ὁ θυμὸς τὴν ἔχουσαν ψυχὴν κατεσθίει, πολλάκις δὲ καὶ φθορὰν ὁλόκληρον εἰργάσατο τοῦ ζώου.

89. Ignis veluti nutrientem se materiam annihilat, ita et iracundia animam exedit quam obsedit, quin et non raro consummatam totius animalis per- D ditionem operatur.

ϛ'. Μηδαμῶς μηδένα μηδὲ δικαίως θυμῷ κολάσῃς. Ὡς γὰρ ἂν ὁ πάσχων τὴν δίκην ὑφέξῃ, αὐτὸς ὅμως οὐδὲν ἧττον ἐξελεγχθήσῃ, σφαλερῶς τῇ πράξει κεχρημένος. Διὸ καὶ καλλιστά τις τῶν ἀρχαίων ἀπεθέσπισε πρὸς ἡμαρτηκότα, Ἐκόλασα ἄν σε, εἰ μὴ ἐθυμούμην.

90. Iratus neminem, ne quidem justo licet, suppliciis afficito. Utcunque enim tulerit ille qui punitur, tu nihilominus vituperium incurres, quod improvide negotium illud obiveris. Quocirca perbelle dictum ad antiquorum aliquo fuit erga delinquentem: *Certe te punirem, si non irascerer.*

ϛα'. Τυφλόν ἐστι πάθος ὁ θυμὸς, καὶ κρίνειν οὐκ ἔχων ἀπὸ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον. Διὸ οὐδεμία ὄνησις, παραίνεσις ὀργιζομένῳ. Πεπαυμένῳ δὲ, τὴν διὰ τῶν ἐλέγχων θεραπείαν προσενεκτέον κεράσαντι ἐπιεικείᾳ. Οὔτε γὰρ τὰ δριμύτερα τῶν φαρμάκων ἄνευ μέλιτος τοῖς κάμνουσι προσάγειν ἐγνώκασιν οἱ ἰατροὶ, οὔτε τοὺς ἀκράτους ἐλέγχους ἡ τῶν ἀπαιδεύτων δέχεται ψυχή.

91. Cæca quædam passio furor est, nec discernere potest utile ab inutili. Irato nihil proderit admonitio: postquam vero deferbuit ira, adhibeatur medicina per correctionem, ita ut comitate condiatur. Nam nisi melle illita pocula medicantia ægris exhibere paulo amariora non solent medici; ita nec insipientium animæ redargutiones admittunt meraciores.

ϛβ'. Ὥσπερ ταχὺν ἐν ταῖς ἀξίων εὐεργεσίαις εἶναι προσῆκεν, οὕτω βραδὺν ἐν ταῖς τῶν αἰτίων τιμω-

92. Quemadmodum celeritatem adhibere par est in remunerandis iis qui digni sunt, ita tardum esse

decet in delictorum pœnis infligendis. Gaudentem oportet bonos honorare, condolentem vero supplicio afficere obnoxios.

93. Illi qui tibi fidem adhibet diffidere noli. Si enim credentibus infidi erimus, qualesnam aliis videbimur esse, aut cum quibusnam suaviter et sine metu versabimur ?

94. Esse et opinione usurpari non coincidunt. Quocirca apud quos opinionem sui obtinere videris, exsulare ibidem actionem reputa et essentiam realem abesse.

65. Turpe est illum qui viris imperat succumbere mulieribus, et voluptatibus subditum inveniri. In illa femina tantummodo non delinquit aliquis, quam vitæ, secundum leges, adjutricem sortitur. Cœlibatus quidem divina quædam res est, naturam superans, majus quiddam virtute politica et recta legum observantia. Univiratus humanæ naturæ opus est, cum ad successionem generis continuandam, tum ad societatem civilis et humanæ vitæ, et conversationis recte institutæ. Polygamia res turpissima et detestabilis, quæ belluarum convenit et impuritati et lasciviæ.

96. Alexander Macedo dominatum Asiæ bello acquirens, Persicas mulieres oculorum jacula dicebat esse: vir autem vere temperans et divinorum mandatorum sedulus observator non modo Persicarum, sed et omnium omnino feminarum intuitum, tanquam letiferum animæ telum et nimis velox, fugiet et aversabitur. Vocis quidem sonus aures ferit, et per aures passio animæ insculpitur: attrahit oculum corporis pulchritudo, et per eum modum captivum vinculis constrictum tenens rationem, sui prius juris et imperii, in servitutem simul redegit.

97. Quemadmodum impossibile est ut is qui mare navigat sit sine tempestate et turbato salo, ita fieri nequit ut is extra pericula et fluctus consistat qui corporalem sectatur paulo curiosius pulchritudinem. Oportet igitur initia passionum et causas declinare: quod et utilitatem afferet, neque sane difficulter præstabitur. Cum vero semel rationalem partem hoc malum invaserit, ita ut imaginem desideratæ rei eidem impresserit, difficulter hæc passio abjicitur, et vix est ut ab illa se expediat aliquis.

98. Sunt qui amatores pronuntiant in alienis corporibus suas animas habere: conjunctius opinor cum ratione dicitur, eos in corporibus alienis et mentem et animam perdidisse.

ρίαις, καὶ χαίρειν μὲν τιμῶνται [m] τοὺς σπουδαίους, ἀνιᾶσθαι δὲ κολάζοντα τοὺς ὑπευθύνους.

ϛγ'. Μηδενὶ μηδέποτε πιστεύσαντί σοι ἄπιστος ὀφθείης. Ἂν γὰρ ἄπιστοι γενώμεθα τοῖς πεπιστευκόσι, τίνες τοῖς ἄλλοις δόξομεν ; καὶ μετὰ τίνων δὲ λοιπὸν ἀδεῶς καὶ ἡδέως βιώσομεν ;

ϛδ'. Οὐκ ἐθέλει τὸ εἶναι μετὰ τοῦ οἴεσθαι συνεῖναι. Δι' ὃ ἐν οἷς ἂν τὴν οἴησιν ὁρᾷς, τὴν πρᾶξιν ὑπερόριον νόμιζε, καὶ διαπεφευγέναι τὸ εἶναι.

ϛε'. Αἰσχρόν ἐστιν ἀνδρῶν ἄρχοντα καὶ δεσπόζοντα, γυναικῶν ἡττηθῆναι, καὶ δοῦλον ἡδονῶν ὀφθῆναι. Ἦν δέ τις νόμῳ βοηθὸν ἐκτήσατο βίου, ταύτῃ συνοικῶν οὐχ ἁμαρτάνει. Ἀγαμία μὲν θεῖον πρᾶγμα, καὶ ὑπερφυὲς, καὶ μεῖζον πολιτικῆς ἀρετῆς καὶ εὐνομίας. Μονογαμία δὲ, φύσεως ἀνθρωπίνης ἔργον, εἴς τε γένους διαδοχὴν, καὶ εἰς κοινωνίαν ἡμέρου καὶ φιλανθρώπου βίου, καὶ πολιτείας εὐνομουμένης. Πολυγαμία (34) δὲ, ὑπέραισχρον καὶ μιαρὸν, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀκολασίας καὶ ἀκαθαρσίας.

ϛϛ'. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, Ἀσίας κύριος δόρατι γεγονὼς, τὰς Περσίδας ἔλεγεν βολίδας ὀμμάτων εἶναι · ὁ δὲ σώφρων ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ, καὶ Δεσποτικῶν φύλαξ ἐντολῶν (35), οὐ τὰς Περσίδας μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης γυναικὸς ὄψιν, ὡς ὀξὺ ψυχῆς βέλος καὶ θανατηφόρον, φεύξεται καὶ ἀποστραφεῖται. Ἦχος μὲν φωνῆς ἔπληξεν ἀκοὴν, καὶ δι' αὐτῆς ἐνετυπώθη τὸ πάθος τῇ ψυχῇ · κάλλος δὲ σωμάτων εἵλκυσεν ὀφθαλμὸν, καὶ δι' αὐτοῦ δέσμιον λαβὼν, κατεδουλώσατο τὸν αὐτοδέσποτον λογισμόν.

ϛζ'. Ὥσπερ ἀδύνατον ἐν θαλάσσῃ πλέοντα, ταραχῆς καὶ ζάλης ἀπείρατον διαμεῖναι, οὕτως ἀμήχανον τὸν καλλὴ σωμάτων ἐπισκοποῦντα καὶ περιεργαζόμενον, τῶν ἐκεῖθεν κυμάτων καὶ κινδύνων ἐκτὸς καθεστάναι. Δι' ὃ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἐκτρίπεσθαι χρὴ τῶν παθημάτων. Τοῦτο γὰρ καὶ συμφέρον, καὶ οὐ χαλεπόν. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς λογισμοῖς τὸ κακὸν ἐνσκήψῃ, καὶ τὸ εἴδωλον αὐτοῖς τῆς ἐπιθυμίας ἐντυπώσῃ, δυσαπόβλητον γίνεται τὸ πάθος, καὶ χαλεπὸν ἀπαλλαγῆναι.

ϛη'. Τινὲς τοὺς ἐρῶντας ἔφησαν ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὴν ψυχὴν τὴν ἰδίαν ἔχειν · εὐλογώτερον δ' οἶμαι λέγειν, αὐτοὺς ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὸν νοῦν τῇ ψυχῇ συναπολωλεναι.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Leg. τιμῶντα.

NOTÆ.

(34) Πολυγαμία. Retinui vocem, quia est ambigua. Sed hoc in loco putem, non significare pluribus simul uxoribus uti, ut Jacob, David, Herodes, alii olim utebantur, sed ad tertias quartasve nuptias progredi. Rem mali ominis et nominis in Ecclesia; sed, proh pudor, ab iis usurpatam, qui καθαρότητα affectant hodie.

(35) Δεσποτικῶν ἐντολῶν. Intelligit illud Domini de intuitu mulieris ad illam concupiscendam, quod alibi in epistolis explicat. Ἐκ γὰρ τοῦ ὁρᾶν, γίνεται τὸ ἐρᾶν. *Ut vidi, ut perii / ut me malus abstulit error* / hic oculi dicuntur διδοῦχοι ἔρωτος, *amoris lampadiferi*. Hinc illud Philemonis, Ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα ἦλθον, αὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως.

ϛθ'· Μέθην καὶ τρυφὴν τῶν ἀρχόντων, ναυάγιον νόμιζε τῶν ἀρχομένων. Ὅτε γὰρ ὁ κυβερνήτης καταποντίζεται τῇ πλησμονῇ καὶ τῷ οἴνῳ, πῶς οὐχὶ μυρίοις κύμασι καὶ κλυδῶσιν ἰσχάτοις ἡ κυβερνωμένη προσαρράξει πολιτεία, καὶ τῇ τοῦ κυβερνήτου συγκαταποθήσεται ἀπωλείᾳ ;

ρ'. Μηδένα μηδέποτε ἀνθρώπων, μηδὲ τῶν τυχόντων, εἰς ἀπόγνωσιν συνελάσῃς. Ἰσχυρὸν γὰρ καὶ ἄμαχον ἀπόγνωσιν ὅπλον, καὶ πολλάκις ἀνάγκη στρατηγήσασα πράξεων παραβόλων, ἀνελπίστους μεταβολὰς ἐξειργάσατο, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, μύθους νομιζομένας.

ρα'. Ἄριστον μὲν ἀνθρώπῳ μὴ διαμαρτεῖν, μηδὲ τῆς ὀρθῆς κρίσεως ἀποσφαλῆναι· συνετοῦ δέ, καὶ πεσόντα θᾶττον ἀναστῆναι, καὶ χρῆσθαι τῷ πταίσματι, πρὸς τὸ μὴ πάλιν πεσεῖν παραγγέλματι.

ρβ'· Τὸ περὶ τοὺς πόνους ἑκούσιον, τῶν ἀκουσίων ἀφαιρεῖται τὸ ἀφόρητον καὶ χαλεπόν· δι' ὃ χρήσιμος ἡ ἐν τοῖς ἀκουσίοις τριβὴ καὶ μελέτη.

ργ'. Ἀρχικῆς ἀρετῆς καὶ τελείας, μὴ μόνον τὸ πλῆθος αἰσχύνεσθαι πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν πρὸ τοῦ πλήθους.

ρδ'. Ἡ διὰ λόγων ὕβρις τοῖς ἐλευθέροις οὐ πολὺ παραλλάσσει τῆς διὰ πληγῶν καὶ μαστίγων. Χρὴ οὖν παραφυλάττεσθαι τὸ προπετὲς τὸ ἐν τούτοις. Οὐ μέγα γὰρ δοκοῦν, μεγάλας φέρει ζημίας.

ρε'. Πολλοὺς ἔβλαψεν εὐτραπελία· ἀπὸ γὰρ γνώμης διεκπεσοῦσα παιζούσης, καιρία πληγὴ γέγονε τοῖς διαπαιχθεῖσι· καὶ βραχεία τέρψει τῶν ἐπιτυχόντων, μεγάλας ἔτεκεν ἔχθρας τῶν σπουδαίων. Ἦν παντὶ μὲν ἔμφρονι παραφυλακτέον, ἄρχοντι δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων· ὅτι καὶ χυδαῖον, καὶ καταφρονεῖσθαι μᾶλλον, ἢ χαριεντίζεσθαι, παρασκευάζει.

ρϛ', Εὐεργετῶν τὸ ὑπήκοον περιφρούρει, ὡς τῆς ἀρχῆς νεῦρα καὶ οἰκεῖα μέλη. Ἐκείνων γὰρ διασπασθέντων, κίνδυνος καὶ τὴν σὴν συγκαταλύεσθαι ἐξουσίαν.

ρζ'. Τὰς μελετωμένας [a] στάσεις, ὅσαι μὴ σβέσαι ῥᾴδιον, ἄμεινον ἀγνοίας ὑποκρίσει δοῦναι, καὶ λήθῃ καλύψαι, ἢ θριαμβεύσαντα ἐπεξιέναι. Τὸ μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ πλέον ἀνῆψε τὴν φλόγα, καὶ χαλεποὺς ἤνεγκε κινδύνους, καὶ πολλῇ καὶ τὸν διασωθέντα περιέβαλε ζημίᾳ· τὸ δὲ, πραέως κοιμίζειν, καὶ μετὰ τοῦ ἀκινδύνου, τὸ φιλάνθρωπον καὶ συνετὸν καὶ ἀζήμιον περιέχει.

ρη'· Δεῖ τὸν ἄρχοντα, φερομένων μὲν αὐτῷ κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων καὶ εὖ συνεστώτων, ὡς σαλευομένων ἀσφαλίζεσθαι καὶ ἐπιμελεῖσθαι. Ἀνατρεπο-

99. Ebrietatem principum atque luxum naufragium esse existima subditorum. Quando enim vino atque crapula gubernator, tanquam mari, demergitur, necesse est ut respublica ejus gubernationi credita, sexcentis fluctibus et alluvionibus allisa agitetur, imo et una cum gubernatore demerso, pari quoque interitu male pereat.

100. Neminem mortalium, ne quidem obscurissimorum, ad desperationem adigas. Est enim desperatio robustum quoddam et inevitabile telum. Quin sæpe accidit, ut progressa in aciem necessitas, rerum præter exspectationem mutationes una induxerit inexspectatas, quas loco fabularum habere volueris, antequam actu compleantur.

101. Optimum est ut homo nec omnino aberret, nec a sani judicii norma excederet ; sed prudentis est, quantocius ut collapsus resurgat, et lapsum sic suum instituat ne deinceps labatur.

102. Voluntas in laboribus suscipiendis prompta, involuntariorum illud durum telum et intolerandum frangit. Optimum est igitur de voluntariis meditari, et in iisdem inhærere.

103. Ad virtutem et perfectionem principis spectat, tum turbam promiscuam, tum imprimis seipsum pudore a peccatis abstinere.

104. Contumelia verbis ingesta apud homines liberos parum differt a plagis acceptis et verberibus. Cavendum est ergo ne proclivis feraris ad conviciandum, siquidem id quod haud creditur magnum, magna damna procurat.

105. Multos urbanitas læsit : ab animo siquidem ludenti profecta, aliquando vulnus lethale illusis infligit: quæ per admodum brevem oblectationem cuicunque obvio impensam, inimicitias etiam graves inter prudentes excitavit. Hanc ideo quisque prudens evitabit, princeps imprimis ; cum res sit, quæ contemptum potius parit, quam gratiam vel acceptationem aliquam.

106. Beneficiis subditos circumvallato, tanquam nervos imperii, et tua ipsius membra. Nam si illa discerpantur, periculum tibi interitus incumbet, et imperii ruinæ.

107. Seditiones conspirationesque quas facile non licet exstinguere, conduceret per dissimulationem et prætensam ignorantiam oblivioni tradere, quam publico quasi triumpho propalare. Ita enim fieri solet ut flamma magis ex eo accendatur et pericula non levia creentur ; quin et nonnisi male multatus salutem sibi quis comparaverit. E contrario vero, moderatione sopitur malum, et præterquam quod sine periculo sit, misericordiæ, prudentiæ, utilitatisque rationem subit.

108. Principem oportet, cum statu secundo res ipsi succedant et in tuto sitæ esse videantur, non secus tamen quam in tempestate procurare, et salu-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Leg. μεμελετημένας.

tis habendæ rationem gerere ; conturbatis autem rebus, et in se collisis, omni consilio et cogitation incumbere, ut in statum redigantur, et bene stabiliantur. Nam quæ ita comparata sunt, ut in partem utramlibet ferantur, ipsa experientia docente, desperari non debent. Sed interdum factum fuit ut secura negligentia, quamvis tantilla, principatus magnos et excellentes pessumdederit, quos ita deturbatos diligens cum recto consilio industria, in magnitudinem eximiam reductos, restauravit.

μένων δὲ, καὶ συῤῥηγνυμένων, ὡς ἂν ἐπαναχθείησαν καὶ ἐῤῥασθεῖεν, βουλεύεσθαι καὶ φροντίζειν· οὐδέτερον γὰρ τῶν ἐπὶ τἀναντία φερόντων ἡ πεῖρα δείκνυσιν ἀνέλπιστον. Ἀλλὰ πολλάκις μικρὰ ῥαστώνη μεγάλας ἀρχὰς καὶ ὑπερόγκους κατήνεγκεν, καὶ πάλιν σπουδὴ σὺν εὐβουλίᾳ, εἰς μέγα δυνάμεως ὕψος τοὺς κατενεχθέντας ἐπανήγαγεν.

109. Prudentes et moribus compositi viri rebus prosperis non inflantur, sed moderata quadam de se opinione felicitatis suæ mensuram exornant, qua et invidorum quique malevolentiam asperatam lenire solent. Quod si cespitaverint, fortiter illud ferunt, in argumentum virtutis suæ, id, quod contigit, trahentes, cujus potestate mentem sibi suam roborant, et desperationem omnem ab animo procul amoliuntur. Intelligunt enim esse res humanas omnes versatiles, instabiles et minime firmas : levitatis porro et insipientiæ esse, imo et pusillanimitatis, rebus secundis attolli et inflari, adversis autem valde dejici, et mœrore turpiter macerari.

ρθ'. Οἱ ἔμφρονες καὶ εὐσταθεῖς τῶν ἀνθρώπων, κατορθοῦντες μὲν, οὐ φυσιοῦνται, ἀλλὰ μετρίῳ φρονήματι τῆς εὐπραγίας κοσμοῦσι τὸν ὄγκον, καὶ τῶν φθονούντων διαπραῢνουσι τὸ φλεγμαῖνον. Περιπταίσαντες δὲ, φέρουσι γενναίως, καὶ τὸ συνε[εν]χθὲν, ἀρετῆς ὑπόθεσιν ποιούμενοι, τῷ κράτει ταύτης δυναμοῦσι τὴν γνώμην, καὶ τὸ ἀθυμοῦν ἐξορίζουσι τῆς διανοίας. Ἴσασι γὰρ τὸ ἐφ' ἑκάτερα τρεπτὸν, καὶ ἄστατον, καὶ ἀβέβαιον τῶν ἀνθρωπίνων. Ἀφροσύνης δὲ καὶ κουφότητος καὶ ἀπειροκαλίας, τό τε ἐν ταῖς εὐπραγίαις ἐπαίρεσθαι καὶ τὸ ἐν ταῖς δυσπραγίαις σφόδρα κατατίπτειν καὶ ἐνασχημονεῖν τῇ ἀθυμίᾳ.

110. Prudentibus convenit adversa prævidere, eademque per consilium sanum opportune semovere. Nec minus convenit, quæcunque acciderint, optime composita ferre, et in rem suam vertere.

ρι'. Ἀνδρῶν μὲν συνετῶν, προνοῆσαι τὰ δυσχερῆ καὶ ἀπώσασθαι δι' εὐβουλίας· οὐκ ἐλαττόνων ο δὲ, καὶ τὰ συμβεβηκότα καλῶς διαθέσθαι καὶ οἰκονομῆσαι.

111. Novi ego confertim incurrentes rerum moles, inexspectato adventu, homines terrefactos et consternatos reddere, etiam spectatores, et qui tranquillius aliquanto ferrent ea, adeo ut, nec adversus futura stantes in procinctu, onus illud possint a se excutere ; atque ita etiam cum damnum inde dimanans non adaugetur, verum potius remittatur, per mores alioqui modestiores. Vidi, inquam, vidi quasdam res ita compositas, ut per consuetam familiaritatem, paulatim progrediendo, alleviatæ, in omnis molestiæ carentiam evanuerint ; alias vero interdum e contrario, eos etiam qui ita vivebant, ut auderent, curarent nihil, tanquam stimulis e somno punctos, excitasse. Quisque enim inexspectato et subitaneo rerum adventu excitatus, et quasi prurigine impulsus ad agendum accedit, ita ut ne quidem ad unius diei spatium potuerit resistere novitas : cum sint aliæ res, nec ipsæ assuetæ, quæ paulatim se subinferunt, et illapsæ quieto nec tumultuoso sensum omnem innovationis effugiunt, quæ sine labore illabuntur, nec novitatis alicujus accessoriæ vel memoriam relinquunt, ne quidem apud experientiam edoctos. Quædam vero cum ad

ρια'. Οἶδα (36) πράξεις ἀθρόον ἐπιστάσας, καὶ τῷ ἀδοκήτῳ τοῦ συμβεβηκότος ἐκπλαγέντας, τοὺς τεθεαμένους, καὶ ἡσύχως ἐνεγκόντας τὰ συνενεχθέντα, καὶ οὐδ' εἰς τὸ ἔπειτα διαναστάντας, ἀποσείσασθαι τὸ βάρος· μάλιστα δὲ τῆς ἐξ αὐτῶν οὐ συνακυξομένης βλάβης, ἀλλὰ καὶ τρόποις ἄλλοις πραοτέροις ὑποχαλωμένης. Ἰδὼν γὰρ ἴδον ἐνίας οὕτως οἰκονομηθείσας, καὶ τῷ συνήθει, κατ' ὀλίγον, ἐπὶ πλέον συνεπικουφιζομένας, εἰς τὸ ἀλυπώτατον ἀποκριθείσας· ἄλλας δὲ τουναντίον, καὶ τοὺς πρὸς ἀμέλειαν καὶ ἀτολμίαν ζῶντας, κέντρου δίκην, ὡς ἐξ ὕπνου, διεγηγερκυίας. Τῷ γὰρ παραλόγῳ καὶ ἐξαιφνιδίῳ τῶν προστυχόντων ἕκαστος ἀνηρεθισμένος, πᾶς ἀνὴρ τοῖς πράγμασιν ἐγεγόνει· καὶ οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ὀντέσχεν ἐπισχεῖν τῇ καινοτομίᾳ p· ἄλλαι δὲ, καὶ αὗται τῶν οὐκ ἐξ ἔθους, κατὰ μικρὸν ὑπεισιοῦσαι, καὶ τῷ ἠρεμεῖ καὶ ἀταράχῳ συνδιακλέπτουσαι τὴν συναίσθησιν τῆς καινοτομίας, παρεισέδυσάν τε οὐ σὺν πόνῳ, καὶ οὐδ', εἰ καινότερόν τι συνέβη, μνήμην ἔδωκαν, οὐδὲ τοῖς πεπειρασμένοις. Τινὲς δὲ, τὸν ὅμοιον τρόπον ἐπιχειρήσασαι παρεισδύνειν, καὶ τῷ μὴ τυραννίδι μηδ' αὐτοδεσπότῳ κράτει, καὶ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς, ὥσπερ ἐπισκήπτειν, δειλίαν κατεγνω-

VARIÆ LECTIONES.

o ἔλαττον. p γρ. ἡ καινοτομία.

NOTÆ.

36 Confusa est hæc et hians, ut alias quoque oratio, per totam hanc sectionem. Hoc autem vult se scire ubi πράξεις ἀθρόον incubuere eos qui inexspectato terrefacti sunt, non tantum quibus incubuerant, sed et etiam spectatores, cum quiete ferrent, excussisse onus. Illa porro, ἀλλὰ δὲ τοὐναντίον, vel corrupta sunt, vel certe. σόλοικα, ut ἕκαστος et πᾶς ἀνήρ. Mihi sine libris melioribus hæc sunt conclamata : sensum et εὐρυθμίαν extundat qui potest.

σθεῖσαι, θᾶττον ἀνετράπησαν ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων. Τῷ γὰρ καθ' ἑαυτὰς εὐλαβεστέρῳ, εἰς θράσος ἄσχετον καὶ παράβολον τόλμαν ἐξοπλίσασαι, καὶ τοὺς πρὸ τούτου δόξαντας ἐπιεικεστάτους, αὐτῇ συνεφθάρησαν τῇ ἐπιχειρήσει. Πῶς οὖν ἔστι τυχεῖν τοῦ σκοποῦ; τἀναντία γὰρ διὰ τῶν αὐτῶν ὁρᾶται συντετελεσμένα. Ἄμεινον μὲν μηδ' ἀπάρχεσθαι τῶν τοιούτων. Δειναὶ γὰρ αἱ καινότητες, καὶ χωρὶς ἑτέρου λυπηροῦ, θορυβεῖν καὶ πλήττειν διανοίας, καὶ εἰς διαβολὴν καὶ ὕβριν ἐκκαλεῖσθαι τὸ πλῆθος.

A eumdem modum subinferre se attentaverint, nec per tyrannicam quamdam vel arrogatam potestatem, et vim manifestariam, impressionem fulminis in modum facere, tamen sub prætextu timiditatis facillime, etiam ab obviis, subvertuntur. Dum enim naturaliter sibi insitam timiditatem ad audaciam intolerabilem, et præter omnem exspectationem exarmant, etiam eos qui multo moderati prius habebantur, ad primum inceptum perdiderunt. Adeo quæri potest qua ratione finem quis propositam assequatur, cum per easdem causas effectus progignuntur contrarii. Præstitisset certe, ne quidem ab istis incepisse: sunt enim novitates, non accedente aliunde molestia aliqua, ita quodammodo a se compositæ, ad mentem turbandam et de statu suo movendam, ad vulgus hominum inducendum ad calumnias et convicia ingerenda.

ριβ'. Ἐπεὶ δ' ἴσθ' ὅτε χρεία κατεπείγει, καὶ δεῖται πράξεως ὁ προεστηκὼς καινοτέρας, ἂν μὲν μέγα ὄφελος καὶ εὐφροσύνην ἐξ αὐτῆς τὸ κοινὸν εὑρίσκῃ, οὐδὲν δεῖ σκέψεως καὶ μελέτης· ἂν δ' ἄλλως, καὶ λυπηρὰ εἴῃ, λόγῳ μὲν διελθεῖν, ὅπως ἂν ὡς ἄριστα διανυσθείη, οὐ ῥᾴδιον οἶμαι. Τὰ γὰρ κατά τινας ἰδικωτάτας ἑπακολουθοῦντα περιστάσεις, οὐκ ἔνεστιν ἀκριβῶς κοινοτέρῳ λόγῳ, καὶ τῶν ἔργων πόρρωθεν, θηρᾶσαι. Πλὴν ὅ γε καλῶς, ἐν τοῖς προειρημένοις ἐγγεγυμνασμένος, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν ἐπίκουρον ἔχων, μεγάλην εἴσεται δύναμιν συνειλεγμένος.

B 112. Cum interdum necesse sit ut is, qui rebus administrandis præest, aliquid innovet, non est sollicitius exquirendum, utrum inde aliquid vel utilitatis, vel jucunditatis communitati hominum acquiretur. Quod si per molestum id fuerit, non est, opinor, proclive rationem explicare, ut quam optime transigatur. Quæ enim specialiores consectantur rerum instantias, non possunt accurate communi quodam sermone explicari, nec indagari eo qui recesserit longius ab operibus. Verumtamen qui cum laude versatus est in antedictis, et divinum in rem præsentem auxilium præsto habet, magnam facultatem afferet ad illud peragendum.

ριγ'. Ὅπλων καὶ ἀνδρείας καὶ στρατηγίας κραταιότερον καὶ ἀσφαλέστερον νόμιζε τὴν εὔνοιαν τῶν ἀρχομένων. Ταύτης μὲν γὰρ παρούσης καὶ στρατηγούσης, κἀκεῖνα χρήσιμα, καὶ μεγάλην ῥοπὴν πρὸς πάντα παρέχει. Ἀνῃρημένης δὲ τῆς εὐνοίας, ἄμεινον συναναιρῆσθαι κἀκεῖνα. Θᾶττον γὰρ ἐπὶ τὴν μισουμένην ἀρχὴν, ἢ κατὰ τῶν πολεμίων ἐθέλει ταῦτα κινεῖσθαι.

C 113. Armis, fortitudine, exercitu quovis prævalentiorem et tutiorem subditorum benevolentiam arbitrare. Hæc si adfuerit, et agmen duxerit, illa erunt utilia: ista autem sublata, præstaret et illa quoque una tolli. Nam multo citius contra principem invisum, quam contra hostes movebuntur.

ριδ'. Λόγους μὲν ἤλεγξαν δόρατα πολλάκις. Ἡμβλυνε δὲ πολλαχοῦ καὶ λόγων ἰσχὺς, ὀξύτατα πολέμου, καὶ μεγάλων ὁρμὴν διέλυσε στρατευμάτων. Χεῖρες ἄρα μετὰ λόγου, διπλοῦν τρόπαιον. Πόνους ἐλπίδες νευροῦσι, καὶ πόνοι τίκτουσιν ἐλπίδας. Σὺ δὲ ἐξιλεούμενος τὸ Θεῖον, μηδενὸς ἀμέλει τῶν πρακτέων, καὶ καλὰς καὶ μεγάλας ἐλπίδας θερίσεις.

114. Plurifariam consilium hastis cedit, sæpenumero etiam et rationis vis belli procinctus exercitusque hostiles magnos elusit: sint ergo manus cum consilio junctæ, duplex tropæum. Laborem spes roborat, et spem labores progignunt. Tu autem rite Deum veneratus, noli aliquid omittere quod agendum est; ita spem tibi metes et magnam et amplam.

ριε'. Ἐπικουρεῖν ἐν οἷς ἕκαστος ἔχει χρείαν, ἀρχικῆς καὶ ἐχέφρονος διανοίας· μάλιστα δὲ τοῖς ἐν συμφοραῖς περιπεσοῦσι Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων, καὶ ἀείμνηστον συντηρεῖν εἰώθασι τὴν εὐεργεσίαν.

115. Subvenire cujuslibet necessitatibus, animum regium decet et prudentem, ante alios iis qui in calamitates inciderunt. Solent enim illi, ad cætera, æternam beneficii collati memoriam conservare.

D

ριϛ'. Ἡ εὐδαιμονία τῶν ὑπεξουσίων, ἄκραν ἀνακηρύττει σύνεσιν καὶ δικαιοσύνην τῆς ἐξουσίας.

116. Subditorum felicitas summam principis deprædicat cum prudentiam, tum justitiam.

ριζ'. Περὶ ὧν ἂν εὖ πράξῃς, εἴτε ἐν τῷ οἰκείῳ βίῳ, εἴτε ἐν τῷ κοινῷ τῆς πολιτείας, τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι δικαίου τὴν αἰτίαν. Οὕτω γὰρ μᾶλλόν τε αὐτὸν ἐπίκουρον ἕξεις, καὶ θεοφιλὴς εἶναι δόξεις, καὶ κοῦφον σεαυτὸν καὶ ἀλαζονικὸν οὐκ ἐλέγξεις, καὶ τοῦ φθόνου δείξεις περιτεθραυσμένας τὰς ἀκίδας.

117. Deo causam ascribere æquum est eorum quæ prospere gesseris, seu in privata, sive in publica vita. Fiet enim ita ut illum habeas libentiorem, auxiliatorem, et ut Deo dilectus videaris: nec redarguere te quisquam possit, vel levitatis vel superbiæ; sed et invidiæ quasvis acies retusas et anfractas reddes.

ριη'. Ταῦτά σοι ἐκ πολλῶν ὀλίγα (ὦ τῶν ἐμῶν πνευματικῶν ὠδίνων εὐγενὲς καὶ γνήσιον γέννημα) τῆς περὶ σὲ φιλίας καὶ υἱοθεσίας, οἱονεί τινα θεῖα συμβόλαια καὶ ἀρετῆς ἀρχετύπους ἀνατίθημι πί-

118. Hæc e multis pauca, apud te (o tu partus mei spiritualis verum et genuinum gennema) amicitiæ et filiationis tanquam a Deo quædam symbola et virtutis tabulas archetypas, depono, ut dum ad

illas oculos converteris, et te ad ipsas conformaveris et composueris, non difficulter intueri possis et animadvertere, qualesnam illæ sunt actiones, quæ in animo tuo facient puchritudinem efflorescere ; quæque itidem eamdem, veluti maculæ quædam et sordes, in turpem et deformem effigiem solent alterare. Illas dum eluis, has dum inscribis, imaginem tute temet vere vivam et eximiam conversationis secundum Deum ordinatæ exhibebis ; quam et ego lubentissime, et pii etiam omnes, cum et oculis velimus, tum etiam sermone usurpare. Ea propter manus in cœlum extendens, et meum erga te amorem, labores susceptos, divinamque exinde resultantem gloriam suppliciter Deo offerens, votis omnibus postulo, ut secundum spes de te conceptas opere ipso adimpleas admonitiones nostras, et fideliter easdem custodias, ita ut per species singulas præclarorum operum illustris et excellens conspiciare : ut prudentia summa polleas, memoria valeas, fias suavis affatu, moribus suavior, congredientibus amabilis, magis adhuc autem comitibus et amicis : ut de re præsenti quæcunque prudenter valeas statuere, ordinare, et futurum acute prospicere : cautus ad custodiendum, promptus et expeditus ad res magnas aggrediendum, easdemque consummatas possis et eodem statu conservare : ut quod e re tua fuerit, studiose occultes, nec latebris extrahare, sed speculatores et vim facturos discooperias : sis terribilis hostibus, subditis desiderabilis, apud utrosque habeas et venerationem et admirationem : voluptates vincas temperantia, iræ dominere. Sis amicus mansuetudinis, celer in justitia indaganda, impartiarius in distribuendo, constans sententia, promissis fidus, generoso animo in terroribus, meticulosus ad omne contra leges : noli socordiam vel remissionem animi aliquam præferre laboribus et patientiæ justis : sis ad benefaciendum promptus, tardus ad puniendum, amator amicitiæ, inimicitiarum hostis, misericordiæ fons : opinionem de te magnam ne concipias, humilitate te minorem judica, divitias contemne, pauperibus auxiliator, veritatem colito, fœdus cum mendacibus ferire noli : ne dejiciaris animo, si gloriam non assequaris ; sin autem assequeris, noli elatior esse : linguam coerce, aures custodi, tactui et cæteris sensibus moderator assistas non dimovendus, passioni nulli te victum trade, nec prurigine orexium delinitus sis : et ut uno verbo complectar omnia, omnigenæ virtutis et pietatis te exemplar exhibe et delineationem ; neque tuis solum subditis, sed universo mortalium generi, qui vel post te futuri sunt, ut rerum magnarum et præclare gerendarum habeant te egregium admonitorem. Ita autem tibi regnum illud cœlorum in æternum et inexplicabile, in sortem hæreditatis haud auferendæ, in tabernaculum sine successore possidendum, in voluptatem et gaudium supra naturam, planeque divinum, nulla non æternitate perfruendum concedetur.

A νακας· εἰς οὓς ἀφορῶν, καὶ πρὸς ἐκείνους σεαυτὸν σχηματίζων καὶ διαμορφῶν, οὐ χαλεπῶς ἕξεις συνορᾷν, τίνες τε τῶν πράξεων ἀνθεῖν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσιν ὡραιότητα, καὶ τίνες αὐτὴν, ὥσπερ σπίλοι καὶ ῥυτίδες, εἰς αἰσχρὰν ὄψιν καὶ ἀσχήμονα μετασκευάζουσιν. Ὧν τὰς μὲν ἀπαλείφων, τὰς δὲ ἐγγραφόμενος, ἔμψυχον, ὡς ἀληθῶς, καὶ κάλλιστον θεοφιλοῦς πολιτείας σεαυτὸν ἐπιδείξεις ἄγαλμα, καὶ ἡδιστον ἐμοὶ καὶ πᾶσιν εὐσεβέσι καὶ θέαμα καὶ διήγημα. Δι' ὃ καὶ τάς χεῖρας εἰς οὐρανοὺς ἐξαπλώσας, καὶ τὴν περὶ σὲ στοργὴν καὶ τὸν πόνον, καὶ τὴν εἰς Θεὸν ἀναφερομένην δόξαν, ἀνθ' ἱκετηρίας αὐτῷ προτείνας, ἐπεύχομαί σε, τῶν ἐλπίδων καὶ παραινέσεων ἐργάτην δόκιμον, καὶ πιστὸν φύλακα γενέσθαι· καὶ εἷης μοι δι' ἁπάσης ἰδέας κατόρθω-
B μάτων ἐπίσημος καὶ περίβλεπτος, ἄκρος μὲν σύνεσιν, μνήμην δ' ἀσφαλής· ἡδὺς ἐν λόγοις· τοὺς τρόπους ἡδύτερος· ἐράσμιος ἐντυχεῖν· τοῖς ἀεὶ ἐποῦσιν ἐρασμιώτερος· κράτιστος τὸ παρὸν κρῖναι, καὶ ἀγαγεῖν εἰς διάταξιν· ὀξὺς τὸ μέλλον ἰδεῖν· προμηθὴς φυλάξασθαι· ἕτοιμος μεγάλας αὐτουργῆσαι πράξεις· ἑτοιμότερος τὸ κατορθωθὲν διασώσασθαι· δεινὸς μὲν τὸ συμφέρον κρύπτειν, κρείττων δὲ λαθάνειν, δεινότερος δὲ φωρᾶσαι τοὺς ἐπηρεάζοντας· φοβερὸς μὲν τοῖς πολεμίοις· ποθεινὸς δὲ τοῖς ὑπηκόοις· ἀμφοῖν δὲ κοινὸς τὸ αἰδεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι· κρειττων ἡδονῶν· ἥττων σωφροσύνης· ὀργῆς κύριος· πραότητος φίλος· ταχὺς θηρεῦσαι τὸ δίκαιον, ἀδίκαστος διανεῖμαι· γνώμην εὐσταθὴς· ταῖς ὑποσχέσεσι βέβαιος· γενναῖος ἐν φόβοις· ἄτολμος πρὸς
C πᾶσαν παρανομίαν, καὶ μηδεμίαν ῥαστώνην καρτερίας καὶ καλῶν πόνων ἀνταλλασσόμενος· εὐεργετεῖν πρόθυμος· κολάζειν ὀκνηρός· φιλίας ἐραστής· ἔχθρας πολέμιος· ἐλέους πηγή· οἰήσεως μείζων· ταπεινοφροσύνης ἐλαττούμενος· ὑπερόπτης πλούτου· πενίας ἐπίκουρος· ἀληθειαν τιμῶν· ψεύδει μὴ σπενδόμενος· ἀταπείνωτος οὐκ εὐδοκιμῶν, εὐδοκιμῶν δὲ οὐ φυσιούμενος· γλώσσης αὐτοκράτωρ· ἀκοῆς φύλαξ· ἁφῆς, καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσεως, ἀδυσώπητος ἐπιστάτης, καὶ μηδενὶ πάθει ἐνδιδοὺς μηδὲ τοῖς ἐρεθισμοῖς κηλούμενος τῶν ὀρέξεων· καὶ σύμπαν εἰπεῖν, εἷης μοι πάσης ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας, οὐ τοῖς ὑπὸ σὲ μόνον ὑπογραμμὸς καὶ παράδειγμα, ἀλλὰ καὶ τῷ μετὰ σὲ παντὶ τῶν ἀνθρώπων γένει, καλὲ καὶ μεγάλη, καὶ καλὰ καὶ μεγάλα κατερ-
D γαζομένη, παραίνεσις. Δι' ἃ σοι μάλιστα καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν ἀνέκφραστος καὶ ἀΐδιος βασιλεία, εἰς κλῆρον ἀναφαίρετον, καὶ κατασκήνωσιν ἀδιάδοχον, καὶ ὑπερφυῆ καὶ θείαν τρυφὴν, καὶ ἀπόλαυσιν μὴ λυομένην, παρασχεθήσεται.

—

ANGELO MAI MONITUM

De duabus epistolis sequentibus Photii patriarchæ ad Zachariam Armeniorum patriarcham et ad Asutium ejusdem gentis principem, et de variis inter Græcos et Armenios pro religiosa concordia tractatibus.

1. Ut Photii duas ad Zachariam Armeniorum patriarcham, atque ad Asutium ejusdem gentis supremum principem epistolas in hoc volumine divulgarem, causa mihi Nicolai mystici epistola 139 fuit, in qua hi Photii cum Armeniis tractatus, ut vidimus, commemorantur. Epistolæ quidem ad Zachariam testis est etiam Samuel Aniensis, a me olim et a cl. Zohrabo Mediolani editus, in suo *Chronico* ad Christi annum 878 his verbis : *Constantinopoli patriarcha erat Photius, qui nuper ad Zachariam patriarcham nostrum consortii ineundi causa epistolam scripserat.* Quo loco nos editores adnotavimus : *hæc Photii prolixa epistola exstat in codicibus Armeniacis collegii Veneti Sancti Lazari* (1). De altera vero contemporanea Photii epistola ad Assutium principem, verba facit Serposius *Comp. hist.* t. II, p. 44. Hoc ego triplici testimonio admonitus Nicolai, Samuelis, atque Serposii, de Photiani utriusque scripti non exsistentia solum, verum etiam, in aliena saltem lingua, conservatione (etenim Græce neque in Montacutii epistolarum Photii edictione hæ duæ leguntur, neque a me in Hellenicis unquam codicibus observatæ fuerunt) rogavi RR. Patres Mechitaristas, utsi ipsorum commodo ac libito fierit posset, Photianas mecum epistolas communicarent : hique tantam præ se tulerunt benignitatem, ut illarum statim apographum, cum Italica P. Eduardi Hormutii, perdocti viri mihique amicissimi, interpretatione utendum concesserint. Quo accepto munere, nolui equidem occasionem omittere sociandi Photium cum Nicolao, qui familiaris ejus et cathedræ successor fuit : quodque magis interest, gestivi protinus, novum hoc Ecclesiasticæ historiæ additamentum ad publicam notitiam perferre. Est enim hic unus ex tot tractatibus, quibus Græca Ecclesia cum Armeniis instaurare concordiam fideique religiosæ unitatem conata est.

2. Profecto disputationum omnium, quæ inter duas Ecclesias habitæ sunt, seriem non contexam : id enim ad generalem potius religionis historiam pertinet. Video tamen principem fere omnium in hanc aleam descendisse sanctum Proclum, qui sæculo quinto, et quidem ante Chalcedonense concilium vixit, scripta ad Armenios dogmatica epistola, qua illos contra falsas doctrinas communivit. Superest adhuc ipsa epistola inter Procli opera, rei vero historia exponitur apud Galanum t. I, p. 69 et seq. Trullani canones sæculo septimo editi, ob emendandam præsertim Armeniorum liturgiam ac disciplinam, notissimi sunt. En autem octavo sæculo sanctus Germanus I, patriarcha Byzantinus zelum suum pro Armeniorum orthodoxia exprompsit, datis ad eos litteris, ut duplicis in Christo naturæ confessionem, et Chalcedonensis synodi admissionem suaderet : quæ litteræ non exstant quidem, sed carum certa notitia legitur in Armeniorum ipsorum menologio apud Galanum p. 78, nec non in Tarsensi concilio apud eumdem p. 341 (2). Germano tunc omnino consensisse dicuntur Armenii op. cit. p. 77, præsertim quia hunc inter divos numerant. Nunc Photius sequente sæculo curiose narrat quoties Armenii episcopi Chalcedonensem fidem susceperint, atque aliis œcumenicis synodis interfuerint ac subscripserint. Pauloque post Nicolaus mysticus epistolam suam ad Armenios misit, cujus nos Latinum quoque summarium in præfatione n. 14 scripsimus. Utriusque tentaminis exitus nullus fuit, ut de Nicolao nos diximus, de ipso autem Photio Nicolaus ep. cit., quæ valde contradicunt narratis a Serposio t. II, p. 46. Secutæ sunt duodecimo sæculo, post annum 1170, regnante apud Græcos Manuele Comneno, celebres duæ ad Armenios ob religiosam concordiam legationes ac disputationes Theoriani philosophi cum Nersete Claiensi patriarcha, quarum priorem Leunclavius, posteriorem nos in codicibus saltem quinque inventam edidimus. Harum tamen felix exitus patriarchæ morte corruptus videtur : donec quinquennio post res iterum in concilio Tarsensi acriter ventilata ac prope confecta, Manuelis imperatoris similiter obitu, Deo sic permittente, rursus corruit.

3. Sed enim præter hactenus dicta, nova mihi quædam in mss. comperta sunt, quæ integre quidem in alia monumentorum veterum sylloge, ut spero, daturus sum ; nunc tamen summariam ipsorum notitiam delibabo. Etenim circa Christi ann. 1240, regnante Constantinopoli postremo Latinorum imp. Balduino. Nicææ imperatore Græco Joanne Duca Vatatze, renovatum a Græcis tentamen est dogmaticam copulandi cum Armeniis pacem. Scripsit ergo Germanus II, tunc patriarcha Græcus, epistolam ad Constantinum eodem tempori Armeniorum patriarcham, quam ego in codicibus vaticanis legi hoc titulo et initio : Τῷ ὑψηλοτάτῳ καθολικῷ πάσης τῆς Ἀρμενιακῆς Ἐκκλησίας, τῆς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ σοφίᾳ καὶ συνέσει κεκοσμημένῳ κυρῷ Κωνσταντίνῳ, Γερμανὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. Incipit : Ἀγαλλιάσθω ὁ οὐρανὸς, καὶ εὐφραινέσθω ἡ γῆ σήμερον, κ. τ. λ. In ea Germanus commemorat primo Tiridatis et Constantini contemporales domi-

(1) Ab hac Photii dogmatica epistola prorsus distinguenda est Johannis Nicæni episcopi ad eumdem Zachariam epistola, a Combefisio in Auctario B. PP. t. II, p. 297 edita, quæ nonnisi de festorum celebratione agit.

(2) Ergo Germanus I permutari nequit cum Germano II, qui pariter ad Armenios pro concordia scripsit, ut mox videbimus. Etenim Tarsense concilium, in quo verba fiunt de Germano, ante Germanum secundum fuit.

nationes : atque hunc miraculo visæ crucis conversum, et a beato Silvestro per baptismatis aquas lepra mundatum, illum vero prædicatione S. Gregorii e vitiorum cœno vitaque belluina ereptum : atque hos ambos reges religionis communione concordes, suis unumquemque populis orthodoxam Christi doctrinam tradendam curasse Et Armenios quidem prioribus tribus œcumenicæ auctoritatis conciliis assensum suum præbuisse : deinde tamen diaboli fraude deceptos in pestiferam hæresim incidisse, qua unicam in Christo naturam ex deitate et humanitate concretam affirmantes, universam incarnationis œconomiam pessumdederunt. Sic enim Christus neque æterno Patri suo qui nihil humanitatis habet, neque Virgini Matri quæ vicissim deitatis est expers, foret consubstantialis. Frustra autem Armenios objecisse orthodoxis Christi in duos divisionem : hanc enim Nestorii esse blasphemiam, quem hominem Judæi instar abominatur Ecclesia. Sic autem separatis a catholico corpore Armeniis, alias subinde pravas consuetudines, ecclesiasticæ traditioni contrarias, inter eos, ut fit, obrepsisse. Hæc nos breviter diximus, quæ in Græco textu paulo copiosius scribuntur sic : Διέστησεν (ὁ διάβολος) ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων τοὺς Ἀρμενίους ἀδελφὰ φρονοῦντας τὸ πρότερον, οὐ διάστασιν σωματικὴν (μικρὸν γὰρ τουτὶ τὸ ἀδίκημα), ἀλλὰ ψυχικήν· συνδιέστησε δὲ καὶ ἀπὸ Χριστοῦ, οὐχ ὅτι διιστῶσιν αὐτοὶ εἰς Χριστοὺς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν (τοῦτο γὰρ τὸ δόγμα τσῦ ἀντικειμένως ἔχοντος πρὸς αὐτοὺς Νεστορίου, ὃν καὶ ἡμεῖς ὁλοψύχως ἀναθέματι αἰωνίῳ καθυποβάλλομεν, ὡς ἕνα τῆς τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῆς), ἀλλ' ὅτι τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν συγχέουσι τολμηρῶς· ὡς μήτε τῷ προαιωνίῳ Πατρὶ, μήτε τῇ ὑποχρονίῳ Μητρὶ ὁμοούσιον νοεῖσθαι καὶ συμφυῆ τὸν Υἱόν· οὔτε γὰρ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ὁ Πατὴρ, οὔθ' ἡ Μήτηρ τοιαύτη· δεῖ δὲ τοῖς ὀρθῶς φρονοῦσιν ὁμοφυῆ τοῦτο κηρύττειν τῷ Πατρὶ καὶ ἡμῖν· οὐ κηρυχθήσεται δὲ οὕτως, εἴπερ αἱ δύο φύσεις εἰς μίαν κραθεῖσαι συνηνέχθησαν, ἀλλ' εἰ σώζοιντο ἀσύγχυτοι ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ Χριστῷ· αὕτη μὲν πρώτη αἰτία τῆς διαστάσεως· καὶ τῆς κοινῆς ὁλομελίας τὸ καλὸν τοῦτο μέλος τῶν Ἀρμενίων ἀποκοπὲν μακρὰν ἀπερρίφη· μέλος δὲ πὲν τῆς ὁλότητος ἐκτμηθὲν, πολλοῖς περιστοιχίζεται μετὰ τὴν ἐκτομὴν τοῖς κακοῖς, μελαίνεται, σήπεται, δυσωδίας ἐκπέμπει, σκώληκας ἀναβράττει· οὐ γὰρ ἐπὶ μόνῃ τῇ πρώτῃ αἱρέσει ἡ τῶν Ἀρμενίων Ἐκκλησία παραμεμένηκεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προσεξεύρηκεν ἔθνη ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἐναντιούμενα παραδόσεσι.

4. Transit mox Germanus ad Haitonis Armeniorum regis, nec non patriarchæ eorumdem Constantini laudes, qui de instauranda fidei concordia sincero, ut sperat, affectu laborabant, missis ad Græcos legatis Theodoreto hegumeno, et Bssilio monacho : qua ex re speque Germanus (sede sua tunc pulsus et errans) plus gaudii se percepisse affirmat. quam si Constantinopolis Latinorum per id tempus tyrannide, ut ait, oppressa, ad Græci Cæsaris jus reversa fuisset. Porro tantam se suscepisse de Armeniorum conversione fiduciam dicit, ut, etsi nullas a Catholico receperat litteras, ipse tamen fretus Antiocheni patriarchæ testimonio, qui ejus rei obses erat, nec non Theodoreti monachi affirmatione, negotium occepisset, misso ad Armenios Melitenes metropolita ; quem nunc ad se cum aliquot ejus gentis episcopis remitti postulat, ut de Catholici regisque circa rem tantam voluptate certior fiat.

5. Acceptis Germani litteris respondit Constantinus Armenius, perscripta fidei suæ formula seu libello, qui etsi in diverso Vat. longeque dissito exemplari legitur Armeniace atque Latine, eum nihilominus ad hanc tractationem pertinere, manifestum ex titulo fit, qui ita se habet : *Confessio brevis Armeniorum fidei, tradita a sanctis Patribus et recepta ; scripta vero ad sanctogenitum patriarcham Constantinopolitanum. præcepto Constantini catholici Armenorum.* Versatur hæc confessio in expositione mysteriorum sanctissimæ Trinitatis, et Christi Jesu incarnationis, vitæ, mortis, resurrectionis, atque in cœlum reditus. Est autem universa locutio hujusmodi, ut catholico passim sensu intelligi posse videatur : quanquam duarum diserte naturarum, nedum definitionis Chalcedonensis, mentionem omnino vitat, et quibusdam præterea particulis æquivoca fortasse sententia subest. Cæteroqui Constantinus passam et mortuam Christi humanitatem dicit, immortalem divinitatem : Spiritum sanctum a Patre procedentem : corpus Christi datum nobis in cibum, et ejus sanguinem hostiam pro peccatis : Athanasii magni auctoritatem bis laudat, ad symbolum ejus, ut plane apparet, respiciens. Certe hic Constantinus apud Romanum pontificem Gregorium IX habitus est orthodoxus, qui pallium et alia ornamenta ad eum misit cum pacificis litteris, quæ sunt apud Rainaldum ad Christi annum 1239, n. 82.

6. Antequam hic Constantini libellus fidei ad Græcos perveniret, mortem cum vita Germanus I[1] patriarcha commutavit : itaque nonnisi a patriarchali clero et episcoporum cœtu suscipi potuit, qui eo lecto, epistolam vacante sede rescripserunt, in codice Vaticano superstitem, hoc titulo et initio : Γράμμα ἀποστολικὸν πρὸς τὸν λίβελλον τῆς τῶν Ἀρμενίων Ἐκκλησίας, τὸν ἐκ προσταγῆς τοῦ καθολικοῦ τῆς τοιαύτης Ἐκκλησίας κυροῦ Κωνσταντίνου γραφέντα πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην κῦριν Γερμανὸν, ἐκτεθὲν μετὰ τὴν ἐκείνου πρὸς Κύριον ἐκδημίαν παρὰ τῶν ὑποκειμένων τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερέων. — Ὁ τὴν ῥηγικὴν ἀνεζωσμένος ἀρχὴν τῆς τῶν Ἀρμενίων γενεᾶς, κ. τ. λ. *Responsio ad libellum Armeniacæ Ecclesiæ jussu catholici ejusdem Ecclesiæ domini Constantini scriptum ad sanctissimum patriarcham dominum Germanum. Facta est autem hæc responsio post illius ad Dominum transitum, a subjectis Constantinopolitanæ sedi episcopis.* Incipit: *Qui regalem dignitatem apud Armeniorum gentem obtinet*, etc. Et libellum quidem Armenii patriarchæ allatum sibi aiunt Græci a Gregorio metropolita Isauriæ, eumdemque paulo fortasse obscurum et sensuum profundidate abstrusum, verumtamen charitati scrutanti pervium, appellare videntur. Quamobrem ipsi vicissim recitata mox sua luculenta fidei professione, ad eamdem Armenios invitant, atque ad omnimodam concordiam dogmatum stabiliendam. Ergo septem synodorum (inter quas Chalcedonensis) sum-

mam exponunt a quibus tanquam totidem tubis sacerdotalibus profanæ Hierichuntis, id est hæreseum, mœnia prostrata fuisse aiunt. Deinde gratulantur quod jam in libello sic loquantur Armenii, ut appareat eos a Chalcedonensi synodo non dissidere : Οἴδατε γὰρ καὶ ὁμολογεῖτε τρανῶς μεθ' ἡμῶν τὴν ἐκ δύο φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, συντεθεῖσαν μίαν ὑπόστασιν Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δοξάζετε ἕνα Υἱὸν καὶ Θεὸν, ἑνωθέντα σαρκὶ ἐμψύχῳ, νοερᾷ τε καὶ λογικῇ κατὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ ἀσυγχύτους τὰς φύσεις, καὶ ἔτι μένειν τὰς συνελθούσας καὶ ἀποτελεσάσας τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ· ἡμεῖς γὰρ τὸν φρενοβλαβῆ Νεστόριον δυάδα υἱῶν φληναφήσαντα, καὶ τὴν Ἀειπαρθένον Θεοτόκον, Χριστοτόκον καλέσαντα, καθυποβάλλομεν ἀναθέματι· ἀλλ' εὖ γε ὑμῖν, ἀδελφοί, ὅτι καὶ τοὺς τῆς τετάρτης συνόδου καρποὺς, οὓς τὸ πρὶν ὡς ὄμφακας ἀπεπτύετε, νῦν ὡς ὡρίμους καὶ ἡδυτάτους προσίεσθε · εἴθε δὲ καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ δένδρου σκιὰν τοῦ ἐκβλαστήσαντος τοὺς τοιούτους καρποὺς ἴδοιμεν καθημένους ὑμᾶς σὺν ἡμῖν· τὸ γὰρ ἀσύγχυτον τῶν ἐπὶ Χριστῷ δύο φύσεων συνελθουσῶν, καὶ το ἐνιαῖον τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἐν τῷ λιβέλλῳ ὑμῶν γραφόμενον εὕρομεν, καὶ θαῤῥοῦμεν ὅτι καὶ τὴν κρᾶσιν, καὶ τὴν φύρσιν, καὶ τὴν σύγχυσιν τὴν τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν συγκιρνῶσαν φύσιν, μεθ' ἡμῶν καλῶς ἀποβάλλεσθε · καὶ αὐτοὺς τοὺς ταύτην παραδιδάξαντας, τόν τε ἄνουν Διόσκορον καὶ τὸν Εὐτυχέα τὸν δυστυχῆ, οὓς ἡ ἐν Χαλκηδόνι δ' σύνοδος τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα Πατέρων, σὺν τῷ ἁγίῳ πάπᾳ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης Λέοντι τῷ θεόφρονι, τῷ ἀναθέματι παραδέδωκε. Constat autem, Armeniorum errores in quarta præsertim, quinta, sextaque synodo fuisse damnatos, quæ contra Monophysitas, Synusiastas, Synchyticos et Monothelitas celebratæ fuerunt. Et quidem Græci diserte adnotant a sexta synodo quartam fuisse firmatam. Ergo quia jam Armenii quartæ synodi fructus se gustasse, quos antea respuebant, confessione sua demonstrarunt, hortantur eos Græci ut sub ipsius arboris umbra, id est sub ejus synodi auctoritate, requiescere demum velint : quo dicto innuunt, nondum Armenios publicum et manifestum Chalcedonensi synodo assensum præbuisse ; quæ est prope æterna ejus gentis calamitas et miseria; gentis dico quatenus est schismatica, et monophysismo laborans; partem enim ipsius catholicam, et cum Romano pontifice consentientem, semper excipio. Deinde epistola non sine causa attingit septimam quoque contra Iconomachos synodum ; namque Armenios hac etiam hæresi fuisse aliquando afflatos, narrat Nicetas Choniata in *Historia* lib. II, 3. Renovata postremo ad plenam nullo articulo excepto orthodoxiam adhortatione (εἰ οὖν ἀδελφὰ καὶ ὑμεῖς φρονεῖτε ἡμῖν, τὴν κατὰ Χριστὸν ἡμετέραν ὁμοίωσίν τε καὶ μόρφωσιν, ἐν πᾶσι τοῖς ἡμετέροις θεοπαραδότοις θεσπίσμασι καὶ ἱεροῖς ἤθνεσιν ἑαυτοὺς ἀναμορφώσατε, καὶ πᾶν τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληρώσατε, καὶ τὸ περιττεῦον καλῶς περιέλετε), aiunt Græci mitti ab se ad Armenios Joannem Melitenes episcopum, cum Joanne altero Constantinopolitanæ Ecclesiæ logotheta, qui verbis Græcæ synodi coram agant pro demortuo nuper Germano, cujus in sedem nemo adhuc successerat.

7. Tertia demum epistola missa est anno 1248 ad Haitonem Armeniæ regem a Manuele II patriarcha, qui post trimestre Methodii II regimen, Byzantinam cathedram insederat. En epistolæ titulum et initium : Ἐπιστολὴ πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Μανουὴλ πρὸς τὸν ῥῆγα Ἀρμενίων κῦρι Χεττούμιον, καὶ πρὸς τὸν σφῶν καθολικὸν κῦρι Κωνσταντῖνον, καὶ πρὸς ἅπασαν τὴν Ἐκκλησίαν αὐτῶν, πάλιν ἐκ τρίτου, περὶ τῆς μεθ' ἡμῶν ἑνώσεως τῶν Ῥωμαίων, ἔτους, ,ζψνς'. ν' ς', id est Græcorum anno 6756, Latinorum 1248, indictione sexta. Incipit autem : Πανευτυχέστατε, πανευγενέστατε, πανενδοξότατε, πατυψηλότατε, περιώνυμε ῥῆξ τοῦ ἀνδρικωτάτου καὶ μεγαλοδυνάμου γένους τῶν Ἀρμενίων, τρίτον ἤδη γράμμα τῇ μεγαλουργοτάτῃ ῥηγικῇ σου ἐπιστέλλομεν ἐξουσίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς εὐγενεστάτοις, κ. τ. λ., τῷ τε σοφίᾳ, κ. τ. λ., ὑπερυψήλῳ καθολικῷ τῆς τῶν Ἀρμενίων Ἐκκλησίας, κ. τ. λ. Ipse autem patriarcha Manuel (ut supra Germanus) ita epistolæ subscribit : Μανουὴλ ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. *Manuel miseratione divina archiepiscopus Constantinopoleos, novæ Romæ, et œcumenicus patriarcha.* Prolixa est hæc quoque epistola in qua primo preces ad Deum flunt ut Armeniorum regem sua gratia illuminet, quo is pariter genti suæ facem præferat ad dignoscendam fidei orthodoxiam ; quæ verba, ut reor, denotant nondum regem ejusque gentem ad plenam veritatis lucem venisse. Monophysismi quoque et monothelismi denuo fit confutatio, cum lucida ac theologica incarnationis Dominicæ et vitæ expositione. Memorantur patriarchæ Antiocheni Græci (erat enim Armeniorum Ecclesia in patriarchatus Antiocheni jure) litteræ ad Græcum imperatorem et ad Germanum II olim patriarcham, quæ negotium concordiæ urgebant ἀπειρέργως πάντη καὶ ἀδόλως *sine ulla tergiversatione aut dolo* faciendæ : quas Antiocheni litteras attulerant monachi Theodoretus et Blasius. Exin præteritorum tractatuum historia contexitur; nempe quod Germanus, acceptis iis litteris, Melitenensem metropolitam in Armeniam legatum ire jussisset; quodque Armenii vicissim suæ fidei libellum misissent, mortuo interim patriarcha Germano. Tum vacantis ecclesiæ clerum et imperatorem, libello lecto, misisse in Armeniam iterum Melitenensem episcopum, cum prælato alio, et cum illis litteris quas nos secundas diximus, et paulo ante summatim retulimus. Quid inde porro secutum sit, dicit nunc Manuel patriarcha, nempe Armenios vana verba legatis dedisse, scilicet nihil confieri posse, quia patriarcha eorum procul aberat in arce Romela ad Euphratem, sine cujus simulque gentilis synodi auctoritate perfici unio non poterat. Igitur post hanc alteram legationem, ac futile Armeniorum responsum, aliquot annos decurrisse (nimirum ab anno circiter 1241 usque ad 1248) ; donec iterum Armenii ad Græcum imperatorem scripsisse videntur de negotio concordiæ: quam Græci ut absque diuturniore mora conficerent, tertiam nunc legationem mittunt, nempe Melitenensem prædictum, et Philadelphiæ metropolitam Phocam,

ad firmandum denique, si fieri posset, religiosum fœdus, ita tamen ut de quibusdam capitulis Armenios antea interrogarent, quæ valde intererat utrum ipsi admitterent necne. Hortatur denique Manuel patriarcha Haitonem regem ejusque gentem, ut memores orthodoxi Tiridatis et veterum Armeniæ episcoporum qui tribus prioribus conciliis interfuerant, in fidei unitatem cum catholica antiquitate conspirent.

8. Ex his, quæ hactenus disputavimus, perspicue constat præcipuam Armeniorum hæresim in hoc verti, quod *neque duas in Christo naturas profiteri volunt, neque synodum Chalcedonensem, epistolamque sancti Leonis PP., quæ id dogma definiit, admittere.* Quatuordecim igitur jam prope sæcula effluxerunt, ex quo pars Armeniorum maxima in prædicta secta doctrinæque perversitate versatur; Græcorum autem ad insinuandam orthodoxiam, revocandamque concordiam conatus plerumque irritos vidimus. Latinorum tamen paulo feliciores tractatus cum Armeniis fuisse scimus: ecce enim gentis ejus mediocris numerus, Dei gratia electus, abjecta illa quam designavimus hæreseos tessera, cum Romano pontifice, id est cum catholica Ecclesia, unitatem fovet. Qui utinam fortunatarum Deoque dilectarum animarum numerus magis magisque in dies augeatur! quam rem haud inani fortasse neque infirma spe nos auguramur.

EPISTOLA IX.

Ad Zachariam patriarcham Armeniorum.

Edita ab Ang. Maio (Specileg. Rom. t. X, p 449-459).

Illustri atque omni genere virtutum fulgenti, dilectissimo domino nostro Zachariæ, viro apostolico, et magni Thaddæi apostoli ac beatissimi sancti Gregorii sedem tenenti, magistro atque inspectori regionis Ararat, populi borealis primati, magno pastori exercituum Ascenez (3), *in pontificali eminentia constituto, et pignus futuræ inter angelos remunerationis habenti, Photius archiepiscopus Constantinopoleos, novæ Romæ, salutem sanctitati vestræ dicit.*

1. Plurimas Deo gratias egimus, cujus beneficio nobis contigit, ut sanctitatis vestræ epistolam, quæ catholicæ vestræ fidei nuntia est, reciperemus; atque ut in ea, tanquam in theologiæ sole, verbis quidem parca, sed doctrinis ubere, spiritalis concordiæ studium cerneremus. Quod autem de concilio Chalcedonensi scribitis vos dubitare, ipsumque suspectum habere, propterea quod fama dicta sit, id cæteris orthodoxis conciliis adversari; ita tamen ut subjungatis, vos omnino neque Jacobi Zanzali, a quo Jacobitæ, neque Juliani Halicarnassensis, neque Petri Antiocheni, neque Eutychis discipulos esse, sed sancti Gregorii martyris et confessoris ac borealium omnium populorum illuminatoris, id, inquam, magna nos lætitia cumulavit. Cum enim tanti doctoris alumni sitis, prorsus non decet, vos mentis vestræ consilia sequi, sed illam potius amplecti sententiam, quam sacræ Litteræ suadent; neque illorum falsam cavillationem pensi habere, qui Scripturam sacram pro sua opinione depravant, inconstantibus hominum animis fucum facientes; veluti olim pseudoprophetæ, qui ex suæ mentis arbitrio, non ex Dei voluntate loqui solebant.

2. Age vero nos diligenti vestigatione comperimus, anno adamussim quinto decimo post sancti Isaaci ex hac vita ad Christum Jesum discessu, coactum fuisse Chalcedonense concilium; quo anno sanctus Vardanus cum exercitu suo in Ardacensi provincia martyrium fecit, sedem episcopalem tenente Josepho ex Leontii (4) sodalibus uno. Quam ob rem Armenii Persarum incursione vexati, ei concilio interesse non potuerunt; atque hinc accidit, ut verax concilii ejus relatio ad eos non devenerit. Nihilo tamen minus Armenii concilio illi non sunt adversati, imo auctoritatem ejus agnoverunt usque ad Devinense conciliabulum, per annos 106 (5), nempe a secundo Marciani anno usque ad Justiniani decimum, et Nersetis catholici Ascitaracensis sextum, qui Devinense prædictum concilium congregavit (6), Persis in Armenia

(3) Si Ascenez sunt Armenii, ut apparet etiam ex Hieremia II. 27, vana est conclusio disputationis Calmeti ad Genes. X, 3, qui Ascenez definit esse populos Ascanticos circa Tanaim. Gravius adhuc allucinatur Combefisius in adnotationibus ad Joannis Nicæni epistolam (de qua nos retro p. 441) qui vocabulum *Azat* de Armeniis dictum, existimat interpretandum esse ἀσκητάς, *religiosæ vitæ homines;* cum contra *Azat* Armeniace significet *liberæ conditionis homines* seu *optimates.*

(4) Leontius insignis apud Armenios illius temporis sacerdos, qui cum cæteris necem illam gloriosam a Persis passus est, quam luculenta historia narravit Armenius Elisæus.

(5) Cod. mendose 74.

(6) Galanus quidem, Villottus, et Lequinius, freti historicis Armeniis aliquot, quorum notitia ad eos pervenit, Devinense conciliabulum in Nersetis Ascitaracensis patriarchatu collocant. Sed tamen veraciores et graviores historiæ nostræ scriptores, rem illam in Abraham I patriarchatu peractam dicunt; qui anno 554 electus fuit, et Cyrioni Iberorum patriarchæ adversari cœpit Chalcedonensis concilii defensori; ideoque prædictum conciliabulum celebravit, ut Cyrionem excommunicaret, atque unam esse decerneret Christi Jesu naturam, et denique trisagii notissimum illud additamentum canijuberet. Constat insuper librorum hæreticorum apud Armenios interpretationem, quam Photius in epistola memorat, sub Abrahamo patriarcha fuisse curatam, Syrum vero Abdiscium a Nersete haud quidem Ascitaracensi sed Scinogho fuisse consecratum, qui nonnisi anno 640 ordinatus fuit, et pseudosynodum Devini convocavit. Quia ergo, prout sana chronologia tradit, Chalcedonense concilium anno 451 habitum est, quo adamussim anno Vardani sociorumque ejus martyrium contigit, sequitur ut Devinense conciliabulum ad annum post Chalcedonense 144 referendum sit. E. Hormutius.

regnantibus, decimo quarto Chosrois imperantis anno ; usus ad eam rem ministro Abdiscio Syro, qui de Sassane monasterioque Sareptæ cum sociis advenerat : hique ordinati sunt a Nersete episcopi, admiseruntque Dioscorum, et Flavianum civitatis Nabuchi (7) episcopum, ac Timotheum Alexandrinum cognomento Ælurum : iidemque libros varios in Armeniacam linguam transtulerunt, insertis multis contra Chalcedonense concilium calumniis (8). Hi idcirco postremorum interpretum titulo indigitantur.

3. Ergo Armenii istorum doctrina imbuti unam Jesu Christi hominis ac Dei naturam agnoverunt, et trisagio verba *qui crucifixus es* addiderunt; quod studiose fecerunt, ut Chalcedonensi concilio et quinque patriarchis contradicerent : atque ita a Græcorum communione, indicto his anathemate, recesserunt. Ea res Persarum regem magno gaudio affecit, quia nempe Armenios a Græcorum auctoritate recessisse videbat : quare collaudato Nersete, filium suum, prout promiserat, in adoptionem ei tradidit, et Armeniacæ provinciæ vectigalia administrationi ipsius et faventium ei episcoporum permisit. Attamen anno 16 æræ Armeniacæ (9) Vardanus Mamiconensis Surenam interfecit, provinciæ Armeniacæ pro Persarum rege præfectum, injuriæ impatiens, quam Surenas optimatibus intulerat, ablatas his dignitates ad episcopos transferendo : quo patrato facinore, ipse cum suis cognatis multisque opibus ad Græcos profugit.

4. Justiniani imperantis anno 17 (10), dum is sanctæ Sophiæ templum exstrueret, ipso sanctissimæ Crucis festo die, Vardanus communicare Græcorum sacris recusavit, dicens eam sibi rem per institutores suos non licere (11). Tunc imperator multorum episcoporum magistrorumque convocari concilium jussit, centumque et triginta homines Constantinopoli convenerunt. Hoc quintum concilium dicitur ; cui Armenii quoque interfuerunt, et Chalcedonense concilium se admittere scripto testati sunt. Præterea cum Musceghus Mamiconensis Græcorum Armeniorumque copiis sociatis, Chosrois Persarum regis potentiam fregit, atque ab ipso rege non sine honore dimissus ad Mauricium imperatorem rediit, oborto forte de rebus sacris sermone coram imperatore, hic novum concilium indixit, ad quod episcopi Armenii 21, Græci autem 160 (12) concurrerunt ; idque sextum concilium appellatur : in quo rursus Armenii, quæstione instituta, Chalcedonense concilium scripto suffragio comprobaverunt sub Mose gentis catholico.

5. Postremo cum Heraclius imperator relata de Persis victoria Carinam (quæ est Erzerum) venit, Armeniorum catholicus Esdras multos gentis suæ episcopos, nec non Syros complures convocavit ; a quibus ventilata accurate controversia triginta diebus, denuo consenserunt Armenii sponte sua, cogente nemine, ut concilium Chalcedonense scripto firmarent (13). Quod vero ad Johannem Mairacomensem attinet, is quidem Sabellii Petrique Antiocheni morbo correptus, mentes omnium furore conturbabat. Quam ob rem regnante Constantio Heraclii filio, patriarcha Nersete qui dicitur Scinoghus, Diodoro autem Restunio principatum Armeniorum tenente, hujus improbi hominis candente ferro frons signaculo vulpis notata fuit, atque ita infamatus ad Caucasi cautes relegatus est. Verum is post Nersetis obitum reversus in Armeniam, voti sui compos est factus, præcipue post conversum in Armeniacam linguam Juliani Halicarnassensis librum (14) Sergii opera in synodo Manazacertæ. Atque hinc doctrina sua confirmata, aligero prope cursu universam regionem vestram pervasit.

6. Jam vero vestra prudentia plane intelligit, quod si tantus episcoporum numerus Chalcedone convenit ut errores confirmarent, haud ipsi tantummodo forent vituperandi, verum et orbis totus qui ipsorum sententiæ assensus est. Attamen vos pro virtute vestra cavete ne decipiamini. Namque infirmi quidem homines instabiles atque rudes, credulitate laborare solent et fraudibus decipi ; sapientes vero fallacias hujusmodi auribus aversantur.

Postea Photius Christianæ religionis origines et incrementa paulo fusius narrat, Græcam gentem præcipue dilaudans ob variam humanarum litterarum scientiam, quæ veræ recipiendæ religioni viam stravit ; atque ob tot ejus doctores catholicos, quos appellat : nominatimque Constantinopolim celebrat tuanquam novam Jerusalem. Cæteroqui de patriarchatuum aliquot origine malitiose et procul omni veritate loquitur. Hanc nos epistolæ Photianæ partem, nulla rerum novitate utilem, ob arctatum libri nostri spatium non invit, omittimus : atque ad controversiam cum Armeniis properamus, quæ et tunc et omni tempore duplex fuit de admittenda videlicet Chalcedonensis concilii auctoritate, et de credenda verbisque profitenda duplici in

(7) An *Nabachi?* Certe apud Assemanum Bibl. orient. t. II, p. 244, legimus, Dioscori Nabachæi opera catholicum Libani ducem, gente Maronitam, Jacobiticis erroribus infectum fuisse.

(8) De plurimis inter Armenios propagatis erroribus diu multumque loquitur Isaacus ipsorum catholicus apud Combefisium *Auct.* B. PP. p. 318-415.

(9) Initium æræ Armeniacæ, apud Samuelem Aniensem in *Chronico*, sumitur a Christi anno 554.

(10) Corruptas sæpe in hac epistola numerales notas comperimus. Vir cl. Invernitius in *magni Justiniani vita* p. 122 seq. narrat ab hoc imperatore impensam fuisse operam templo sanctæ Sophiæ ædificando vel potius instaurando, annis sui imperii secundo et quinto, et undecimo demum solemni ritu dedicatum.

(11) Contraria his referuntur in Armeniorum historiis, nempe Vardanum sub Justiniano II, seu Rhinotmeto, venisse Constantinopolim, ibique in sanctæ Sophiæ templo cum sociis suis Græcorum sacra frequentasse. E. Hormutius.

(12) Minor veritate numerus hic videtur, culpa, ut reor, amanuensis.

(13) Confirmatur hoc a *Chronico Armeniaco* apud Galanum t. I, p. 186.

(14) Intellige præcipue opus pro hæresi Incorrupticolarum, quod Juliani scriptum refutat Severus Antiochenus apud nos in hoc ipso volumine. Sergii autem interpretis meminit ill. et rev. Suniæ archiepiscopus in suo egregio *Conspectu histoiær litter. Arm.* p. 40.

Christo natura. Quod enim Armenii heterodoxi Chalcedonense concilium ad hanc usque diem respuunt, in causa jam non est facti historici ignorantia aut error, sed ipsa potius hæresis monophysitica, quam a concilio damnatam ipsi retinent a majoribus suis traditam ac propugnant, dum unam pertinaciter in scriptis et confessionibus suis Christi dicunt ; reclamantibus omnibus, qui adversus eos quovis tempore disputarunt, Chalcedonensis synodi defensoribus, ut et in his Photii aliorumque Græcorum epistolis : et in evulgatis aliis a me veterum libris sæpe videre est. Sic ergo pergit Photius.

7. Nunc cum a Domini nostri Jesu Christi nativitate (15) usque ad annum Marciani imperantis secundum anni effluxerint 451 (16) ; et deinde post concilium Chalcedonense usque ad nos, anni 424 (17), mirum est ac prope portentosum, credi a vobis posse, quod populus sanctus, electus atque acceptabilis, qui annis 451 (18) recto cum dogmate Evangelium conservavit, quo veluti copioso fonte perpetuoque flumine orbis terrarum irrigatus est, subito errore abripi se permiserit ; cum is potius hæreticos omnes semper refutaverit, fidemque orthodoxam servaverit. Præterea exploratissimum est omnes homines a prædictis doctoribus (19) evangelicam veritatem hausisse : etenim sanctorum doctorum quos supra laudavimus libri per orbem diffusi fuere, qui Christi divinitatem aperte asserunt. Ergo a sancto Nicæno concilio initium capiamus, cujus breviter argumentum exponemus, et cum Chalcedonensi conferemus, ut appareat num cum illo hoc consentiat, ejusque vestigiis insistat, an adversetur potius vel repugnet.

8. Beatus Epiphanius octoginta recenset hæreses, viginti quidem ante Domini nostri incarnationem, post hanc autem sexaginta. Attamen haud opus fuit universali concilio ob illas exstinguendas, quia videlicet sancti Ecclesiæ doctores omni tempore, una cum nonnullis episcopis, eas profligaverant, ac veritatis oraculis tanquam lapidibus obruerant. Igitur impius ille princeps, qui deitatem ambiens, thronum suum supra nubes statuere dixit, seque Altissimo parem esse, cum Evangelium citato cursu per quatuor mundi plagas, nemine obstante, pervagari cerneret, livore tactus, currum ipse quoque sibi machinatus est quadriformem, contra evangelicam quadrigam, quatuor scilicet rotas ex hæresibus quatuor componens, quarum duæ adversus sanctissimam Trinitatem blasphemias evomunt, reliquæ duæ contra Servatoris incarnationem, sicuti scriptum est : *Posuerunt in cœlum os suum, et lingua eorum transivit in terra* [6]. Scilicet convicium sacrosanctæ Trinitati fecerunt, Verbumque ob mundi salutem in terras delapsum, atque ejusdem incarnati œconomiam calumniati sunt. Causa autem illis erroris perniciosi fuit, ipsorum stultitia affirmantium unam naturam, unamque hypostasim, id est personam. Reapse Sabellius Libycus etsi unam sacratissimæ Trinitatis naturam profitebatur, personas tamen in unum confudit, seque in barathrum perditionis conjecit, quia confusionem mistionemque invexit atque alterum Judaismum. Arius contra Alexandrinus, æque ac tres in sanctissima Trinitate personas, naturam quoque subdividere nisus est in tres diversas differentesque substantias ; consequenterque a veritate devius, creatum a Patre Filium dixit non genitum.

9. Cum sic igitur a Sabellio et Ario Ecclesia Dei turbaretur, anno post Domini nostri Jesu Christi magni Dei nativitatem 325 (20), Constantini imperantis 19 (21), sancti Patres convenerunt Nicææ, adfueruntque ibi patriarchæ, Romæ quidem Silvester (22), Alexander Alexandriæ, Eustathius Antiochiæ, Alexander Constantinopoleos, (23) Macarius Hierolosymorum, Aristaces (24) quoque Armeniorum sancti Gregorii locum tenens : hique simul cum 318 episcopis, Ecclesia cum anathematibus expulerunt Sabellium atque Arium, confessique sunt Filium de Patre genitum et radium substantiæ ejus. Mox de Arianorum secta Macedonius exstitit, Spiritus sancti hostis, quem creatum, non autem emissum neque procedentem a Patre aiebat. Montanus vero aliique Sabellii alumni, majore adhuc impietate sanctissimam Trinitatem ad unicam personam redegerunt. Igitur annis 56 (25) post Nicænum concilium decursis, anno magni Theodosii imperantis III (26), sancti Patres Constantinopoli sunt congregati. Aderant patriarchæ Damasus Romæ (27), Nectarius Constantinopoleos, Timotheus Alexandriæ, Cyrillus Hierosolymorum, Meletius Antiochiæ, sanctusque Nerses

[6] Psal, LXXII, 9.

(15) Photius ait a *gloriosissima resurrectione*. Usus sum hac libertate æram variandi ; secus enim, totus temporum calculus corrueret, vel certe a communi supputatione descisceret.

(16) Cod. 462, quæ fortasse amanuensis Armenii menda sunt hic et alibi. Et quidem anni etiam apud Chronicon Samuelis immaniter variant.

(17) Cod. 484. Atqui Zacharias patriarcha multo ante ann. 896 obierat (quot conficiuntur ex 462 et 434), teste Samuele Aniensi in editione nostra Mediolanensi p. 65, quo in loco idem Samuel memorat hanc Photii epistolam ad Zachariam extremo ejus viventis tempore missam.

(18) Cod. rursus 462.

(19) Apostolis, evangelistis, Justino, Irenæo, Athanasio, Gregoriis tribus Græcis, Gregorio item Armenio, Cyrillis duobus, Ambrosio, Dionysio, Joan. Chrysostomo, Epiphanio, Proclo ; namque hæc nomina recitat Photius in parte epistolæ omissa.

(20) Cod. 345, *a resurrectione*.

(21) Ita recte codex.

(22) In epistola ad Michaelem Bulgarum Photius rectius dicit Silvestrum adfuisse Nicææ, non ipsum per se, sed per legatos suos.

(23) Omittit hunc recte S. Germanus apud nos in *Spicil.* t. VII, p. 19. Photius autem vana ambitione et contra omnem historiæ veritatem, facit hunc patriarcham Constantinopoleos ante Nicænum concilium.

(24) Aristaces hic dicitur Arethas in Nicænorum Patrum catalogo Theodori lectoris apud nos Script. vet. t. X, p. 38, col. 2.

(25) Cod. 74.

(26) Cod. 25.

(27) Nimirum per suos legatos. Pro Damaso mendose prorsus scribitur *Cœlestinus* apud S. Germanum in *Spicil.* t. VII, p. 33. Neque enim Cœlestini ætas id patitur.

receptum fuit Nicænum, ita Chalcedonense tria priora reveritum est ; perspicue apparet hoc cum illis consentire, ac nullatenus esse contrarium. Præterea leges, regulæ, canones, et instituta vel conciliis confirmata fuerunt vel miraculis. Miraculis quidem v. gr. Moysis in Ægypto atque in Erythræo, vel Domini nostri Jesu Christi ægros sanantis, mortuos suscitantis, etc. ; conciliis autem, veluti illo 318 Patrum, et illo 150, quæ unam esse in Trinitate naturam, personas tres, definiverunt, Sabellioque et Ario anathema dixerunt. Ephesi autem Patres docuerunt Mariam Virginem esse Deiparam, Nestoriumque excommunicarunt. Denique in quarto concilio divinum Verbum de Virgine Maria incarnatum affirmarunt, ac Dioscorum cum Eutyche communione Christiana removerunt. Age vero Dioscorus atque Eutyches, cum duo sunt, concilium certe non conflant, neque miracula ediderunt, neque eos quisquam prodigiorum auctoriate fultos vidit ut Eliam atque Elisæum. Cur ergo liceat, omissis 680 episcopis Chalcedonensis concilii auctoribus, quorum multiconcilio quoque Ephesino interfuerant, duobus tantum hominibus fidem adjungere ? Summa hæc certe stultitia foret.

19. Calumniantur præterea prædictum concilium, quasi id opera Pulcheriæ Theodosii, imperatoris sorore, adunatum fuerit, ob ulciscendam Flaviani necem. Atqui hæc mera fallacia est : etenim id concilium Dei voluntate, mandatoque Leonis Romani pontificis, Anatolii patriarchæ Constantinopolitani, Maximiani patriarchæ Antiocheni, ac Juvenalis patriarchæ Hierosolymitani, indictum fuit. Hi enim quatuor patriarchæ una cum 630 episcopis fidei professionem in superioribus tribus conciliis editam confirmarunt, professique sunt unum Dominum Jesum Christum in unica persona et hypostasi, ex duabus unitis naturis, ut os obstruerent Nestorio ac Theodoro et Dioscoro : eumdemque ex duabus naturis dixerunt, ut iis silentium indicerent, qui deitatem simul et humanitatem Jesu Christi non admittunt, et ipsum unica natura constare dicunt.

20. Reapse Arius docuit creatum esse Filium, atque ex Virgine nihil præter corpus sumpsisse ; ideoque unam Verbi creati factique naturam dixit. Sabellius aiebat divinum Verbum apparenter tantummodo, non re vera corpus in mundo sibi circumposuisse ; ideoque et ipse unam naturam pronuntiavit. Petrus Verbum redactum esse in corpus existimavit, atque idcirco unam naturam fassus est. Photinus ac Paulus Samosatensis docuerunt Christum Jesum initium a Maria sumpsisse ; proptereaque et ipsi unam esse illis naturam dixerunt. Eutyches ac Dioscorus opinati sunt Christum Jesum hominis similitudinem tantum gessisse, et per Virginem, instar aquæ per fistulam, transisse ; ideoque unam Jesu Christi naturam affirmaverunt. Julianus Halicarnassensis Christi Jesu corpus impassibile dixit menteque carens, atque ob id unicam naturam credebat. Joannes Mairacomensis et Petrus Fullo Christi Jesu conjunctionem cum corpore ante sæcula factam docuerunt, atque hinc unam esse naturam. Apollinaris vero docuit Christum Jesum humanam animam non assumpsisse, sed ejus locum a deitate teneri : quare et ipse unius naturæ falsum dogma fovit. Sophronius (41) pariter atque Eunomius Jesum Christum humana mente caruisse dixerunt, consequenterque unicam naturam habere. Manes phantasticum Servatoris corbus fuisse, ideoque unicam in eo naturam prædicavit : imo in epistola ad Scythianum narravit, Dei Filium apostolis in monte lucis suæ perpetuæ naturam ostendisse, quia non duas naturas sed unam ex visibili atque invisibili concretam habebat (42).

Hic cessat in Armeniaco exemplari epistola Photii, cujus certe clausulam desiderari exploratum est.

EPISTOLA X.

Ad Asutium principem Armeniorum.

Edita ab Ang. Maio (l. c. p. 460-462).

Illustri, pio, potenti, celsa inter suos dignitate prædito, Asutio magnæ Armeniæ principi Photius patriarcha œcumenicus, per Dei gratiam episcoporum novæ Romæ primus.

1. Magna nobis cura est, ut veritatis notitiam vobis impertiamur, præsertim quia regionem vestram supernæ gratiæ tutela fretam scimus, et cum sancta canonica Ecclesia copulatam, uno excepto articulo quod Deo veritatique contrarium fuisse creditis Chalcedonense concilium, cum id potius depositionem exsiliumque Nestorii confirmaverit, ejusque exsecrabile dogma funditus aboleverit. Etenim quis ignorat laborare stultitia eos, qui Chalcedonense concilium respuunt, prorsusque similes illis fieri qui Domino ac Redemptori nostro conviciabantur cum dæmones expellebat ? Reapse dæmonum principes nihil ab iis differunt, qui dæmones ab hominibus ejicientem vituperabant. Jam vero cum sanctum illud concilium Nestorio ejusque asseclis anathema dixerit, quis jam dubitat ministrum Satanæ esse Nestorium, qui sanctum Ephesi concilium sprevit, seque novæ sectæ fecit auctorem ? Si quartum igitur concilium tertio consentit, cur ei vos maledicitis, atque ut impium traducitis ? Cum alioqui compertum nobis sit amplitudinem tuam Domini frui patrocinio, vosque populum Dei esse, et peregrino quovis dogmate alienum.

(41) Num est Sophronius ille, de quo Photius cod. V ? Hic tamen contra Eunomium potius pro S. Basilio scripsit.

(42) Similis huic locus (quod valde miror) exstat in oratione Joannis Oxniensis contra phantasticos p. 47.

Romanus (32), Cyrillus Alexandrinus, Ioannes Antiochenus, Juvenalis Hierosolymitanus, qui simul cum ducentis (33) episcopis impium Nestorium anathemate perculsum ab Ecclesia exterminarunt. Cyrillus autem Alexandrinus, et Proclus Cyzicenus litteris ad sanctum Isaacum in Armeniam missis (34), causam celebrati concilii eum docuerunt : sanctus vero Isaacus concilii auctoritatem admisit, et Nestorio dixit anathema. Hæc fuerat rota tartarei currus tertia.

14. Posthinc apparuit scelestus Eutyches, Sabellianæ sectæ surculus, qui unam esse dixit deitatis et corporis Jesu Christi naturam : opinabatur enim factam unionem ante sæcula, et corpus de cœlo delatum, non autem ex Virgine captum. Nestorius divinum Verbum negavit natum esse de Virgine, negavit Eutyches Verbum naturam nostram sumpsisse de matre, ac ratione ineffabili et mira cum sua deitate copulavisse. Porro Flavianus nostræ metropoleos patriarcha, re cognita Eutychem jussu Leonis Romani patriarchæ sacerdotio statim atque Ecclesiæ communione privavit. Hic tamen primarium eunuchum, quem sua pestilentia afflaverat, Chrysaphium (35) rogavit, ut pro se ad Alexandrinum Dioscorum scriberet: quod reapse eunuchus præstitit, datis ad Dioscorum litteris, a quo Eutyches in Ecclesiæ gremium fuit receptus. Mox tamen ipse Dioscorus conscientiæ morsibus ictus, timens Ecclesiæ canones (36) et legem excommunicationis, propterea quod depositum ordine hominem et anathemati subjectum recepisset, absque mora postulavit a præcipuo illo in aula eunucho, ut concilium Ephesi indiceretur, haud sane divinæ voluntati conforme, nec Ecclesiæ utile, sed ut patratum a se crimen velaret. Neque vero illic synodico jure se gessit Dioscorus, sed eunucho et militaribus copiis fultus, exsilio et nece Flavianum multavit, Leonis patriarchæ Romani epistolam sprevit, Domnum patriarcham Antiochenum excommunicavit, qui scelus ejus improbaverat : Juvenalem æque patriarcham Hierosolymitanum aspernatus est, prælato his Eutyche, quem uti orthodoxum in honore habuit. Cognita Dioscori fraude, mœsti episcopi dicesserunt in suam quisque regionem atque stationem, mansitque tantum Dioscorus cum Eutyche et paucis aliis, ceu corvus in nido suo, ceu stryx in maceriis, ceu denique titio ardens in nemore. Ergo a magni Cyrilli ætate, et a priore Ephesi sancto concilio usque ad Dioscori conciliabulum anni effluxerunt 18 (37) ; ab hoc autem ad Chalcedonense anni duo (38).

15. Quippe junior Theodosius, tumultu audito quem in Ecclesia Dioscorus concitaverat, cujus late perturbatio propagabatur ; dum magnopere ob eam rem æstuaret, litteras a Leone patriarcha Romano tempestive accepit, qui rogabat imperatorem, ut œcumenicum concilium contraheret, ob firmandam sanctorum veterum Patrum traditionem. Mandavit ergo imperator, ut episcoporum conventus fieret. Sed cum ipse eodem anno obiisset, caruit effectu decretum. Mox tamen successor ejus Marcianus primo quidem anno imperium ad obedientiam composuit, altero autem prædictum propositum exsequendum curavit.

16. Concludendum est igitur, prout jam supra arguimus, nempe quod si cunctæ ecclesiæ annis 451 post salutiferam incarnationem (39) usque ad Chalcedonense concilium in vera religione fideque orthodoxa perstiterunt, et nutricis instar lac in Christo ceu parvulis præbuerunt orbi terrarum, per doctores inclytos de evangelico fonte manans, quæ res toti mundo manifesta est, qui fieri potuit ut a recto tramite, quem semper tenuerant, aberraverint ? Quis credat, quinque patriarchas ad eamdem falsam sententiam atque concilium potuisse divertere ? Quod si hi reapse a vera fide descivissent, sine dubio a Deo derelicti sanctisque locis fuissent depulsi, haud secus quam populus Israeliticus Deo rebellis gloria sua spoliatus est.

17. Nunc jam orthodoxam doctrinam cum illa conferamus Jacobitarum acephalorum, Dioscori Eutychisque alumnorum, qui Christi Dei et hominis unam contenderunt esse naturam, unamque rem putarunt personam esse atque naturam. Certe ex illorum sententia consequitur, ut sanctissima Trinitas non exsistat : nam si Trinitatis natura una est, uti revera est, unam quoque personam esse opus est : atque ita cum Sabellio conspirant, et cum Petro Fullone, ac Joanne Mairacomensi (40). Secus vero, si unum quid sunt persona atque natura, sequitur ut, quia tres sunt sanctissimæ Trinitatis personæ, necessario tres quoque naturæ sint, prout vestratium insana sententia postulat, qui hoc pacto cum Ario, Eunomio, et Macedonio consentiunt.

18. Adde quod contraria contrariis excluduntur, veluti bonum malo pellitur, visum cæcitas perimit ; tenebræ lucem non patiuntur. Ita prorsus in re nostra arguendum est. Si Chalcedonense concilium priora tria non admittit, ergo illis repugnat, eademque abolet. Secus vero si ut a Constantinopolitano concilio

(32) Imo Cœlestinus per Cyrillum præfuit, uti exploratum est, atque ut nos ipsi emendavimus in S. Germano lib. cit. p. 37.

(33) In fragmentis Tusculanis dicuntur CCXL.

(34) Procli antea electi Cyziceni postea Constantinopolitani episcopi exstat dogmatica epistola ad Armenios ; Cyrilli non item, nisi forte est una ex encyclicis.

(35) De Chrysaphii eunuchi cubicularii gratia apud Theodosium juniorem legantur etiam fragmenta Tusculana *Spicil.* t. II.

(36) Confer canonem apostolicum 13, et Nicænum 3, apud nos *Spicil.* t. VII, p. 205, 207.

(37) Cod. 28.

(38) Cod. *quinque.*

(39) Cod. *annis 472 post salutiferam resurrectionem.*

(40) Joannis Mairacomensis crassos errores ab ipsis Armeniis scriptoribus fuisse refutatos, narrat ill. ac rev. archiepiscopus Suniæ op. cit. p. 29, et 42, nec non vir summus I. B. Aucherus in præf. et adn. ad orat. Joan. Ozn.

receptum fuit Nicænum, ita Chalcedonense tria priora reveritum est ; perspicue apparet hoc cum illis consentire, ac nullatenus esse contrarium. Præterea leges, regulæ, canones, et instituta vel conciliis confirmata fuerunt vel miraculis. Miraculis quidem v. gr. Moysis in Ægypto atque in Erythræo, vel Domini nostri Jesu Christi ægros sanantis, mortuos suscitantis, etc. ; conciliis autem, veluti illo 318 Patrum, et illo 150, quæ unam esse in Trinitate naturam, personas tres, definiverunt, Sabellioque et Ario anathema dixerunt. Ephesi autem Patres docuerunt Mariam Virginem esse Deiparam, Nestoriumque excommunicarunt. Denique in quarto concilio divinum Verbum de Virgine Maria incarnatum affirmarunt, ac Dioscorum cum Eutyche communione Christiana removerunt. Age vero Dioscorus atque Eutyches, cum duo sunt, concilium certe non conflant, neque miracula ediderunt, neque eos quisquam prodigiorum auctoriate fultos vidit ut Eliam atque Elisæum. Cur ergo liceat, omissis 680 episcopis Chalcedonensis concilii auctoribus, quorum multiconcilio quoque Ephesino interfuerant, duobus tantum hominibus fidem adjungere ? Summa hæc certe stultitia foret.

19. Calumniantur præterea prædictum concilium, quasi id opera Pulcheriæ Theodosii, imperatoris sorore, adunatum fuerit, ob ulciscendam Flaviani necem. Atqui hæc mera fallacia est : etenim id concilium Dei voluntate, mandatoque Leonis Romani pontificis, Anatolii patriarchæ Constantinopolitani, Maximiani patriarchæ Antiocheni, ac Juvenalis patriarchæ Hierosolymitani, indictum fuit. Hi enim quatuor patriarchæ una cum 630 episcopis fidei professionem in superioribus tribus conciliis editam confirmarunt, professique sunt unum Dominum Jesum Christum in unica persona et hypostasi, ex duabus unitis naturis, ut os obstruerent Nestorio ac Theodoro et Dioscoro : eumdemque ex duabus naturis dixerunt, ut iis silentium indicerent, qui deitatem simul et humanitatem Jesu Christi non admittunt, et ipsum unica natura constare dicunt.

20. Reapse Arius docuit creatum esse Filium, atque ex Virgine nihil præter corpus sumpsisse ; ideoque unam Verbi creati factique naturam dixit. Sabellius aiebat divinum Verbum apparenter tantummodo, non re vera corpus in mundo sibi circumposuisse ; ideoque et ipse unam naturam pronuntiavit. Petrus Verbum redactum esse in corpus existimavit, atque idcirco unam naturam fassus est. Photinus ac Paulus Samosatensis docuerunt Christum Jesum initium a Maria sumpsisse ; propterea atque et ipsi unam esse illis naturam dixerunt. Eutyches ac Dioscorus opinati sunt Christum Jesum hominis similitudinem tantum gessisse, et per Virginem, instar aquæ per fistulam, transisse ; ideoque unam Jesu Christi naturam affirmaverunt. Julianus Halicarnassensis Christi Jesu corpus impassibile dixit menteque carens, atque ob id unicam naturam credebat. Joannes Mairacomensis et Petrus Fullo Christi Jesu conjunctionem cum corpore ante sæcula factam docuerunt, atque hinc unam esse naturam. Apollinaris vero docuit Christum Jesum humanam animam non assumpsisse, sed ejus locum a deitate teneri : quare et ipse unius naturæ falsum dogma fovit. Sophronius (41) pariter atque Eunomius Jesum Christum humana mente caruisse dixerunt, consequenterque unicam naturam habere. Manes phantasticum Servatoris corbus fuisse, ideoque unicam in eo naturam prædicavit : imo in epistola ad Scythianum narravit, Dei Filium apostolis in monte lucis suæ perpetuæ naturam ostendisse, quia non duas naturas sed unam ex visibili atque invisibili concretam habebat (42).

Hic cessat in Armeniaco exemplari epistola Photii, cujus certe clausulam desiderari exploratum est.

EPISTOLA X.

Ad Asutium principem Armeniorum.

Edita ab Ang. Maio (l. c. p. 460-462).

Illustri, pio, potenti, celsa inter suos dignitate prædito, Asutio magnæ Armeniæ principi Photius patriarcha œcumenicus, per Dei gratiam episcoporum novæ Romæ primus.

1. Magna nobis cura est, ut veritatis notitiam vobis impertiamur, præsertim quia regionem vestram supernæ gratiæ tutela fretam scimus, et cum sancta canonica Ecclesia copulatam, uno excepto articulo quod Deo veritatique contrarium fuisse creditis Chalcedonense concilium, cum id potius depositionem exsiliumque Nestorii confirmaverit, ejusque exsecrabile dogma funditus aboleverit. Etenim quis ignorat laborare stultitia eos, qui Chalcedonense concilium respuunt, prorsusque similes illis fieri qui Domino ac Redemptori nostro conviciabantur cum dæmones expellebat ? Reapse dæmonum principes nihil ab iis differunt, qui dæmones ab hominibus ejicientem vituperabant. Jam vero cum sanctum illud concilium Nestorio ejusque asseclis anathema dixerit, quis jam dubitat ministrum Satanæ esse Nestorium, qui sanctum Ephesi concilium sprevit, seque novæ sectæ fecit auctorem ? Si quartum igitur concilium tertio consentit, cur ei vos maledicitis, atque ut impium traducitis ? Cum alioqui compertum nobis sit amplitudinem tuam Domini frui patrocinio, vosque populum Dei esse, et peregrino quovis dogmate alienum.

(41) Num est Sophronius ille, de quo Photius cod. V ? Hic tamen contra Eunomium potius pro S. Basilio scripsit.

(42) Similis huic locus (quod valde miror) exstat in oratione Joannis Ozniensis contra phantasticos p. 47.

2. Attamen ineptos quosdam de hac controversia sermones a vobis scriptos accepimus (43) ; qui certe nullius momenti evadent, nihilque pravæ sententiæ posthinc supererit, cum quartum demum concilium haud secus quam superiora debito obsequio prosequemini. Namque et principalis Roma æque ac nos quarto concilio, ut prioribus, honorem defert : sic item magna Alexandriæ sedes, necnon illa Hierosolymorum, sine ulla querela : denique et consecuta postea concilia quintum, sextum ac septimum. Quis ergo fidei toto terrarum orbe diffusæ resistere audeat ? De qua fide Dominus dixit : *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Cavete igitur ab illorum fraudibus, qui nomine tenus Antichristo differunt, qui mortiferum animabus venenum propinant, dum eas a sancti Spiritus doctrina datisque ejusdem demonstrationibus avertunt.

3. Quippe hi, propter suæ mentis imbecillitatem, Dominum nostrum Jesum Christum, Deum et hominem esse non agnoscunt, id est divina humanaque natura præditum ; atque hac vesania correpti utramque naturam negant. Reapse si illa unica quam confitentur natura simplex est, sine dubio alteram excludunt : sin ex duabus simplicibus est composita, procul dubio harum neutra propriam substantiam retinet, quæ in utraque potius perempta est. Age vero, quænam istorum sententia est ? Num compositam illam naturam, a Patris et Spiritus sancti natura distinctam credunt, an secus ? Si distinctam negant, blasphemia sua obruuntur, quia Patris natura composita evaderet. Sin contra distinctam aiunt, en Filius paterna natura caret : quod qui affirmant, jam apparet quonam se præcipites proruant. Quis vero ex divinis libris demonstrationes hujus dogmatis omnes coacervare queat, quas jam sanctus Spiritus per quartum concilium ceu invicta argumenta, ob firmandam fidem, adversarios profligandos, atque horum dissipanda consilia, exposuit ? Præter quam quod si ad vulgarem hominem hanc epistolam scriberem, multis veritatem verbis opus esset explicare : vestræ tamen amplitudini ac sapientiæ, vestroque veritatis et concordiæ studio, quæ hactenus dixi sufficiunt : præsertim quia ad supremum quoque antistitem vestrum diu nec semel hac de re scripsi (44).

4. Vestram igitur amplitudinem obsecramus, ut sanctis conciliis ducibus, pura in fide pedem figatis, neque a communiore via deerretis, sed in ea recto tramite ambuletis. Nam qui unam profiteri in Christo Jesu naturam audet, is Eutychis in se damnationem provocat, et opinione Sassanitarum (45) corruptus, uni capiti subesse renuens, fit polycephalus, et Manetis simul discipulus. Præterea qui duas in Christo distinctas naturas non fatetur, sed duas potius personas astruit, is in Nestorii pœnam incidit. Quam obrem Dei Ecclesia, utroque errore refutato, hæresim a suis septis repulit, atque unam Domini nostri Jesu Christi personam confessa est, duasque naturas distinctas et inconfusas (46) ; atque illis adversata est qui deitati passiones attribuunt.

5. Da ergo operam, magne Princeps, ut Jesu Christi populum doceas, atque ad veræ fidei professionem adducas (47) : neque enim quidquam Deo charius est, quam ut ipsum vera cum notitia agnoscamus, professione orthodoxa glorificemus, magnanimoque et constante amore in his perseveremus. Sic quippe majore semper progressu auctus, et divinæ gratiæ tutela adversus hostes munitus, et a periculis insidiisque tutus, aliorum instar sanctorum regum, utramque felicitatem consequeris, præsentem scilicet et futuram, Deiparæ reginæ inclytæ sanctorumque omnium intercessione. Excellentiæ et magnanimitati tuæ spiritalis monumenti gratia, venerabilis ac salutaris crucis particulam mittimus (48).

(43) Acerbam quamdam Armeniorum ad Græcos responsionem sub Asutio principe (hac tamen epistola posteriorem) memorat Serposius, t. II, p. 44.

(44) Hinc cognoscimus non semel Photium ad Armeniorum patriarcham scripsisse, quod revera dicit etiam Serposius *Compend. hist.* t. II, p. 44.

(45) Innuit Abdiscii Syri monophysiticam sectam, quem de Sassane in Armeniam venisse ait Photius in præcedente epistola n. 2.

(46) Permanentes scilicet, atque ita nominandas etiam in hypostatica unione. Neque enim unio justam causam præbet heterodoxis, ut unam pro duabus dicant naturam. Hic porro, ut arbitror, controversiæ demum cardo vertitur ; huc omnis adversariorum subtilitas et tergiversatio quærit effugium ; ut ubi nos dicimus unum Christum, ipsi unam affirment naturam.

(47) Quemadmodum hic Photius ad orthodoxiam hortatur Asutium principem, ita post quadringentos ferme annos adhortabatur similiter Haitonem Armeniorum regem Manuel II, patriarcha Græcus, in epistola de qua nos supra, p. 447, verba fecimus, cujus particulam Latine recitabimus. *Ego igitur Manuel œcumenicus patriarcha, et qui mecum sunt magnæ sanctæ quæ synodi sacratissimi antistites, dilectique Christo sacerdotes, fratres mei in Domino et simul ministri, Deum orantes optamus, te in primis illuminari, nobilissime et felicissime rex splendidissimæ Armeniorum gentis ; deinde et omnes tibi subjectos. Tu es enim illorum caput ; capiti autem membra reliqua et corpus obsecundare necesse est. Jam si in capite vis intelligendi videndique residet, prorsus oportet hoc primum rectam religionem agnoscere, veritatisque lumen recipere. Veritas enim Christus est, isque veros sui adoratores, qui ipsum in duabus naturis subsistentem, totidemque operationibus ac voluntatibus præditum, in unica persona, prædicant, sancto Spiritu ac veritate illuminat, suique cœlestis regni facit hæredes. Quod si illa, quæ in capite tuo est, cernendi et olfaciendi facultas, altera quidem veritatem dispiciat, altera autem duarum in Christo naturarum veluti sensum percipiat ; cæteri consequenter, qui tibi auscultant, tuorumque beneficiorum gustu fruuntur, hujusmodi sensibus ducti, rectum dogma admittent, atque ad nostram communionem accedent,* etc. *Dominus Deus noster, qui adest cunctis invocantibus se, qui misericordiæ suæ miracula ostendit, et dispersa omnia ad unitatem deduxit ; is ut nam tuam nobilissimam potentemque regiam personam cum ecclesia nostra conjungat ! eosque omnes qui in fidei unitatem confluxerint, abs qualibet adversitate tueatur !* etc.

(48) Animadvertamus morem donandi sacras reliquias.

Reliquum est, ut pro hoc duplici Photii scripto gratiæ agantur RR. Patribus monasterii Veneti Mechitaristis, qui splendida morum honestate, bonorum officiorum multitudine, plurima litterarum scientia, editis tot civilis sacræque doctrinæ libris, quotidiano denique ampliandæ orthodoxiæ studio, optime de gente sua et de catholica Ecclesia meriti sunt.

ΕΠΙΣΤ. ΙΑ'.

Μιχαὴλ τῷ θεοσέπτῳ βασιλεῖ.

Τῆς ὑμετέρας θεοστεφοῦς βασιλείας, καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτοκράτορος, ἀναλεγόμενοι τὴν ἐπιστολήν, χαρᾶς ἅμα καὶ θάμβους ἐπληρώθημεν· χαρᾶς μὲν, ὅτι τὴν ὑμετέραν δι' αὐτῆς εὐηγγελιζόμεθα βασιλείαν, πάσης μὲν ἐπιβουλῆς ὑπὸ Θεοῦ φυλαττομένην ἀνωτέραν, πάσης δὲ κρείττω ἐπαναστάσεως, ἐχθρῶν τε πάντων ὑψηλοτέραν βουλευμάτων, καὶ παντὸς ἀπηλλαγμένην ἑτέρου συμπτώματός τε καὶ ἀῤῥωστήματος. Ταῦτα χαρᾶς ἡμᾶς ἀνεκλαλήτου καὶ ἀγαλλιάσεως ἐπλήρωσε· θάμβει δὲ κατεσχέθημεν, καὶ πρὸς δάκρυα κατενέχθημεν, τὴν ἀνθρωπίνην ἀπολοφυρόμενοι ματαιότητα· καὶ ὅπως τινὲς τῶν ἀνθρώπων, πολλῶν μὲν χαρίτων, πολλῆς δὲ δόξης ἀξιούμενοι, κύριοι δὲ πολλοῦ γινόμενοι πλούτου· καὶ δέον μὲν τούτους, οἷς ἀπολαύουσιν, ἀγαπᾷν, καὶ τὰ οἰκεῖα μέτρα συνεπίστασθαι, καὶ τὸν εὐεργέτην ἄγειν δι' εὐφημίας ἁπάσης καὶ σεβασμιότητος· οἱ δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκόρεστον ἐνδεικνύμενοι, καὶ πρὸς πάντα διαπλωθῆναι φιλονεικήσαντες, τῆς τε ἰδίας κεφαλῆς καὶ εὐεργέτιδος τολμῶσι κατάφρυάττεσθαι, καὶ τὸν τοῦ Σαλμονέως μῦθον εἰς ἔργον προάγουσιν. Ἐξ ὧν οὐ μόνον τῶν ἐλπίδων, ἃς ὀνειροπολοῦσι, καὶ ἐφ' αἷς ὠχοῦντο, διαπίπτουσιν· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων, ὧν δικαίᾳ ἐξουσίᾳ καὶ δεδομένῃ καθειστήκεισαν κύριοι, ἑαυτοὺς ἀφρόνως ἀπελαύνουσιν· οἷον δή τι διὰ τῶν γραμμάτων (ὡς εἴθε μὴ ὄφελον), κατεμάθομεν, καὶ περὶ τὸν ταπεινὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον (οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως ἑτέρως εἴπω, τῆς ἀνθρωπίνης μιμνησκόμενος ἀθλιότητος) πῶς ὑπὸ τῆς ὑμῶν φιλοδώρου καὶ μεγαλοδώρου δεξιᾶς εἰς αὐτά που τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἀνυψωθεὶς, καὶ τὴν βασίλειαν, εἰ καὶ μὴ τὴν κλῆσιν, ἀλλὰ τὴν ἐξουσίαν συμμερισάμενος, οὐκ ἤνεγκεν, ὡς φασὶ, τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, οὐδ' ἔστερξεν οἷς ἠξίωται, οὐδ' εὐχαρίστησεν οἷς ἀπήλαυσεν· ἀλλ' ὑπερόριον τὸν πόδα κινῶν, καὶ χεῖρας ὕβρεως κατὰ τῆς εὐεργέτιδος ἀνατεινάμενος κεφαλῆς, αὐτό τε τὸ ζῆν, καὶ τὰς ὑπερηφάνους ἐλπίδας, καὶ τὰ μάταια φυσήματα, οἰκτρῶς οἶμοι καὶ ἐλεεινῶς ᾤχητο λειπών· ἤλγησα μὲν (ὦ φιλάνθρωπον ἐμοὶ καὶ πανήμερον κράτος) ἀώρῳ θανάτῳ παραδοθέντα τὸν ἄνθρωπον μαθών· ἐφ' ᾧ δὲ μᾶλιστα ὅτι καὶ τυραννίδος δεδοὺς δίκην, εἰσεπράχθη τὸν θάνατον· Πλάττεσθαι γὰρ τὸ γράμμα, καὶ ἄλλως πῶς, ἢ ὡς ἐδήλου, τὰ περὶ αὐτὸν συνενεχθῆναι, δι' ὧν ἐκεῖνος μὲν στέφεται, ἄλλοι δὲ κόψονται, ἡ τοῦ σοῦ κράτους ἀρετὴ καὶ ἐπιείκεια ὑπονοεῖν οὐκ ἐνδίδωσιν. Διὰ τοῦτο μᾶλιστα καιρίαν ἤνεγκα τὴν ἀπὸ τῆς λύπης πληγήν· τά τε ἄλλα ἐπὶ νοῦν ἀναλαμβάνων, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ τῷ κακουργεῖν ἀνάρπαστος γεγονὼς, καὶ μήτε τὰ ἀπὸ τοῦ βίου μολύσματά τε καὶ ῥυπάσματα, ἃ τῇ ἀθλίᾳ ταύτῃ φύσει φιλεῖ ἐπιτρίβεσθαι, τοῖς δά-

EPIST. XI.

Michaeli imperatori a Deo coronato.

Edita a Montacutio (ep. 18, p. 78).

A Lecta quam accepimus ab imperatoria vere potestate, et Deo coronato principatu, episuola, gaudio simul repleti sumus et admiratione. Gaudio certe, eo quod lætum per eamdem accepimus nuntium, imperium vestrum extra omnem conspirationis aleam a Deo positum et custoditum, supra omnes insurgentium machinationes constitutum, liberum et quietum ab omni alio causu et infirmitate. Et hæc erant, quæ nos gaudio inexplicabili et exsultatione repleverunt : admiratione porro capti sumus, et ad lacrymas adacti effundendas, dum humanam deploramus vanitatem ; nimirum cum non pauci sint qui magna gratia, gloria multiplici floreant, qui cum possideant ingentes opes, ita ut contenti deberent esse cum possessis, et proprium ipsorum modulum B agnoscere, benefactorum vero omni laudis præconio, et veneratione prosequi teneantur ; illi tamen inexplebilem præ se ferunt cupiditatem, omni studio et contentione se immiscent omnibus, in ipsorum caput quidem benemeritum audent tumultuosius insolescere, ita ut de Salmoneo fabulam opere ipso exhibeant completam : unde contingit, ut non modo de spe, quam sibi per somnum confinxerant, et qua evehuntur, excidant ; verum etiam per insipientiam ab iis ipsis se exterminent, quorum justa potestate, dominio et concessione fruebantur. Illiusmodi istud est quod (utinam non ita contigisset !) per litteras facti certiores intelleximus, in illo abjecto et humiliato homine perpetratum (neque enim quo alio eum nomine notem satis intelligo, qui memor sim humanæ miseriæ) ille tantum non ad C regni sceptra per dextram vestram munificam exaltatus, ita ut licet nominis imperatorii et tituli non esset particeps, potestatem tamen tecum dividebat, magnitudinem beneficii ferre nequivit ; non erat contentus iis quibus fuit dignatus, nec gratias habebat pro fruitione habitis, sed extra lineas pedem promovens, et manus in opprobium benefactoris retendens, capitique ejus insidiatus, vitam ipsam tandem, insolentiores spes suas, inanes spiritus, miseram heu et miserandum in modum, abiit hinc relinquens. Indolui quidem (o misericors et mitissima potestas) cum rescivi immaturæ neci hominem datum ; magis, quod affectatæ tyrannidis pœnam, oppetiit mortem. Certe, non patitur subire animum meum suspicionem vestræ potestatis virtus et cle- D mentia, commentitias venisse ad me litteras, vel alio modo quam quo in illis narratur, quæ illum concernebant contigisse, unde fiet ut coronetur ille, ringantur alii. Atque hinc lethalem a dolore accepi infliciam plagam, dum memoria inter alia

moliuntur imperfectum existimant, nisi etiam quærant invenire, quos Patres vocant, quomodo improba ea indagine ac verendorum detectione injuria afficiant : hac quoque parte veros Cham illius discipulos sese exhibentes,qui nedum patris verenda non obtexit; verum etiam impudenti ore vultuque subsannavit. Secus vero Ecclesiæ alumni, nec quidquam sacra documenta obliti, Sem et Japhet hærentes vestigiis, cum paternam turpitudinem noverunt occultare, tum Cham illius æmulos reprobare ac aversari.

XVIII. Præterea vero, si quos superius Patres memoravimus, nihil communi Domino contraria. loquuntur, ne nos quidem illis loquemur contraria. Sin autem vos dicitis Dominicæ eos voci adversari, vestrum est ut et Dominum illis postponatis, ipsosque spreti Dominici præcepti reos, in inevitabilis judici noxam ac damnationem trutadis. Quanta vero quis pro beatis illis viris possit dicere?Quantæ enim rerum negotiorumque perplexitates multos coegerunt ut partim male interpretarentur, partim dispensatione quadam loquerentur, cum et increduli adversarentur,et in quam prolapsi essent, ignorantia, ut se habent res humanæ. Alius namque decertans adversus hæreticos; alius pro auditorum imbecillitate composita doctrina, atque alius aliud quid moliens, et cum majori aliquo fine ab accurata disciplina non paucis in rebus temperare submissiusque agere tempus suaderet, tum locuti sunt, tumve egerunt, quæ nobis nec loqui nec agere licet.

XIX. Et ut reliquos omittam, perpende, quæso, admirandum Paulum ac orbis magistrum ut sanctificatus, ut rasus; eos qui recens ad disciplinam animum adjecissent, non solido cibo, sed lacte aleret. Ac si quis deinceps sacrorum virorum chorum percurrat, vitæ omne tempus teret talia percensendo, et ut ea conscribat. Si quis enim vero

A ρεῖν, οὓς Πατέρας καλοῦσι, διά τῆς τοιαύτης ἀγνώμονος ἐρεύνης, καὶ τῆς τῶν ἀσχημόνων ἀνακαλύψεως, ὅπως ὑβρίσωσι · δεικνύντες αὐτοὺς κάνταῦθα γνησίους τοῦ Χὰμ μαθητὰς, ὃς τὴν τοῦ πατρὸς ἀσχημοσύνην οὐ συνεκάλυψεν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ διεχλεύασεν. Ἀλλ' οἱ τῆς Ἐκκλησίας τρόφιμοι, καὶ τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἐπιλήσμονες, κατὰ τὸν Σὴμ καὶ Ἰάφεθ, καὶ τὴν πατρικὴν ἀσχημοσύνην ἐπικαλύπτειν ἐπίστανται, καὶ τοὺς μιμητὰς τοῦ Χὰμ καταγινώσκοντες ἀποστρέφονται.

IH'. Ἄλλως τε δὲ, εἰ μὲν μηδὲν, οὓς ὁ λόγος ἄνωθεν ἔφη Πατέρας, τῷ κοινῷ Δεσπότῃ ἀντιφθέγγονται, οὐδ' ἡμεῖς τούτοις ἀντιφθεγξόμεθα · εἰ δ' ὑμεῖς φατε ὡς τῇ Δεσποτικῇ φωνῇ ἀντιφθέγγονται, ὑμῶν ἐστι τὸ B καὶ τὸν Δεσπότην δεύτερον ἐκείνων ποιεῖν, κἀκείνους διὰ τὸ τὴν Δεσποτικὴν παριδεῖν ἐντολὴν, ἀπελαύνειν εἰς τὸ τοῦ κρίματος ἀπαραίτητον. Ποσα δ' ἂν τις ὑπὲρ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἐκείνων εἴποι ; Ποσαι γὰρ περιστάσεις πραγμάτων πολλοὺς ἐξεβιάζοντο, τὰ μὲν παραφθέγξασθαι, τὰ δὲ πρὸς οἰκονομίαν εἰπεῖν, τὰ δὲ, καὶ τῶν ἀπειθούντων ἐπαναστάντων, τὰ δὲ, καὶ ἀγνοίᾳ οἷα δὴ περιολισθεῖσι ἀνθρώπινα. Ἄλλος γὰρ πρὸς τοὺς αἱρετίζοντας διαμαχόμενος · ἄλλος τῇ ἀσθενείᾳ συγκατιὼν τῶν ἀκροατῶν · ἄλλος ἄλλο τι διαπραττόμενος, καὶ τὸν καιρὸν ἔχων πολλὰ τῆς ἀκριβείας καθυφεῖναι παρακαλοῦντα ἐπὶ τέλει μείζονι καὶ εἶπε, καὶ ἔπραξεν, ἃ μήτε λαλεῖν ἡμῖν, μήτε πράττειν ἔξεστι.

C

IΘ'. Καὶ ἵνα ἄλλους ἐάσω, ἐννόει μοι τοῦ θαυμασίου Παύλου καὶ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης τὸν ἁγιασμὸν, τὸ ξύρισθαι (14)· τὸ γάλακτι τρέφειν τοὺς ἄρτι καθισταμένους πρὸς μάθησιν, καὶ οὐ βρώματι. Κἀκεῖθεν ἐθιξῇς εἴ τις τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν τὸν χορὸν διέλθοι, ὅλον ἀνθρώπου κατατρίψοι βίον, τὰ τοιαῦτα ἐξαριθμῶν, καὶ γραφόμενος. Ἀλλὰ γὰρ εἴ τις τῶν

NOTÆ.

(14) Τὸν *ἁγιασμὸν, τὸ ξύρισθαι*. Sunt hæc legalia,quæ Paulus Hierosolymis observavit, Jacobo ejus urbis episcopo illi auctore, quorum observatione placandos putavere Paulo infensiores Judæorum animos; etsi conatu irrito. Quæ dispensatio nihil dum fidei officiebat, cum necdum legalia D essent mortifera, si quis in eis spem non poneret; sed per fidem Christi salutem sibi arrogaret. Quæ dispensatio nihil attinet ad relatos Patres, hocque doctrinæ capitulum, ad quod nihil cogebat, eorum quæ Photius tanto verborum ambitu exaggerat. Erat illorum eruditissimum sæculum, summa Ecclesiæ pax : nulli tyranni, hæreses magna parte compressæ, libera prædicatio : quæ omnia vel si defuissent, nulla ejusmodi licentia Patribus (in theologia maxime ac deitatis doctrina) τοῦ *παραφθέγγεσθαι* (ut Photii ipsa voce utar) ut contra mentem loquerentur,et falsa pro veris ingererent : secus ut subticerent aliquid,aut Dominica ipsa voce contenti essent, ejusque simplicitate, *παρὰ Πατρὸς*, *A Patre* : quod Filium non excludere ipsi divino eodem Spiritu sunt interpretati, quo quidam alii οἰκονομοῦντες tacuere.Hæcque vera concordia, neutris injuriosa, non quam Pythonico spiritu Photius fabricatur,ipse illa vere Chamita,non quos ejus rei virulento ore ac calamo insimulat. Nec aliter vel Joannis papæ legati, vel alii Latini, erga Græcos ipsumque Photium videantur habuisse, quam ut taceri indulgerent vocem *Filioque*, dum sensus teneretur, nec inde erroris, seu etiam hæresis eos notarent, qui eam admitterent. Qua indulgentia nec modo (etiam Romæ) Græcos cogunt Latini, ut in fide explicatius Spiritus ex Filio processionem edant.Metius valde hallucinatus est,dum ita reddit, *quæ scribit de castitate, de radenda barba*, etc. Scribit Paulus de castitate, sed ejus doctrina non parvulorum est, sed perfectorum ; in qua non οἰκονομία est, sed ἀκρίβεια : de barba qui et ubi scripserit Paulus, vellem annotasset: etsi nihil hicde Pauli scriptione, sed de his quæ pro loci ac temporis necessitate aut circumstantia egit, quæ alias forent illicita,et quæ in exemplum trahere non convenit. Malim *ἁγιασμὸν*, *purificationem*, qua voce Lucas semel et iterum utitur, Act. XXI, 24. *Ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, ἵνα ξυρίσωνται τὴν κεφαλήν. Purificare cum illis* : *ut caput radant*, Nazaræorum ritu ; non sic barbam.

τοιούτων λόγων καὶ πράξεων, τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροατῶν, καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου· τήν τε πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους μάχην περιελὼν, γυμνὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ὡς δόγμα προβάλλοι καὶ περιθάλποι, αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς τὰ τοιαῦτα καὶ εἰπόντας καὶ πράξαντας, εὑρήσει κατ' αὐτοῦ τὴν δικάζουσαν ἀφιέντας ψῆφον.

A exempta ex ejusmodi sermonibus atque actibus auditorum imbecillitate, doctrinæque dispensatione, nec non adversariorum pugna, his nuda quæ dicta sunt, et ut dogma proponat foveatque, illos qui talia vel locuti sunt vel egerunt, lata in eum sententia, ipsum damnare inveniet.

Κ'. Ἔτι δὲ, εἰ μὲν ὑπομνησθέντες περὶ τοῦ προκειμένου κεφαλαίου, τῶν εἰρημένων Πατέρων ἀντεῖπε τὸ σύνταγμα, καὶ πρὸς ἔνστασίν τινα καὶ ἀπείθειαν ἀπεθρασύνετο· διέτεινάν τε τῇ αὐτῇ παρατροπῇ τῆς δόξης, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸν βίον μετὰ τοὺς ἐλέγχους κατέστρεψαν, ἀνάγκη τούτους συναποβάλλεσθαι τῷ φρονήματι. Εἰ δὲ παρεφθέγξαντο μέν, ἢ δι' τινα αἰτίαν νῦν ἀγνοουμένην ἡμῖν τῆς εὐθύτητος ἐξετράπησαν· οὐδεμία δὲ ζήτησις αὐτοῖς προσενήνεκται, οὐδ' εἰς μάθησιν τῆς ἀληθείας οὐδεὶς αὐτοὺς παρεκάλεσε, Πατέρας μὲν οὐδὲν ἧττον αὐτοὺς, εἰ καὶ μὴ τοῦτο εἶπον, ἐπιγραψόμεθα, διά τε τὸ τοῦ βίου λαμπρὸν καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ αἰδέσιμον, καὶ τῆς ἄλλης εὐσεβείας τὸ ἀκατάγνωστον· τοῖς δὲ λογοις τούτων, ἐν οἷς παρηνέχθησαν, οὐκ ἑψόμεθα. Ὅσοι δὲ τούτων, βιάζονται εἰς ἀντίθετον μαρτυρίαν ἐλθεῖν τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, οὗτοι λέξει μὲν γυμνῇ τὸν Πατέρα τούτοις χαρίζονται· ἔργῳ δὲ καὶ πάσῃ σπουδῇ εἰς τὴν τῶν πατρῴων καὶ πολεμίων χώραν αὐτοὺς ἀπελαύνουσιν. Ἡμεῖς δὲ, ἐπεὶ καὶ ἄλλους τινὰς τῶν μακαρίων ἡμῶν Πατέρων καὶ διδασκάλων, ἐν πολλοῖς τε ἄλλοις τῆς ἀκριβείας τῶν ὀρθῶν δογμάτων παρενεχθέντας καταλαμβάνοντες, τὸ μὲν παρενεχθὲν, οὐ προσθήκην δεχόμεθα, τοὺς ἄνδρας δὲ ἀσπαζόμεθα· οὕτω καὶ τοὺς, εἴ τινες ὑπηνέχθησαν εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· τὸ μὲν παρὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν, οὐ δεχόμεθα· ἐκείνους δὲ τῆς τῶν Πατέρων ἀγέλης οὐκ ἀποκρίνομεν.

XX. Præterea, si cum meminissent propositi capituli, dictorum Patrum cœtus contradixisset, et ut contentiosius obsisterent nec obtemperarent animos obfirmassent, atque in ea prava opinione perseverassent, ejusque reprehensi, sententiæ tenaces vitam cum morte commutassent; necesse esset ut cum errore sensuque suo exploderentur. Sin autem male quidem locuti sunt, aut aliqua causa nunc nobis ignota a recto tramite deviarunt; nulla tamen illis quæstio oblata est, nec quisquam ad condiscendam veritatem illos provocavit, perinde illos in Patrum albo admittimus, ac si istud minime dixissent, propter vitæ claritatem ac spectabilem virtutem, nec non reliquam inculpatam fidem ac pietatem: doctrinam vero, in qua a veritatis semita aberrarunt, non sequimur. Quotquot vero cogunt, ut contraria auctoritate Dominicæ voci adversentur, hi nuda quidem voce Patris eis titulum deferunt, facto vero omnique opera in parricidarum atque hostium eos classem detrudunt. Nos autem, qui alios quoque nonnullos sanctorum nostrorum Patrum ac magistrorum a rectorum dogmatum fide exorbitasse intelligamus, quod quidem exorbitarunt, in doctrina partem non assumimus, viros tamen amplectimur: ita etiam si quibus obrepsit ut Spiritum a Filio procedere dicerent; quod quidem Dominicæ voci adversetur non admittimus, illos tamen a Patrum cœtu non rejicimus.

B

C

ΚΑ'. Καὶ γὰρ καὶ Διονύσιον τὸν Ἀλεξανδρείας (15) τῷ χορῷ ἁγίων τῶν Πατέρων συντάττοντες, τὰς ὑπ' αὐτοῦ λεχθείσας πρὸς τὸν Λίβυν Σαβέλλιοι Ἀρειανικὰς φωνὰς οὐμενοῦν οὐ συναποδεχόμεθα, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἐκτρεπόμεθα. Καὶ τὸν ἐν μάρτυσι μέγαν Μεθόδιον, ὃς τοὺς ἀρχιερατικοὺς τοῦ Πατάρων θρόνου ἐπιδαλινούχησεν οἴακας· ἔτι μὲν καὶ Εἰρηναῖον

XXI. Etenim Dionysium quoque Alexandrinum sanctorum Patrum choro accensentes, haud tamen dictas ab eo Arianicas voces adversus Sabellium Lybicum perinde recipimus, quin etiam prorsus repudiamus. Magnum itidem Methodium martyrem, qui Patarensis Ecclesiæ clavum præsul gubernavit: præterea etiam Irenæum Lugdunensem episcopum,

NOTÆ.

(15) Διονύσιον τὸν Ἀλεξάνδρείας. Longe dispar illius causa, et Patrum, quorum Photius auctoritatem excipit. Errasse in theologia Dionysius statim agnitus est, aut certe occasionem dedisse sic de illo opinandi, quam etiam opinionem studuit eluere et satisfacere: qua ipsa modestia, et cultu Dionysii item Romani antistitis, Catholici nomen sibi retinuit et Patris, tametsi acrius in illum invehitur Basilius, vindicante Athanasio. Quis vero erroris in theologia notavit, quod in processione Spiritus Filius Patri adjungeretur, et ex utroque procedere nedum tres relati; verum etiam plures aliis Græci pariter ac Latini profiterentur? Oportuit Photium novum sidus surgere, ad fœdum errorem, Dominicæ voci contrarium, et cui stabiliendo nec orbis consensus sufficiat, una illius luce detegendum ac coarguendum. Hæc tua fata, Græcia! ut hoc capite renuas subjici sedi Petri putesque te nactam veritatem, a qua illa exciderit, eoque nomine primæ sedis et Apostolicæ summique capitis nomine tibi blaudiaris. Reliquorum errores, partim ab hæreticis aspersi, partim ævi simplicitate nati, minoris fere momenti, quam ut theologiam attingerent, in qua, et Christi mysterio astruendis, strenuam ii Patres (maxime Irenæus) adhibuerunt operam, qua etiam sactisque eorum moribus τὸ θαυμάσιον ἐξήστραψαν, *miram claritatem adepti sunt*, et ut sancti Patres et Ecclesiæ magistri haberentur: non quod male reddit Metius, *Vitæ innocentia et miraculis claruerunt*. Nam rogo unde Photius ea miracula habuit, vel Papiæ, vel aliorum? Sic quidem nunc vindicandis sanctis usu Romano quæruntur miracula, ne quid humani subrepat, et quod tam multos vindicare non intersit rei Christianæ; sed quos Deus majoribus signis cum vitæ fideique præstantia clariones efficiat, velitque suis fidelibus eum præsidio esse, tum exemplo.

D

nec non Papiam Hierapolitanum : ex quibus prior quidem martyrii coronam consecutus est alii vero apostolici viri exstitere, moribusque ac vita miro splendore effulsere. Si quid tamen veritatis tramite per negligentiam aliquid offenderunt, aut aberrarunt, ut adversus communem Ecclesiæ doctrinam quidpiam loquerentur, in his illos minime sequimur, nec ea tamen ratione ullum eorum Patris honore atque gloria abdicamus.

A τὸν Λουγδούνων ἐπίσκοπον, καὶ Παπίαν τὸν τῆς Ἱεραπόλεως · τὸν μὲν, τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον ἀναδησάμενον · τοὺς δὲ, ἄνδρας ὄντας ἀποστολικοὺς, καὶ τοῖς τοῦ βίου τρόποις τὸ θαυμάσιον ἐξαστράπτοντας. Ἀλλ' οὖν, εἴ τί γε τῆς ἀληθείας ὠλιγώρησαν, καὶ παρηνέχθησαν φθέγξασθαι ἀπεναντίας τοῦ κοινοῦ καὶ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος, ἐν τούτοις μὲν οὐχ ἑπόμεθα · τῆς πατρικῆς δὲ τιμῆς καὶ δόξης οὐμενοῦν οὐδὲν αὐτῶν περικόπτομεν.

XXII. Deficiet me dies percensentem viros, quos Patrum quidem honore honestamus, nec tamen illis, in quibus a veritate deviarunt, auscultamus. Sic itaque etiamsi qui præter Dominicam vocem cunctos docentem mysteria dixisse videantur, Spiritum a Filio procedere ; novitatem quidem, ut quæ Dominicam corrumpat vocem ejusque depravatio B exsistat, aversamur ; illius tamen parentem, qui maxime sileat, nec suam præsens causam agere possit aut contradicere, nequaquam damnamus. Cum enim qui humanis rebus substractus est, non sit, nec ipsi per se, nec per alios qui ejus tuendi partes munusque susceperint, nullus quidem sanæ mentis actorem in eum agere velit. Nullo vero auctore, nec sententia erit damnati criminis. Nulla autem damnationis sententia, qui cum incessere audeat qui hos omnes casus excesserit, non magis in illum, quam in caput ipse suum contumeliam vertit.

ΚΒ'. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα τοὺς ἄνδρας ἀπαριθμούμενον, οὓς τῇ μὲν τῶν Πατέρων τιμῇ σεμνύομεν · ἐν οἷς δὲ τῆς ἀληθείας παρηνέχθησαν, οὐ μιμούμεθα · οὕτω γοῦν καὶ εἴ τινες φανεῖεν παρὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν τὴν πάντας ἡμᾶς μυσταγωγοῦσαν, τὸ Πνεῦμα εἰπόντες ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι · τὴν μὲν καινοτομίαν, ὡς τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν κιβδηλεύουσαν καὶ παραχαράσσουσαν, ὑποστρεφόμεθα · τὸν πατέρα δὲ αὐτῆς, σιγῶντα μάλιστα καὶ μὴ παρόντα, μηδ' ἀντιλέγοντα, οὐμενοῦν οὐ καταδικάζομεν. Τοῦ γὰρ φεύγοντος (16) οὐκ ὄντος, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε δι' ὧν ὑπὲρ αὐτοῦ λέγειν προχειρίζεται, οὐδεὶς ἂν εἴη νοῦν ἔχων κατήγορος. Κατηγορίας δὲ οὐκ οὔσης, οὐδὲ ψῆφος προέρχεται τοῦ ἐγκλήματος · ψήφου δὲ καταδικαζούσης μὴ δοθείσης, ὁ τολμῶν ὑβρίζειν τὸν ἔξω τούτων καθεστῶτα πάντων τῶν περιστάσεων, οὐ κατ' ἐκείνου μᾶλλον, ἢ καθ' ἑαυτοῦ περιτρέπει τὸν ὀνειδον.

XXIII. Verum, aiunt, dixerunt Patres Spiritum a Filio procedere ? At pauci numero : plures vero dicere non sustinuerunt : dixerunt Patres quorum facile numerum ineas : etenim sanctarum synodo- C rum decreta eos respuerunt, qui præter Dominicam vocem locuti essent. Dixerunt, Patres ; sed quid opus de illorum numero, qui dixerunt, anxius sermonem trahere ? Nec si creatura universa unam misisset vocem, nemo tamen Conditoris ac Opificis relicta

ΚΓ'. Ἀλλ' εἶπον, φασὶ, Πατέρες τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ; Ἀλλὰ βραχεῖς τῷ ἀριθμῷ · ἀλλ' οἱ πλείους εἰπεῖν οὐκ ἠνέσχοντο. Εἶπον εὐαρίθμητοι Πατέρες ἀλλὰ συνόδων ἁγίων ψηφίσματα, τοὺς παρὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν εἰπόντας, ἀποπέμποντα. Εἶπον Πατέρες, ἀλλὰ τί με δεῖ μικρολογεῖν περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰπόντων ; Οὐδ' ἂν ἡ κτίσις ἀφῆκε πᾶσα μίαν φωνὴν, οὐμενοῦν οὐδεὶς τοῦ Κτίστου καὶ Δημιουργοῦ καταλιπὼν τὴν μυσταγωγίαν, καὶ τὰ

NOTÆ.

(16) Τοῦ γὰρ φεύγοντος. Reddo ac si esset φυγόντος ut ita vocet, qui humanis rebus exemptus est. Melius *Quan enim reus non est*, qui forte aliam vocem habuit. Ludit vero istis Photius ac illudit, quasi illi deessent exempla eorum, qui vivis exempti, hæreseos damnati sunt, ubi præsertim illorum hæresis serpere videbantur, illorumque auctoritate fulciti. Sic in v synod. damnati Origenes, Theodorus Mopsuet. etc. totque alii deinceps in D vi. primarii ordinis viri maguique antistites. Atque adeo si vere caput τῆς θεολογίας erat, sicque improbe adversus ipsam Dominicam vocem ii Patres in eo erraverunt, merito compescendi erant : parisque sceleris rei videbantur, qui vel in eis vel in eorum scriptis tanta successione rem dissimularunt. Sed nulla ejusmodi querela erat, donec Photius, eam discessionis occasionem fecit, illoque pejor Cerularius. Urget hoc argumentum Georgius Metochita ex papæ synodica, de qua consultus Maximus confessor, ad Marinum presbyterum Cypri, exposuitque sensum illius nihil fidei adversum, aut a Græcorum ipso sensu, aliter quam in modo significandi, diversum. Jam tum ergo Ecclesia CPlitana Ecclesiæ Romanæ communionem non respuebat, cum illa ex Filio Spiritum profiteretur, non ex solo Patre, unumque ambos Spiratorem et causam seu auctorem Spiritus agnosceret : sed qua ipsa confessione ac Maximi ejusdem auctoritate facta unio Florentiæ est : cui utinam zizaniorum sator paucorum pervicacia non obstitisset. Et quamvis non desint ex modernis, etiam viri catholici, quibus non videatur hæc epistola esse Maximi, quod nusquam integra exstet, aut inter reliqua ejus opuscula, sedulo satis pluribus Græcorum Codicibus descripta : pluris tamen mihi est Metochitæ Patrumque Florentinorum auctoritas, et quod ita olim Græcis sit habita, nec stylus abhorreat : nec alia fuerit causa cur desideretur tota, nec exstet in codicibus Maximi, quam quod forte prolixior erat, ut sunt plures Maximi epistolæ, præsertim dogmaticæ, et quod sæpius pluribusque exscriptum illud excerptum de processione Spiritus ex Patre et Filio, pro quæstionis celebritate, ipsum visum est sufficere : quomodo pleraque auctorum monumenta desiderantur, quorum quandoque edita sunt electa. Accedit alias alios Maximi codices habere epistolas : alias regios, alias vaticanos, alias Florentinos, præter eas, quas eorum aliqui communes habent : quibus omnibus ditari velim Ecclesiam ; pigetque tanto labore quæsitas, tantumque in rem Ecclesiasticam commodi allaturas et ornamenti, necdum licuisse juris publici facere per temporis injuriam, eorumque fastidium qui juvare opera poterant.

διδάγματα, τῇ ἀντιφθεγγομένῃ κτίσει τῷ Κτίστῃ προσέθετο · οὐδ' ὑπέκυψε νόμοις τῆς κτίσεως, τοὺς τοῦ Κτίστου καὶ Δημιουργοῦ νόμους παραγραφόμενος.

ΚΔ'. Πατέρας ζητεῖς συνηγόρους τῷ φρονήματι ; τὸν Δεσπότην αὐτὸν ἔχεις · τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων τὰς ψήφους · χορὸν θεοφόρων Πατέρων ἀριθμοῦ κρείττονα · ἐξ ὧν (17) καὶ οἱ λελεγμένοι ἄνωθεν τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖς ἐκδιδαχθέντες, καὶ διὰ τοῦ ἐκτεθειμένου τῆς πίστεως ἁγίου μαθήματος τῇ Τριαδικῇ ὁμοουσιότητος ἀπαραχάρακτον τὸ δόγμα παρειληφότες, τοῖς κατὰ τὴν δύσιν πᾶσαν παραδεδώκασι μέρεσι · καὶ οὐ μόνον ὁ κατὰ τὴν τετάρτην καὶ οἰκουμενικὴν ἁγίαν σύνοδον ἐκλάμψας ἱερὸς Λέων, οὐδ' ὁ τὴν εὐσέβειαν ἐκείνῳ, ὥσπερ καὶ τὸ ὄνομα ἀπαράλλακτος · ἀλλὰ καὶ Ἀδριανὸς ἐκεῖνος τὸν αὐτὸν ἀποστολικὸν διεθύνας θρόνον, ἐν οἷς πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον Ταράσιον τὸν ἡμέτερον πατρό-

A sacratiore doctrina ac initiatione, creaturæ adversa Creatori loquenti, animum attenderet, aut Creatoris ac Opificis violatis legibus, creaturæ legibus se submitteret.

XXIV. Patres quæris tuæ sententiæ fautores ? Ipsum Dominum habes, universalium synodorum suffragia ; divinorum Patrum chorum, qui et numerum excedat : quorum doctrina imbuti, quos superius memoravi Romani antistites, ac per editam fidei sanctam regulam, trinæ consubstantialitas incorrupta accepta doctrina, cuncti per omnes Occidentis plagas eam tradiderunt : nec solum Leo sacer, qui in quarta et œcumenica sancta synodo celebris fuit, vel is etiam qui pari illi pietate, eodem etiam nomine fulsit ; verumetiam Adrianus ille, qui eam-
B dem apostolicam sedem rexit, in his quæ ad sanctissimum ac beatissimum majorem patruum nostrum Tarasium rescripsit, aperte ac manifeste sentire

NOTÆ.

(17) Ἐξ ὧν. Male Metius, *Quatuor Romani Pontifices inde edocti*, cum Græca nullum numerum habeant, sed solum indefinite, *οἱ ἄνωθεν λελεγμένοι*, nec Photius plurium meminerit quam duorum, Leonis primi et tertii, quorum iterum urget auctoritatem : hoc solum male argumentatus, quod eorum silentium illius vocis, *Filioque*, negationis rationem habere contendit : quo eodem vitio male torquet verba Dominica, *παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*, *Qui a Patre procedit* : malus certe theologus, non intelligens, quæ de una persona dicuntur, de aliis perinde intelligi (ubi præsertim
C nullus est terminus excludens) nisi sit oppositio aliqua, qualis nulla occurrit, in eo quod Filius cum Patre unus sint auctor Spiritus sancti ; intellecta jam Filii a Patre emanatione, quasi priore origine, dum vel ita loqui liceat. De Adriano, quod ita asserte ponit Photius, *σαφῶς τε καὶ περιφανῶς φαίνεται*, quasi *aperte et manifeste noscitur ac liquet*, non ut Metius, *aperte videtur*, idem putem dicendum : Adrianum scilicet, qui Iconoclastarum hæresim profligatum iri cuperet, Græcorum more scripsisse suppressa ea voce, *Filioque* ne per ejus occasionem, hæretici ac schismatici novas turbas cierent ; quod ita in causæ patrocinium rapiat Photius, sub illo paralogismo, quo uno tota ejus strues nititur : vel certe eadem dispensatione, qua Adriani litteras ad Tarasium truncarunt Græci, quibus ejus ordinationem ex laicis factam, quasi minus Canonicam redarguit, ne quid illa ejus seve
D ritas et *ἀκρίβεια* fidei negotio noceret, sic quoque vocem *Filioque*, eraserint, siquidem eam Adrianus scripserat. Definitionem vero synodicam eam habuisse, etsi contendit Baron. an. 787. n. 38, quod ita visum in concilio Florentino, ac Latinis probatum auctoritate Anastasii et vetustissimi codicis Actorum VII synodi, mihi ipse non satis persuadeo, nec Julianus Cardinalis magnam in eo fecit vim in dicta synodo, vel Anastasius apertius noscitur istud testatus esse, etsi in ejus versione habetur. Certe si ita aperte in fidei regula positum esset, non sic facile per omnes Orientis Ecclesias aboleri notuisset aut ve mutari. Nec vero Anastasium, sive etiam ejus antiqui Codicis scriptorem ausim plagii insimulare : sed ita putem fuisse transactum, cum inde lis orta esset, et Tarasius Græcique *διὰ Υἱοῦ*, *per Filium* dicerent, eaque particula perinde Spiritus a Filio exsistentem agnoscerent, Latini *ex Filio* mallent, utrisque permissum ceu *ἀδιάφορον*, idemque reipsa ac bono sensu valens, sibi quod vellent scribere, nulla inde Ecclesiarum scissione. Mirorque Photii genium, qui tantis urgeat, *τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, adversari voci Dominicæ, *παρὰ τοῦ Πατρός*, quia minime scriptum est ; nec advertat idem urgeri posse in illo, *διὰ τοῦ Υἱοῦ*, quod perinde vel additio vel, expositio est ejus, quod ipsa vox Dominica virtute continet. Ut ergo pius et orthodoxus Tarasius ita scribens, sic et Latini, non aliter quam phrasi, ac loquendi modo ex cujusque gentis proprio idiomate ab eo, ac Græcis antiquis ita loquentibus, diversi aut dissidentes, quod plane intellexisset Photius, si velut olim Athanasius, spiritu pacis ductus Ecclesiarum unioni studuisset, non schismati. Nota quam vir apostolicus *περὶ ὑποστάσεως καὶ προσώπου* sedavit, controversia. Latinorum Græcorumque, seu Occidentalium et Orientalium, utrorumque in eis sensum sciscitatus, et cum fide concordes invenisset, etsi ex idiomatis et linguæ proprietate viderentur discordes : quod egregie illustrat Gregorius in ejus Panegyrico. Sed debuit Photius satanico spiritu ita scindendo sibi nomen facere, uti jam fecerat tyrannica sedis invasione. Perinde etiam se habuisse putem Joannem papam ejusque legatos, quos sibi concordes in omni fidei capitulo gloriatur Photius, aliosque deinceps utriusque sedis antistites, ad Michaelem usque Cerularium, cujus rei gravi, testis Michae Psellus in ejus Panegyrico, inde laudans quod *τὸ ἀδιάφορον* superioribus patriarchis CPlitanis habitum, in quæstionem dogmatis traxerit, nec Latinorum fidem aliter quam veram hæresim, insectatus sit, sic belle posita Photio ova, majore ipse superbia hæreticus (purpuræ rubrorumque calceorum ambitu) excludens iisque extremum Græciæ exitium patiens. Atque utinam Psellus Oratione sua ad synodum contentus, sic in ea suis coloribus expresso Cerulario (digno scilicet schismatis antistite atque auctore) nec dealbando Æthiopem, levitatis sibi maculam aspersisset, ac curialis minusque Christiani, non illi omnis sceleris ac impietatis labem abstersisset ; quin sibi ipse schismatici ac hæretici, qua sic hæretico ac schismatico favet, nomen ascivisset ; quod alias Leonis Allatii diligentiam fugerat ac *πολυμαθίαν*, in suo de Psellis Syntagmate, emendaturus, si quod optarat, lucubratiunculam augere, auctamque producere, per gravem ætatem sive etiam per tempus hominumque eruditarum ejus generis ipsius lucubrationum inofficiosum fastidium, ei licuisset.

nositur, Spiritum sanctum a Patre, et non a Filio procedere.

XXV. Illud etiam haud mihi videtur omittendum, et si omnibus pro temporis nuper propinquitate conspicuum ; qui nostris temporibus legati, nedum semel, sed et tertio ex seniore Roma venerunt, cum de fide, ut par est, non cum illis sermonum contulissemus, ii nihil diversum autve dissonum a fide, quæ per omnem terrarum orbem explicata est, aut dixerunt, aut sentire deprehensi sunt : quinimo clare nobiscum citraque omnem dubitationem Spiritum sanctum ex Patre procedere prædicaverunt. Quin et coacta synodo quorumdam ecclesiasticorum capitum causa, qui inde missi fuerant sancti Joannis papæ vicarii, tanquam illo ipso præsente, ac una nobiscum rectam de Trinitate sententiam edente, fidei symbolum, quod omnium universalium synodorum calculo, consentanee voci Dominicæ tum prædicatur, tum viget, tanquam eodem ipsi sensu eademque sententia, voce pariter et lingua, propriæque manus subscriptione, firmaverunt.

XXVI. Hæc cum ita se habeant, et Romana Ecclesia uno cum aliis quatuor patriarchalibus sedibus eadem sentiat, eisque concors exsistat, quomodo qui Chamum æmulentur, Patrum suorum (ut vocant) turpitudinem detegere non verentur, omniumque oculis ipsos ridendos exponere? Decebat enim eos, siquidem Patrum quærunt voces, ad synodica decreta recurrere ; ad Romanorum antistitum voces mentem intendere ; ad reliquorum sanctum divinorumque Patrum chorum confugere ; non simul quosdam Patres facere, acerbeque illos criminari, tanquam adversus communem Dominum cervicem exsererint, ac tum velut stylum ac indicem fideique regulam eos adhibere. Sed et illud eos advertere decebat, longe se graviore injuria afficere, quos Domino adversantes objiciant, non honorem habere quos Patrum titulo augeant. Enimvero vel si nihil illis curæ est Patrum injuria, timenda tamen atque verenda, ei qui primus parricida fuit ac sceleris auctor, inflicta Dei calculo exsecratio ac sententia, nec æmulandum maledictum caput, aut magis detegendum, sed obtegendum, si quid in suis Patribus turpe deprehendissent atque verendum.

XXVII. Utinam vero nemo vel illius facinoris æmulus exsistat, vel reus maledictionis : quin propitius sit Christus Deus noster, his, quibus parricidarum illa injuria obrepsit, et qui adversus ipsius legem vocemque insurrexerunt : clementique sua

θειον ἀντέγραψε, σαφῶς τε καὶ περιφανῶς φαίνεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φρονῶν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι.

ΚΕ'. Οὐκ ἐάσειν μοι δοκῶ, κἂν ἐστι πᾶσιν ἐκ τοῦ χρόνου ὑπόγυον περιφανὲς, τοὺς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις πρέσβεις οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ τρίτον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀναδραμόντας · οἱ περὶ τῆς εὐσεβείας οἷα εἰκὸς ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς λόγους ἀνακινησάντων, οὐδὲν παρηλλαγμένον τῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξηπλωμένης εὐσεβείας, οὔτε εἶπον, οὔτε φρονοῦντες ἠλέγχθησαν · τοὐναντίον δὲ, τρανῶς μεθ' ἡμῶν καὶ ἀδιστάκτως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνεκήρυξαν ἐκπορεύεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ καὶ συνόδου συγκροτηθείσης ἐπί τισιν ἐκκλησιαστικοῖς κεφαλαίοις, οἱ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένοι τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου πάπα τοποτηρηταὶ, ὡς αὐτοῦ παρόντος ἐκείνου καὶ συνθεολογοῦντος ἡμῖν τὴν εὐσέβειαν, τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως τῷ διὰ πασῶν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων κατὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν καὶ κηρυσσομένῳ καὶ κρατυνομένῳ, ὡς ὁμόφρονες, καὶ φωνῇ καὶ γλώσσῃ, καὶ ἰδιοχείρῳ γραφῇ καθυπεστημήναντο.

ΧϚ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων, τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας τοῖς ἄλλοις τέσσαρσιν ἀρχιερατικοῖς θρόνοις ὁμοψώνου τε καὶ ὁμοδόξου καθεστώσης, πῶς οἱ τοῦ Χὰμ μιμηταὶ, τῶν Πατέρων αὐτῶν, ὥς φασι, τὴν ἀσχημοσύνην οὐκ ἐρυθριῶσιν ἀνακαλύπτειν, καὶ εἰς χλεύην πᾶσι προτιθέναι ; Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς εἰ ζητοῦσι Πατέρων φωνὰς, πρὸς τὰς συνοδικὰς ἀναδραμεῖν ψήφους · πρὸς τὰς τῶν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης φωνὰς ἀπευθύνεσθαι · πρὸς τῶν ἄλλων ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων τὸν χορὸν καταφεύγειν · ἀλλὰ μὴ ἅμα τε τινὰς Πατέρας ποιεῖν, καὶ πικρῶς τούτους ἐνδιαβάλλειν, διὰ τῆς κατὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου ἐπαναστάσεως, εἶτα τούτοις πάλιν ὡς γνώμονι καὶ κανόνι τῆς πίστεως χρῆσθαι. Ἔδει δὲ αὐτοὺς καὶ τοῦτο συνοράν, ὡς πολὺ μᾶλλον ἐξυβρίζουσιν, οὓς αὐτοὺς κατὰ τοῦ Δεσπότου προκοπίζουσιν ἀλλ' οὐχὶ τιμῶσιν οὓς Πατέρας ἐπιγράφονται. Ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν αὐτοῖς τῆς Πατρικῆς ὕβρεως μέλει, ἐχρῆν ὅμως δεδιέναι τε καὶ διευλαβεῖσθαι τὴν τοῦ κατάρξαντος τῆς πατραλοίας (18) θεόθεν ἐπενηνεγμένην ἀρὰν καὶ ψῆφον, καὶ μηδαμῶς τὸν ἐπάρατον μιμεῖσθαι, μηδ' ἀνακαλύπτειν μᾶλλον, ἀλλ' ἐπικαλύπτειν, εἴπερ τι τοῖς αὐτῶν Πατράσιν ἑώρων ἀσχημονούμενον.

ΚΖ'. Ἀλλ' εἴθε εἴγε μηδεὶς εἴη μήτε τῆς ἐκείνου πράξεως μιμητὴς, μήτε ἔνοχος τῆς ἀρᾶς · ἀλλ' ἵλεως μὲν εἴη Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, τοῖς τε τῇ τῶν πατραλοιῶν ὑποσυρεῖσιν ὕβρει, καὶ τοῖς κατεξαναστάσι τῆς αὐτοῦ νομοθεσίας καὶ φωνῆς· καὶ φιλανθρώπως

NOTÆ.

(18) Τοῦ κατάρξαντος τῆς πατραλοίας. Longe a Photii verbis et sensu Metius, *qui adversus parricidas illam promulgavit*. Non promulgata quasi generatim in parricidas maledictio, sed θεόθεν ἐνηνεγμένη, a Deo illata in caput, quod ejus auctor sceleris foret, sua illa paterna irrisione : a cujus exemplo insulse deterret eos, qui Dominicam vocem ex Patrum sensu atque vocibus interpretentur, non qui illi Patres opponant : nisi est idem bardo homini ac plane cæco, divinarum vocum divinus interpres, et adversarius malignusque calumniator, ac depravator. Ab aliis supersedeo, ne viro insultare videar, qui magis illustrissimo Annalium Patri Græcæ linguæ notitiam aliquam optaverim, aut melioris interpretis copiam : qualis denique ei in Theodoro Studita fuit Jacobus Sirmundus ὁ μακαρίτης, ac si qui ejusmodi veri interpretes et Ecclesiastici, rei ecclesiasticæ operam ecclesiastice navarint.

μεταγάγοι τοῦ σφάλματος, καὶ καταλλαγείη τοῖς ὑβρισταῖς, καὶ πρὸς διόρθωσιν ἰδεῖν παρασκευάσοι· καὶ τῇ εὐλογίᾳ τῶν περιστειλάντων τὴν πατρικὴν ἀσχημοσύνην περιλάβοι· καὶ μηδένα τοῦ λοιποῦ παραχωρήσοι γενέσθαι βρῶμα καὶ θήραμα τοῦ ἀρχεκάκου θηρός. Τῆς σῆς κεφαλῆς ἱερᾶς, τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐκείνων σωτηρίας ἀγῶνας ἀναδεχομένης, καὶ κατὰ τοῦ κοινοῦ τῆς φύσεως πολεμίου τροπαιοφορούσης, καὶ τὴν τῶν πεπλανημένων σωτηρίαν Θεῷ καρποφορούσης καὶ προσαγούσης, δι' ὧν καὶ ἀδιάῤῥηκτος θείας ἀγάπης ἔρως, ἄσβεστός τε καὶ ἀδιάῤῥηκτος συντηρηθείη, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν· πρεσβευούσης τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου· τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

A bonitate ac misericordia ab errore reducat, et reconcilietur sic in illum injuria procacibus, præstetque ut emendari studeant, atque intra eorum allegat sortem, qui paternam obtexerunt turpitudinem: neminemque deinceps escam sinat fieri et prædam feræ, quæ malorum auctor ac auspex est; dum venerandum caput tuum, pro illorum salute certamina sustinet, et adversus communem humani generis hostem tropæa erigit; fructumque salutis eorum qui errore lapsi sunt Deo edit, eique affert, quibus et divinæ charitatis erga nos amor inexstinguibilis inconcussusque consistat; in eodem Christo et Deo nostro, intercedentibus sanctissima Domina nostra Dei Genitrice, angelisque deiformibus B ac sanctis omnibus. Amen.

PHOTII EPISTOLARUM LIBER SECUNDUS.

EPISTOLÆ AD EPISCOPOS, CLERICOS, MONACHOS, SANCTIMONIALES, PLERUMQUE FAMILIARES, COMMENDATITIÆ, AUT CONSOLATORIÆ.

—

SERIES PRIMA. — AD EPISCOPOS.

ΕΠΙΣΤ. Α'.

Ἰωάννῃ μητροπολίτῃ Ἡρακλείας.

EPIST. I.

Joanni metropolitæ Heracleæ.

Montacut. (ep. 9, p. 72).

Ἀπολοφύρῃ τὰ σά, ὅτι τὰ ἡμέτερα ἀγνοεῖς. Εἰδ' ἃ πάσχομεν, ἤδεις, καὶ πρὸς οἵους ἄθλους καθ' ἑκάστην ἀποδυόμεθα, οἶμαι ἂν σε λυπεῖν τὸ τὰς σὰς ἐξαριθμεῖν καὶ θρηνεῖν συμφοράς. Καὶ τῶν βροντῶν γὰρ τοὺς ἐξαισίους ἤχους, ἐπειδὰν πολὺ καταῤῥαγωσι, μείζους, τοῖς ὠσὶν ἀλύπως φέρειν μᾶλλον, ἢ πρότερον, ἐθιζόμεθα. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν; ἢ καρτερῶς ἐναθλεῖν τοῖς ἐμπίπτουσιν· ἀκριβῶς εἰδότας, καθ' ἃ δή που καὶ τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ διαμαρτύρεται Λόγια, ὡς ὁ παρὼν βίος οὐκ ἔστι τρυφῆς καὶ βραβείων καὶ ἐπάθλων, ἀλλ' ἀγώνων καὶ πόνων καὶ παλαισμάτων· τὰ δὲ γέρα, καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν ἐκεῖθεν προσῆκεν ἐπιζητεῖν, ἐκεῖθεν, εἰ μὴ μέγα εἰπεῖν, Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ εὑρήσομεν.

C Tuum ipsius deploras statum, nam ignoras nostrum. Quod si illa cognosceres, quæ nos patimur, et ad quæ certamina quotidie descendimus, opinor te nolle ulterius proprias tuas enumerare vel deplorare miserias. Fulminum certe sonos et tonitruum infaustos, dum majore cum horrore incutiantur, cum metu sufferre assuefacti sumus multo, quam olim, minore. Quid agendum igitur? Nihil certe aliud quam animosius colluctari cum iis quæ acciderunt: ut qui sciamus optime, quod sacra nobis et divina oracula suggerunt, non esse vitam hanc præsentem luxu transeundam, haud in illa corollas et præmia condonari, sed certamina, labores, colluctamenta subeunda; retributionem, coronas, fruitionem inde exspectanda, unde etiam, id est de D cœlo, per divinam misericordiam illa inveniemus.

ΕΠΙΣΤ. Β'.

Εὐσταθίῳ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας.

EPIST. II.

Eustathio patriarchæ Antiocheno.

Montacut. (ep. 11, p. 73).

Τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, καὶ τῶν ἐχθρῶν ὁ φόβος, λακονίζειν ἡμῖν ὑποτίθεται· καὶ εἴγε ἀλλήλοις συνέκειτο, καὶ σκυτάλαι ἂν τὴν ἐπιστολὴν διεκομιζον. Φασὶν οὖν σου τὴν ἱερατικὴν τελειότητα ἐρᾷν τε ἡμῶν, καὶ ἰδεῖν ἐφίεσθαι· καὶ ἡμεῖς δέ, ἴσθι, ὡς οὐδὲν ἔλαττον [τί γὰρ χρὴ νυνὶ διαφιλονικεῖν;) ὡς παρὸ πολὺ πλέον, κατὰ τὸν Θεῖον τοῦτον ἔρωτα διακείμεθα. Εἰ οὖν τοῖς λόγοις καὶ ἀλήθεια ἐπικάθηται, τὸ κωλῦον οὐδὲν τοὺς ἀλλήλων ἐραστὰς, ἔργῳ τε τὸν πόθον παραστῆσαι, καὶ ἀλλήλοις ἐμφανισθῆναι,

Viæ longitudo, et hostium metus, argumentum suppeditant laconismi. Et certe si hoc mutuo pacti fueramus, scutale epistolam expeditam traderet. Fertur sacerdotalem tuam perfectionem nos diligere, et conspectam cupere: noveris autem nos (nam quid hic opus contestatione?) non minus, si non magis, hoc secundum Deum affectu detineri. Si verbis igitur comes adhæret veritas, nihil impedit, quominus qui se mutuo diligunt reipsa desiderium adimplere, alteri alterum patefieri, et inde resul-

tante communi utilitate oblectari. Itinera quamvis longa, ubi alis amoris dilectio instruitur, et quamvis difficillima, expedite et leviter transmeantur. Quod cætera attinet, Patrum et fratrum optime, vale; scias nos tuam exspectare præsentiam, interim desiderii ardorem, spe futuræ consecutionis refocillemus. Vale.

καὶ τῆς αὐτόθεν ἀναφυομένης κοινῆς ὠφελείας κατεντρυφήσαι. Ὁδὸς γὰρ καὶ μῆκος, οἷς ὁ τῆς ἀγάπης ἔρως διεπτέρωται, κἂν δυσχερέστατα εἴη, ῥᾷστα καὶ κούφως διεπεραίνεται. Τὰ δὲ ἄλλα, Πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἄριστε, ἔρρωσο, εἰδὼς ἀπεκδεχομένους ἡμᾶς τὴν σὴν παρουσίαν, καὶ τὸ διακαὲς τοῦ πόθου, τῇ ἐλπίδι τῆς ἐπιτυχίας ἀναψύχοντας. Ἔρρωσο.

Propria manu exarabatur.

Ἐγράφη αὐτοχειρίᾳ.

EPIST. III.

Joanni metropolitæ Nicomediæ.

ΕΠΙΣΤ. Γ'.

Ἰωάννῃ μητροπολίτῃ Νικομηδείας.

Montacut. (ep. 17, p. 77).

Nec illudere novi, nec ferre illudentes possum. Si tu homo antiqui adeo moris, et simplex fueris, ut cum simus affecti contumeliis, ejus sensu non tangi debere nos, opineris, haud æquum erat, ut tu nos læderes, eo fine quasi morum tuorum simplicitas culpam extenuaret, et leviorem redderet. Cum vero per illa, quæ ausus es facere, studiose id egeris; ut sensum omnem a nobis suffurari posses, hac tua rusticitate duxisti ingestam nobis calumniam: nec resilire poteris ad illam quam in scenam producis nobis levitatem. Verumtamen ne non tam corrigendi, quam puniendi causa videar reprehensionem struere, cum justitiæ omnia scrutanti et pervidenti satisfecisse deprehenderis pro injuriis et contumeliis quibus sumus affecti, tum temet ego injuria me afficientem libens merito immunem dimittam a supplicio, hoc tantum commonefaciens, cujus oportet meminisse, nempe pœnam et supplicium te subterfugisse non propter morum tuorum vel scævitatem, vel malam consuetudinem, (unde fortassis, altum sapis), sed per nostram, quibus insidiabaris, bonitatem, quippe qui simus Christi discipuli et sectatores.

Οὔτε παίζειν οἶδα, οὔτε παιζόντων ἀνέχεσθαι. Εἰ οὖν οὕτως ἦς αὐτὸς ἀρχαῖος καὶ ἁπλοῦς, ὥστε μηδ' ἡμᾶς προπηλακιζομένους αἰσθάνεσθαι οἴεσθαι, οὐκ ἔδει σε κακουργεῖν, ἵνα σοῦ τὸ ἁμάρτημα ἡ τῶν ἠθῶν ἁπλότης ἐκείνου κουφότερον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἴσθησιν ἡμῶν, δι' ὧν ἐτόλμησας, μελέτην ἔθου λῆστεῦσαι, καὶ δυστροπίᾳ τὴν καθ' ἡμῶν ὕβριν ηὔξησας · οὐδεμίαν ἔχεις ἀναχώρησιν εἰς τὴν νυνὶ παρὰ σοῦ σκηνοποιουμένην κουφότητα. Πλὴν ἵνα μὴ δόξω τὸν ἔλεγχον ἐπάγειν, οὐ διορθώσεως ἀλλὰ κολάσεως ἕνεκα, ὅτε τῇ παντεφόρῳ δίκῃ δίκας εἰσπράττεσθαι τῆς εἰς ἡμᾶς κακουργίας καὶ ὕβρεως, ὡς αὐτὸς ὁρᾷς, ἐάλως · τότε σε τῆς σῆς δικαίας ποινῆς ἐκὼν ἀδικοῦντα ἀφίημι, τοῦτο μόνον ἐπειπών, ὡς μεμνῆσθαί σε χρὴ, ὅτι μὴ τῇ σῇ τῶν τρόπων κακοηθείᾳ καὶ δεινότητι, [ἐφ' οἷς ἴσως μέγα φρονεῖς) τῇ δ' ἡμετέρᾳ τῶν ἐπιβουλευθέντων χρηστότητι (Χριστοῦ γάρ ἐσμεν μαθηταὶ), τὴν τιμωρίαν διέφυγες.

EPIST. IV.

Ignatio Lophorum episcopo.

ΕΠΙΣΤ. Δ'.

Ἰγνατίῳ ἐπισκόπῳ Λόφων.

Montacut. (ep. 23, p. 84).

Dolet tibi quod inhibeam tibi injuste agere; at mihi magis juste dolere debet, quod non impediverim hæc ipsa exordiri. Sin dolorem meum occultum necesse est effari, quod ipse tibi causam exhibuerim, unde cum fieri volebas improbus, improbus revera esse possis, vides ut memetipsum auctorem tuis improbitatibus ascribam. Quid reris de me dicturi sunt alii, cum de tuis factis ringantur, neque habent elabendi facultatem? quomodo laturum illorum afflictiones, quarum tu es architectus, communem Dominum reris? Annon infestum experiere, qui hominem evexerit dignitate eum, quem par erat cum infimis subditorum accenseri? hoc modo me in te animatum puta: quod si non libenter et quantocius improbe agere desiveris, scito mihi incumbere necessitatem, ut te penitus a meiipsius et Ecclesiæ communione abscindam.

Ἀλγεῖς, ὅτι σε νῦν ἀδικοῦντα διακωλύω · ἐγὼ δὲ μᾶλλον καὶ δικαιότερον, ὅτι μὴ πάλαι μηδ' ἄρχειν[a] τοιαύτης πράξεως. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἐμὸν κρύφιον ἄλγος δέον ἐξειπεῖν ὅτι σοι παρέσχον ἀφορμὴν, δι' ἧς κακῶς[b] βουληθεὶς, ἐδυνήθης γενέσθαι, ὁρᾷς, ὡς τῶν σῶν ἀδικημάτων, αὐτὸς ἐμαυτὸν αἴτιον ἐγὼ γράφω. Τί ἂν οὖν οἴει τοὺς ἄλλους λέγειν περὶ ἐμοῦ, ὅταν τοῖς σοῖς ἀνιῶνται, καὶ φυγεῖν οὐκ ἔχουσι, τὸ μὴ δυαρορεῖν[c]; πῶς δὲ τοῖς ἐκείνων, ἅπερ αὐτὸς διέθου, παθήμασιν, οὐ τὸν κοινὸν Δεσπότην εὑρήσειν δυσμενῆ, ἀρχὴν ἐγχειρήσαντα ἀνδρὶ, ᾧ κρεῖσσον ἦν τοῖς τῶν ἀρχομένων ἐσχάτοις ἀντεξετάζεσθαι; Οὕτω με λογίζεσθαι νόμιζε περὶ σοῦ · καὶ εἰ μὴ θᾶττον καὶ ἡδέως σαυτοῦ τὰ ἀδικήματα περικόψῃς, ἀνάγκην εἶναί μοι, ἐμοῦ τε καὶ τῆς ὅλης Ἐκκλησίας, τέλειόν σε διακόψαι.

EPIST. V.

Georgio Nicomediæ metropolitæ.

ΕΠΙΣΤ. Ε'.

Γεωργίῳ μητροπολίτῃ Νικομηδείας.

Montacut. (ep. 24, p. 84).

Virum probum et honestum te prædicant, qui

Καλόν σε καὶ ἀγαθὸν οἱ αὐτόθεν φαμίζουσιν ἥκον-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἴσ. ἄρχοντα. [b] Ἴσ· κακός. [c] Ἴσ. δυσαρεστεῖν.

τες · καὶ οἱ μὲν ἄλλοι θαυμάζουσι χαίροντες. Ἔσθ' A ad nos a vobis accedunt. Alii quidem cum admira-
ὅτε γὰρ, ὑπνοῦντος τοῦ φθόνου, οὐδὲν ἧττον ἄνθρω-
ποι τοῖς ἀλλήλων, ἢ τοῖς αὐτῶν, ἡδύνονται κατορ-
θώμασιν. Ἐγὼ δὲ χαίρω μόνον, τὸ θαυμάζειν ἐφ-
έμενος. Οὐ γὰρ ἠγνόουν σε τοιοῦτον ὄντα, οὐδ' ἀνο-
μοίους πάλαι τὰς ἐλπίδας εἶχον ὅσγε καὶ θείαις τε-
λεταῖς μυσταγωγήσας ἱέρωσα · θαυμάζειν δ' ἂν οἶμαι
προαχθείην, εἴ τί σου τῶν τρόπων, καὶ τοῦ ἐγνω-
σμένου ἤθους, ἀλλοτριώτερον διακούσαιμι. Εἰ δὲ, μὴ
φεύγειν τὴν ἐφορίαν, ἐφ' ᾗ νῦν ἐτάχθης, καλῶς
κατορθώσῃς, λειποταξίαν κρίνων τὴν ἐπαινουμένην
πάλαι ἡσυχίαν · εὖ ἴσθι, ὡς τοῦτο ἂν ἅμα χαίρων,
καὶ σὺν ὅτι μάλιστα ἐπαίνῳ θαυμάσαιμι.

tione gaudent ; ita enim interdum fit, ut sopito livore, non minus aliorum recte factis quam suismet ipsorum oblectantur homines. Ego mirari quidem mitto, tantum gaudeo. Neque enim te, qualis eras, ignorabam, nec dissimiles jam olim spes fovebam ; quippe qui sacris Christianorum institutis episcopum ordinavi. Ad mirandum vero, arbitror, procederem, si quid accepissem fando immutatum de moribus, et mihi nota satis conditione, tuis. Quod si non subterfugere provinciam, in qua constitutus es, recte tecum statuas, desertionem ordinis existimans laudatam tibi olim tranquillitatem, notum tibi sit quod affectum istum cum gaudio, et magna etiam cum laude admirarer.

ΕΠΙΣΤ. ϛ'. B EPIST. VI.

Ἰωάννῃ μητροπολίτῃ Ἡρακλείας, τῆς ἐπαναστάσεως τῆς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν συνισταμενης.

Joanni Heracleensi metropolitæ, cum per Armeniam defectio agitaretur.

Montacut. (ep. 28, p. 87).

Ἀπηλγημένας λύπας ἀριθμεῖς ἐπὶ τῇ φορᾷ τῶν παρόντων κακῶν, ὥσπερ ἐκὼν τὰς αἰσθήσεις μύων, καὶ οὐκ ἐθέλων ὁρᾷν. Σείεται σχεδὸν ἡ Ἀσία πᾶσα ἐμφυλίῳ στάσει, καὶ πόλεις αὐτανδροι ὑποβρύχιοι φέρονται τῷ κακῷ, ὁ δὲ [d] τὴν φορὰν ταύτην ἐπισχεῖν ἐλπίδες ἦσαν, οὐχ ὅτι οὐδὲν ἐπικουρεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βάραθρον συνωθῶν, οὐ μικρὰ ἐπὶ τούτῳ φρονεῖ. Οἱ γὰρ καθηγούμενοι τοῦ στρατοῦ, αὐτοὶ κατὰ τῶν δυσμενῶν τὰ ὅπλα φέρειν μεθέντες (ἐῶ δὲ νῦν, ὡς κατὰ τῆς ἰδίας κεφαλῆς καὶ ἀρχῆς ἐπανετείναντο), C ἀλλ' οὖν κατ' ἀλλήλων φέρειν τὸ στρατιωτικὸν ἐβαρβάρωσαν, οὔτε θεσμοὺς θείους, οὔτε ἀνθρωπίνους ἐν λόγῳ ποιησάμενοι. Πῶς οἴει τὴν πόλιν καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτοὺς, εἰ βούλει δὲ καὶ ἡμᾶς, ἐπὶ τηλικούτῳ διακεῖσθαι πάθει ; Ἂν δὲ τὸ κοινὸν λωφήσῃ κακὸν, λωφήσει δὲ, (τοῦτο γὰρ τὸ εὐθὺ τῆς δίκης καὶ λέγειν ἀναπείθει, καὶ ἐννοεῖν) οἰχήσεται καὶ τὰ ἐνοχλοῦντα ἑκάστῳ καὶ ἰδία λυπηρὰ, τῶν νόμων ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἀνενεγκόντων, καὶ τῶν ἀδικεῖν ἐπιχειρούντων, ἢ καὶ ἀδικησάντων, τὴν δίκην ἀπαιτουμένων. Ἔρρωσο.

Mœrores insensatos enumeras in præsentium malorum diffusione, perinde ac si sensus voluntarie occluseras, neque animus esset oculis usurpare. Universa pene Asia intestina concutitur seditione ; civititates cum tota incolarum multitudine malo feruntur involuti, et suffocati undis. Qui ruinam hanc concepta spe suffulciturus credebatur, non modo nihil auxilii præstat, sed in præcipitium res deturbat, atque eam ob rem gloriose de se sentit. Exercituum ductores, omisso in hostes capessendorum armarum actu (nec refero quantopere in proprium ipsorum caput et imperium conjurent) in semet mutuo, barbarorum more, castra movent, nil leges Dei veriti, nil humanos reveriti mores. Quomodo putas, urbs, imperatores ipsi, etiam nos, si velis, afficimur hac tanta calamitate ? Quod si commune hoc quiescat malum, omnino autem conquiescat (ita enim ut loquamur persuadet justitia), simul etiam evanituræ sunt, quæ quemlibet privatim urgent calamitates ; veterem vim et debitam obtinebunt leges ; de iis qui injusti aliquid patrarunt, et injuste patrare volentibus, supplicium sumetur. Vale.

ΕΠΙΣΤ. Ζ'.

Θεοδώρῳ μητροπολίτῃ Λαοδικείας.

EPIST. VII.

Theodoro metropolitæ Laodiceæ.

Montacut. (ep. 40, p. 98).

Εἰ στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος, ἐπάθλων δὲ ἡ ἐκεῖθεν πολιτεία · μὴ θαύμαζε εἰ τῶν δικαίων τινὲς ἐνταῦθα ταλαιπωρίαις παλαίουσι, ἀλλὰ μᾶλλον εἰ τινες τῶν ἀγώνων καὶ ἄθλων καὶ καιρὸν καὶ τόπον στεφάνων, ἡμέραν καὶ ἀναῤῥήσεως βῆμα νομίζουσιν·

Si stadium vita præsens fuerit, præmiorum, quæ ventura est, politia erit. Noli mirari si justorum aliqui cum miseriis hic colluctentur : magis autem multo, si qui rentur idem esse tempus certaminum et locum coronarum, diem manifestationis et judicii tribunal.

ΕΠΙΣΤ. Η'.

Ἰγνατίῳ ἐπισκόπῳ Λόφων.

EPIST. VIII.

Ignatio Lophorum episcopo.

Montacut. (ep. 69, p. 120).

Δυσφορεῖς καὶ θρηνεῖς καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιεῖς, ὅτι σε ταχέως οὕτως καὶ ἀφειδῶς, ὡς νομίζεις,

Male te habet, deploras, sursum deorsum omnia misces, quod te tam cito, et tam vehementer (ut

VARIÆ LECTIONES.

[d] Ἰσ. ὧδε.

reris) sine respectu taxaverim. Ego te non minus incuso, qui te dignum dederis hisce reprehensionibus, et nos adegeris ut ad ista dicenda, præter consuetudinem, accederemus. Si autem revera percussus fueris, et profundius penetraverit reprehensionum cuspis, tute declarabis, dum illa averseris, quæ telum hoc a nobis extorserunt. Ita plagam tibi ingestam, per Dei misericordiam, non modo persanaturi sumus, sed deinceps te ut membrum nostri corporis confovebimus.

A ἐπλήξαμεν. Ἐγὼ δέ οὐδὲν ἧττον, ὅτι σεαυτὸν τοιούτων ἄξιον παρεσκεύασας, καὶ ἡμᾶς ἐλθεῖν, παρὰ τὸ ἡμέτερον ἦθος, εἰς τοὺς περὶ σὲ λόγους ἠνάγκασας. Εἰ δ' ἀληθῶς ἐπλήγης, καὶ μέχρι βάθους ἡ τῶν ἐλέγχων ἀκμὴ ἔφθασεν, δείξεις ἐκεῖνα φυγών, δι' ἃ τὸ βέλος ἀφήκαμεν· καὶ σοῦ τὴν πληγὴν σὺν εὐμενείᾳ θεοῦ οὐ μόνον ἐξιασόμεθα, ἀλλὰ καὶ τὸ λοιπὸν ὡς μέλους ἀντιποιησόμεθα.

EPIST. IX.

Theodoro metropolitæ Laodiceæ.

ΕΠΙΣΤ. Θ'.

Θεοδώρῳ μητροπολίτῃ Λαοδικείας.

Montacut. (ep. 70, p. 120).

Occasio nunc, o amice, offertur, si ipse volueris, et noster filius exsistas, vel minime reformidare mortalium minas, dum immotum te præstes veritatis athletam, illustre laudum præconium de cœlo consequi, et victorem ibidem declarari : vel dum veritatem prodis, et proditor censeris, temporali et fluida voluptate et gloria frui.

B Νῦν καιρός, ὦ φίλε, εἰ βούλει δὲ, καὶ τέκνον ἡμέτερον, ἢ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἀπειλὰς οὐ δεδιότα, στερρὸν ὀφθῆναι τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχον, καὶ λαμπρᾶς τυχεῖν τῆς ἐκεῖθεν εὐφημίας καὶ ἀναῤῥήσεως· ἢ προσκαίρῳ καὶ ῥευστῇ ἡδονῇ καὶ δόξῃ προδότην τῆς ἀϊδίου καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι.

EPIST. X.

Eidem.

ΕΠΙΣΤ. Ι'.

Τῷ αὐτῷ.

Montacut. (ep. 71, p. 120).

Si finis doctrinæ et institutionis sit pudore suipsius teneri, extremæ fuerit ineruditionis necessse est, nullo aliorum pudore moveri. At gloriari de iis quæ occultanda potius fuerant, terminos excedit humanæ improbitatis.

Εἰ τέλος παιδείας τὸ ἑαυτὸν αἰσχύνεσθαι, ἐσχάτης ἀπαιδευσίας τὸ μηδὲ τοὺς ἄλλους αἰσχύνεσθαι· τὸ δὲ καὶ ἐφ' οἷς ἐγκαλύπτεσθαι προσῆκεν, ἐγκαλλωπίζεσθαι, ὑπερόριον καὶ τῆς ἀνθρωπίνης κακίας.

C

EPIST. XI.

Theodoro metropolitæ Laodiceæ.

ΕΠΙΣΤ. ΙΑ'.

Θεοδώρῳ μητροπολίτῃ Λαοδικείας.

Montacut. (ep. 87, p. 132).

Quæ de te fando accepimus, si vera sunt, tardor quidem, et vix tu qualis sis, intellexi ; sin falsa, quis fueras ab initio cognovi. In quantum ergo virum decet esse bonum et honestum, non malum et improbum, et me gaudere, non ægre ferre, quod te amicum mihi conciliavi ; in tantum te oportet evitare illa, quæ rumor est te perpetrare ; esto autem omnis hæc fama, precor, veritate destituta.

Ἅπερ ἀκούομεν περὶ σοῦ, εἰ μὲν ἀληθῆ εἰσιν, ὀψὲ καὶ μόλις γινώσκομεν ὅστις εἶ· εἰ δὲ ψευδῆ, ἀπαρχῆς ἔγνωμεν ἄρα ὅστις εἶ. Ὅσῳ οὖν διαφέρει καλὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι τοῦ φαῦλον καὶ μοχθηρὸν γίνεσθαι· κἀμὲ χαίρειν ἀντὶ τοῦ δυσφορεῖν, ἐφ' ᾧ σε φίλον ἐποιησάμην, τοσοῦτον δεῖ σε φυγεῖν ἃ σέ φασί ποιεῖν· εἴη δὲ, πάντων ἕνεκα, τῆς ἀληθείας ἤρεμος ἡ φήμη.

EPIST. XII.

Eulampio archiepiscopo et sceuophylaci.

ΕΠΙΣΤ. ΙΒ'.

Εὐλαμπίῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ σκευοφύλακι.

Montacut. (ep. 95, p. 135).

Non possunt tenebræ una cum luce adesse, odit enim veritas congressum mendacii. Post tuum a nobis discessum, qui titulum mentitur affuit Emmanuel, qui ea nobis manifestavit quæ par et probabile fuit acturum illum, et quæ mores ipsius decebant.

D Οὐκ ἐθέλει τῷ φωτὶ συμπαρεῖναι τὸ σκότος· μισεῖ δὲ καὶ τὴν σύνοδον τοῦ ψεύδους ἡ ἀλήθεια. Μετὰ τὴν σὴν ἀφ' ἡμῶν ἀναχώρησιν, ὁ τὴν κλῆσιν ψευδόμενος ἐφέστηκεν Ἐμμανουήλ, οἷα εἰκὸς ἦν πράττειν αὐτὸν καὶ τῶν οἰκείων τρόπων ἀξίως, ἐπιδεικνύμενος.

EPIST. XIII.

Antonio Bosphori archiepiscopo.

ΕΠΙΣΤ. ΙΓ'.

Ἀντωνίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Βοσφόρου.

Montacut. (ep. 96, p. 136).

Olim erat Axinus Scythicus pontus. Nam advenas intrantes, quod fando horribile, devorabant. Milesii vero in Euxinum transformarant per comitatem et civilitatem introductam, cicurata barbarica et bestiali consuetudine. In præsenti per te et tuos pro virtute susceptos labores et certamina et multi-

Ἦν ποτε Ἄξεινος ὁ Σκυθικὸς πόντος. Ἐποιεῖτο γὰρ βορὰν, φρικτὸν ἀκοῦσαι, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας τῶν ξένων. Μιλήσιοι δὲ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἡμέρῳ πολιτείᾳ, τό τε θηριῶδες καὶ βάρβαρον ἐξημέρωσαν ἦθος, καὶ εἰς Εὔξεινον αὐτὸν μετεποίησαν. Νῦν δὲ διὰ σοῦ, καὶ τοὺς σοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγῶνας καὶ

πόνους καὶ τὴν ἄλλην περὶ τὸ Θεῖον θεραπείαν, οὐκ Εὔξεινος μόνον, ἀλλὰ καὶ Εὐσεβὴς, μετὰ τοῦ εἶναι, καὶ ὀνομάζεται [f]. Πόσης οἴει με, ταῦτα καὶ ἐννοοῦντα καὶ γράφοντα, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληροῦσθαι; Εἰ δὲ καὶ τοὺς αὐτόθι Ἰουδαίους, εἰς τὴν ὑπακοὴν Χριστοῦ αἰχμαλωτίσας, ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ τοῦ γράμματος, ἐπὶ τὴν χάριν, ὡς ἔγραψας, μεταστήσεις [g], ἀπέχω, καὶ περισσεύω τῶν καλῶν ἐλπίδων τοὺς ὡραίους καρποὺς, ἃς ἐπὶ σοὶ διαπαντὸς ἔτρεφον.

A plicem Numinis cultum, non Euxinus sed et Eusebes, cum talis exsistat, nominatur. Quanto me gaudio, qua jucunditate, dum hoc ipsum scribo repletum arbitraris? Quod si Judæos qui inibi sunt captivos in Christi obedientian duxeris, ab umbra et littera, quemadmodum scribis, in gratiam transtuleris, abstineo, et cum abundantia fobevo, maturos illosce optimæ spei fructus, quos continuo de temet ipso foveo.

ΕΠΙΣΤ. ΙΔ'.

Ζαχαρίᾳ μητροπολίτῃ Χαλκηδόνος.

EPIST. XIV.

Zachariæ Chalcedonis metropol.

Montacut. (op. 106, p. 151).

Τὴν Αἰσώπου γνωμην, ἣν ἀπέδωκε, διερωτήσαντος τοῦ Λακεδαιμονίου Χείλωνος (ἐξ ὧν γὰρ ποθεῖς ναμάτων, τὸν τῆς παραινέσεώς σοι κιρνὼ κρατῆρα), μὴ μόνον εὐστόχως καὶ σοφῶς εἰρημένην, ἀλλὰ καὶ χρησιμωτάτην λίαν νόμιζε. Ἔστι γὰρ, ἔστιν, ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰδεῖν ἐναργῶς, ὡς ὁ ἄῤῥητος [g] καὶ ἀναλλοίωτος νοῦς, ἐπαίρει μὲν συνεχῶς (ὅπερ ἐκεῖνος ἔφησεν) εἰς ὕψος [h] ταπεινά· κατάγει δὲ εἰς ταπεινότητα, τὰ ὑψηλά· καὶ τοῦτο συνεχῶς διαμελετῶν, κἂν ἄνω δοκῇς ἑστάναι, σκόπει τὰ κάτω καὶ ταπεινά· ἵνα μὴ ἀθρόον, καὶ παρ' ἐλπίδας πεσὼν, εἰς ἀμηχανίαν ὅλως καταστῇς, καὶ ἰλιγγιῶντι

Æsopi sententiam, quam Chiloni Spartano interroganti protulit, non modo apposite et prudenter prolatam, sed valde commodam arbitrare (ut e rivulis, quibus oblectaris, admonitionis tibi poculum propinam). Certe e re ipsa manifeste licet animadvertere, quod firma et immota mens sæpenumero attollit (quemadmodum ille loquebatur) humilia in sublime, et deprimit sublimia in humilitatem. Hoc tuo animo recolens sæpe, licet in excelso elatus exsistere videaris, quæ deorsum sunt, intuere; ne præter exspectationem tuam, subito et confertim deturbatus excidas, et quo te vertas

VARIÆ LECTIONES.

[e] ἄσπορον. [f] προσ. [g] ἄῤῥητος. [h] τά.

nescius, similis fias vertiginoso et circumacto, ita ut risum moveas (quæ est deploranda hominum conditio) iis qui per adulationem nunc te beatum prædicant : nobis autem dolorem procures, qui libere nunc optima tibi suggerimus. Et lutcunque temet tunc vehementer incuses, quia suspectos aliquando habebas eos qui bene suadebant, nihil inde referes emolumenti, tantum post oblatam occasionem neglectam, pœnitentiam frustra ages, atque feres ægerrime.

A καὶ περιδινουμένῳ ἐοικὼς, γέλωτα μὲν κινήσεις f (ὦ φύσις ἀνθρώπων τάλαινα) τοῖς σε νῦν ἐν κολακείᾳ μακαρίζουσιν, ὥσπερ λύπην ἡμῖν, τοῖς ἐν παῤῥησίᾳ συμβουλεύουσι τὰ χρηστά· πολλὰ δὲ καταγινώσκων ἑαυτὸν τῆς προτέρας τῶν παραινούντων ὑπεροψίας, οὐδὲν πλέον ἀνύσεις, πλὴν τοῦ, τῶν καιρῶν ὀπίσω μεταγενώσκειν, καὶ δυσφορεῖν.

EPIST. L.

Nicolao hegumeno monasterii Sancti Nicephori.

Montacut. (ep. 159, p. 213.

ΕΠΙΣΤ. Ν'.

Νικολάῳ ἡγουμένῳ μονῆς τοῦ ἁγίου Νικηφόρου.

Amicus est res necessaria : quidni enim ? sed magis necessarius sermo justi. Optaram utramque concurrere in eo pro quo intercedis, amicitiam nempe et justitiam. Ita enim cum gaudio gratificabor amico. Sin id minus, non jam ego culpandus, sed is qui amicitiam disjunxit a justitia. Animo certe haud feres, me amantem cum justitia, ei qui sine ea diligit, non præferri. Quin scio, quod hoc ante illud animo recoles, quod haud tibi libitum est, ut ego qui olim in futuro judicio pœnas pendam pro judicio necæquo, nec recto, et ille duplici pœna plectatur. Nimirum quod injuste fecit primum ; secundo, quod cum justitiam violasset, et solutus esset crimine, aliam rem injustam perpetravit, quod cum pœnam luere debuerat, illi non erat inflicta.

B Ἀναγκαῖος μὲν ὁ φίλος· πῶς γὰρ οὔ ; ἀναγκαιότερος δὲ ὁ τοῦ δικαίου λόγος. Εὔχομαι ἀμφότερα συνδραμεῖν ὑπὲρ οὗ πρεσβεύεις, καὶ τὴν φιλίαν, καὶ τὴν δικαιοσύνην. Οὕτω γὰρ ἂν ἡδέως φίλῳ χαρισαίμην. Εἰ δ' οὖν, μηκέτι ἡμᾶς, ἀλλὰ τὸν διχάσαντα τὴν ἑαυτοῦ φιλίαν τῆς δικαιοσύνης, αἰτιατέον. Πάντως γὰρ, οὐδ' αὐτὸς ἀνέξῃ, ἐμὲ φιλοῦντα μετὰ τῆς δικαιοσύνης, τοῦ χωρὶς ταύτης ἀγαπηθέντος, μὴ προκρίνεσθαι. Ἐκεῖνο δὲ μοι, καὶ πρὸ τούτου, εὖ οἶδ' ὅτι, σκοπήσαις· ὡς οὐκ ἂν θελήσαις ἐμέ τι δίκην ὀφείλειν ἐκεῖθεν, τῆς οὐκ ὀρθῆς, οὐδὲ ἴσης κρίσεως, ἐκεῖνόν τε διπλᾶς ὑπέχειν ποινὰς, τοῦ τε πρώτου ἀδικήματος· καὶ τοῦ, ἐφ' ᾧ τὴν δίκην διαφθείρας, καὶ φυγών, δεύτερον ἀδίκημα, τῷ δίκην ὀφείλοντι, παρὰ τοῦ λαβεῖν, ἤνεγκεν.

EPIST. LI.

Dorotheo hegumeno monasterii Cedronorum.

Montacut. (ep. 220, p. 344).

ΕΠΙΣΤ. ΝΑ'.

Δωροθέῳ ἡγουμένῳ μονῆς Κεδρώνων.

Tu quidem plangis et lacrymaris, eo quod a nostro olim in Christo amore separabare; recte facis : non enim est minus cum virtute conjunctum, amoris jacturam deflere ; et non modo velle emendare, verum acerbe ferre, quod aliquando lapsus invaluit. Tantum abest ut ego alienationem priorem vituperem, propter præsentis concordiæ sinceritatem, aut ut tarde veniam concedam, ut gratias divinæ Providentiæ omnia administrandi ferendas tibi asseram. Qui enim tum profitebantur amicitiam, satis numerabiles generosam sane mentem tenuere : cæteros vel adulationem simulasse tempus convicit : quosdam, quod dum experirer, non metuebam, audacia exarmavit in contrarium ; et tamen factum est, ut qui cum illis staret, ab illorum suspicione non esset purus ; verum per istiusmodi tempora sinceram amicitiam viriliter conservasse, et dispositionis laudem egregiam habet, et futurorum sine dubio pignus, et præteritorum apologia, quæ nullam aliam requirat exigentiam, sed cum omni venia, de inertia in judicium si vocetur, apud tribunal nullis muneribus corrumpendum recte et egregie factum in præsenti ipsum per se honorem et venerationem consequetur.

C Σὺ μὲν ὀλοφύρῃ καὶ θρηνεῖς ἐφ' οἷς πάλαι τῆς ἡμῶν ἐν Κυρίῳ ἀγάπης διέστασο· καὶ καλῶς ποιεῖς· οὐδὲ τοῦτο γὰρ ἕλαττον τῶν ἄλλων εἰς ἀρετῆς λόγων ἀγάπης ζημίαν ὀδύρεσθαι, καὶ μὴ μόνον ἐθέλειν ὀρθοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ πικρῶς ἀλγεῖν, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἡ πτῶσις ἐκράτησεν. Ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ μέμψασθαί τι τῆς πρὶν διχονοίας, διὰ τὴν καθαρότητα τῆς νῦν ὁμονοίας, ἣ πρὸς συγγνώμην βραδὺς εἶναι, ὥστε καὶ χάριτας τῇ πάντα σοφῶς περιαγούσῃ προσομολογῶ προνοίᾳ, καὶ σέ φημι δεῖν. Τῶν γὰρ τότε φίλων εὐαρίθμητοι μὲν διεσώσαντο τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενές· τῶν δὲ λοιπῶν, τοὺς μὲν ὁ ἐπικρεμασθεὶς φόβος ἀφεῖλε τὴν ἀρετήν· τοὺς δὲ κολακείας ὄντας πρόσωπον ἤλεγξεν ὁ καιρός· τοὺς δὲ, ὦ, μέχρι τοῦ γενέσθαι μηδ' ἐλπιζομένη τόλμα καὶ ἀπεναντίας ἱσταμένους· καὶ συνέβαινεν, εἰ καὶ συνέβαινε, τὴν μετ' ἐκείνων ἔχοντι τάξιν, μηδὲ τῆς ἐκείνων καθαρεύειν ὑποψίας· τὸ δὲ ἐν καιρῷ τοιούτῳ καθαρὰν οὕπω καὶ ἀνδρείαν ἐπιδείξασθαι τὴν φιλίαν, καὶ τῆς παρούσης ἐστὶ διαθέσεως ἐγκώμιον μέγα· καὶ τῶν μελλόντων οὐκ ἔχουσα δισταγμὸν ἐγγύη· καὶ τῶν παρεληλυθότων ἀπολογία, μηδεμιᾶς μὲν ἄλλης δεομένη περιστάσεως, ἀλλὰ καὶ συγγνώμῃ πάσῃ δικάζουσα, τὴν ἀργίαν, ἐξ ἀδωροφορήτου τοῦ βήματος τοῦ παρόντος κατορθώματος αὐτῇ καθ' ἑαυτὴν τὸ αἰδέσιμόν τε καὶ ἀξιόπιστον χρηματίζει.

VARIÆ LECTIONES.

i κινησις j μέν.

ΕΠΙΣΤ. ΝΒ'. A EPIST. LII.

Γῷ αὐτῷ. *Eidem.*

Montacut. (ep. 230, p. 345).

Τὸ μὲν δῶρον γνησίας ἀγάπης · τὸ δὲ ἐν καιρῷ τοιούτῳ διαπύρου πόθου · τὸ δὲ καὶ τηλικούτων ἐπικρεμαμένων κινδύνων μαρτυρικοῦ ζήλου · ἀνθ' ὧν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμῶν σιγώντων, εἰς τὸν αὐτοῦ σε τῆς βασιλείας ἐναπογράφεται κλῆρον. Εἴη δ' ἡμῖν καὶ ἡ σὴ παρουσία μετὰ λαμπρᾶς καὶ μεγάλης τῆς σωτηρίας, καὶ τῶν ἱερῶν ἐλπίδων, αἷς ἡ σὴ πανιερὸς ψυχὴ προσανέχει · μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἔτι ὡρημένον [k] ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς ἔργοις τὸ βέβαιον λαμπρῶς καθορώμενον.

Munus ab amore est genuino ; at hoc tempore missum ardenti desiderio : sed tantis periculis impendentibus martyrii zelo. Pro quo Deus noster Christus, nobis tacentibus, in regni sui sortem te transmittat : tua autem præsentia futura est mihi cum illustri et notabili salute, et spe sacra, cui anima tua sancta affigitur, non per procrastinationem rejecta, sed reipsa conspicue firmata.

—

SERIES TERTIA. — AD DIVERSOS CLERICOS.

ΕΠΙΣΤ. ΝΓ'. B EPIST. LIII.

Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ ξενοδόχῳ. *Georgio diacono et hospitalario.*

Montacut. (ep. 45, p. 100).

Ὁ τῶν ἀπορρήτων ἐπόπτης καὶ μυσταγωγός, τὴν μέθην πόρρω Θεοῦ βασιλείας ἐθεάσατο. Εἰ οὖν μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, τί σοι τὸ ὄφελος, ὅτι τῶν ἄλλων ἁμαρτιῶν δοῦλος, ὡς λέγεις, οὐ γέγονας ; Καί τοι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ τυφλοῦ κειμένου τῇ μέθῃ τοῦ καθεδηγοῦντος λογισμοῦ καὶ ἀμύνοντος, μὴ παντὶ προσπταίειν λίθῳ τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ παντὸς πάθους προκεῖσθαι ἀνδράποδον.

Rerum secretarum inspector et propalator, ebrietatem a regno Dei submovit longe. Quod si ebrii Dei regnum non hæreditabunt, quid tibi prodest, si (quod affers) aliorum peccatorum servus non exsistas ? Est enim impossibile, cum ratio (viæ dux quæ esse debuit et injurias propulsare) cæca exstiterit per ebrietatem, non ad omnem lapidem offendere, non cujuslibet servum se exhibere.

ΕΠΙΣΤ. ΝΑ'. EPIST. LIV.

Τῷ αὐτῷ. *Eidem.*

Hæc epistola nunc quæstio CCII *editionis nostræ.*

ΕΠΙΣΤ. ΝΕ'. C EPIST. L V.

Θεοφάνει διακόνῳ καὶ πρωτονοταρίῳ. *Theophani diacono et protonotario.*

Montacut. (ep. 83, p. 129).

Ἀλγεῖς ὅτι ἀκούων [l] εἰς ἡμᾶς ἡμαρτες · μᾶλλον δὲ ὅτι τυραννούμενος καὶ πληγαῖς εἰς πεῖραν προκείμενος, μέχρι γλώσσης μόνον τὴν ἰσχὺν αὐτῶν τῆς βίας ἐπέδειξας, ἀνάλωτον ταῖς βασάνοις συντηρήσας τὴν διάνοιαν. Καὶ τί ἂν ἄλλο ταύτης γένοιτο τῆς παραψυχίας παραμύθιον, ὅτι τοσούτῳ πλήθει φοβερῶν βασάνων τὴν τοῦ συνειδότος κρίσιν οὐκ ἐθέλωσας, οὐδὲ τῆς κακίας τῶν βιαζομένων ὄργανον ἐγένου, καί τοι πολυειδέσι καὶ πολυτρόποις αἰκίαις, ἀλλ' οὐ δακτύλοις, κρουόμενος. Πῶς δὲ ἡμεῖς οὐκ ἂν συγγνώμης καὶ εἴ τι ταύτης ὑψηλότερον, οὐχὶ καὶ σὺν προθυμίᾳ σε ἄξιον ψηφιούμεθα, ὅτι ῥήματι [m] καὶ βίᾳ παρασύρεις, ὡς εἰς τὸ πᾶν καὶ ἑκὼν ἐξημαρτηκώς, οὕτως ἑαυτὸν ἐταπείνωσας ; καὶ τῶν ἡμετέρων ῥημάτων οὐκ ἔχεις, οἶμαι, χρείαν μανθάνειν τὸ βέβαιον. Ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον ἀπέχομέν τι τῶν ἀηδῶν περὶ σοῦ διανοηθῆναι, ὅτι καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀφορᾷν εἰς σὲ προτρεπόμεθα. Σὺ δὲ ἔρρωσο, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελοῦ, δι' ἧς τελειούμεθα, καὶ δι' ἣν σὲ τῶν φίλων καὶ

Dolet tibi quod invitus in me deliquisti ; potius quod tyrannice compulsus, et plagis inflictis ad tentationem subditus, lingua tenus tantum, quam vim habuerit eorum violentia, docuisti ; tormentis interim animum non succumbentem custodiens. Et quodnam aliud solatium haberi poterat hujusce præsentis animi, quod ne per tantam terribilium terrorum multitudinem conscientiæ tuæ judicium fœdaveris, nec improbitatum vim inserentium instrumentum te præstitisti, utcunque tormentis multarum specierum et variarum, non leviter, aut digito tenus tortus fuisti. Nos autem quomodo non te venia dignum, aut si quid venia excellentius sit, et quidem libentissime decernemus, ut torrente ac violentia in transversum actus, in offensionis peccatum incideris, ubi te taliter humiliasti, ut non sit tibi, opinor, opus, a nobis constantiam edoceri ? Certe tantum abest ut nos aliquid acerbitatis in te statuamus, ut plerosque, te intueri, tanquam in

VARIÆ LECTIONES.

[k] ἴσ. ἀπηωρημένων. [l] ἄκων. [m] ῥύματι.

exemplum jubeamus ; tu autem vale, et virtutem cura per quam consummamur, et propter quam te jam olim amicorum albo et genuino meorum familiarium choro ascripsimus.

τῶν γνησίων θεραπόντων πάλαι τῷ χορῷ συγκατελέξαμεν.

EPIST. LVI.

Georgio diacono, et hospitalario.

ΕΠΙΣΤ. ΝϚ'.

Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ ξενοδόχῳ.

Montacut. (ep. 88, p. 132).

Melanthium ferunt, tragœdiæ auctorem, tam voracem fuisse, ut indoleret, quod cycni collum non haberet, ut quam diuturno tempore ciborum per guttur descendentium voluptate frueretur : si tuorum particeps conviviorum fieret, opinor eum indolentiæ suæ et mœstitiæ remedium illius habiturum, et deprecaturum ne guttur in antiqua sua subsistat longitudine, ne multum temporis insumeret a tua mensa et eduliis tuis abstinens. Quid ergo faciendum ? Certe semper et ubique *Ne quid nimis*, optimum existimare.

Μελάνθιόν φασι, τὸν τραγῳδίας ὑποκριτὴν, οὕτω τῆς ὀψοφαγίας ἤττω γενέσθαι, ὥστε καὶ ἀθυμεῖν, ἐπεὶ μὴ κύκνου τὸν τράχηλον εἶχεν · ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον τῶν διὰ τοῦ λαιμοῦ ῥεόντων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἡδονῆς, ἀπόλαύῃ. Εἰ δὲ σοῦ τῶν δείπνων ἐγεγόνει κοινωνὸς, οἶμαι ἂν αὐτὸν καὶ τῆς ἀθυμίας μέγα φάρμακον ἐξευρεῖν, καὶ ἀπεύχεσθαι μηδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον μῆκος τὸν αὐχένα διαμένειν, ἵνα μὴ συχνὸν ἀναλίσκοι χρόνον τῆς σῆς τραπέζης καὶ τῶν σῶν ἐδεσμάτων ἀνεχόμενος. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν ; Πανταχοῦ τό, Μηδὲν ἄγαν, ὑπολαμβάνειν κράτιστον.

EPIST. LVII.

Eidem.

ΕΠΙΣΤ. ΝΖ'.

Τῷ αὐτῷ.

Montacut. (ep. 89, p. 133).

Divitias amas, idcirco virtutem non amas. Nam impio amore, laudandus amor omnis bonorum exstinguitur. Sin avaritiæ flammam exstinxeris et spinas cupiditatis simul combures, tum facilius animæ tuæ tellus suum proprium fructum faciet pullulare, eleemosynam, et te alioqui cum hædis locandum inter ovium greges translatum dabit. Vale.

Ἐρᾷς χρημάτων · διὰ τοῦτο, ἀρετῆς οὐκ ἐρᾷς. Ἔρωτι γὰρ κακίας, ὁ τῶν καλῶν ἔρως ἐναποσβέννυται. Εἰ δέ γε τὴν φλόγα τῆς πλεονεξίας ἀποσβέσεις, καὶ τὰς ἀκάνθας τῆς φιλαργυρίας συμφλέξεις, ῥᾷον ἡ τῆς ψυχῆς ἄρουρα τὸν οἰκεῖον καρπὸν, τὴν ἐλεημοσύνην ἀναβλαστήσει · καὶ σὲ ἀντὶ τοῦ μετὰ τῶν ἐρίφων τετάχθαι, εἰς τὴν τῶν προβάτων ἀγέλην μεταστήσει. Ἔρρωσο.

EPIST. LVIII.

Georgio diacono et hospitalario.

ΕΠΙΣΤ ΝΗ'.

Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ ξενοδόχῳ.

Montacut. (ep. 94, p. 135).

Qui apud Græcos videntur sapientes, materiam, sive *hylam*, impensis multis et longis sermonibus, vix tandem potuere (ut ipsimet aiunt) tardo hebeti et infirmæ rationi persuadere, quod aliud illa esset, et diversum ab omnibus, perpetuis alterationibus subdita, fluxa, fluida, omnium formarum receptiva. Si te tum temporis nasci contigerat, tu solummodo in illorum notitiam deveniens, a multis longis laboribus et defatigationibus ipsos facile liberasses. Nemo enim, opinor, te aliquando deprehendit, ne per momentum in eadem sententia manentem ; sed defluentem semper, immutatum, et præsentibus implicitum et ad omnia transfiguratum et fœditate tanquam propria pulchritudine exultum.

Τὴν ὕλην, οἱ παρ' Ἕλλησι δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀναλώσαντες λόγους, μόλις ἴσχυσαν, (ὡς αὐτοί φασι) νόθῳ [n] καὶ ἀσθενεῖ παραστῆσαι λογισμῷ, ὡς ἄλλο τι οὖσα παρὰ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἀλλοιουμένη διηνεκῶς, καὶ ῥέουσα, πάντων ἐστὶ τῶν ὄντων δεκτική. Εἰ δὲ σὲ συνέβη κατ' ἐκείνους γενέσθαι τοὺς καιροὺς, μόνον αὐτοῖς ἐπιγνωσθεὶς, πάντων ἂν τῶν μακρῶν ἐκείνων, ἀπῆλλαξας αὐτοὺς πόνων καὶ καμάτων. Οὐδεὶς γὰρ, οἶμαι, οὐδέποτέ σε, οὐδ' ἐν ἀκαρεῖ, τὴν αὐτὴν ἔχοντα κατεῖληφε γνώμην · ἀλλὰ ῥεοντά τε ἀεὶ, καὶ ἀλλοιούμενον, καὶ τῶν παρατυγχανόντων γινόμενον, καὶ πρὸς ἅπαντα μορφούμενον, καὶ ὡς οἰκείᾳ μορφῇ τὴν ἀμορφίαν καλλωπιζόμενον.

EPIST. LIX.

Gregorio diacono et chartulario Amasiano.

ΕΠΙΣΤ. ΝΘ'.

Γρηγορίῳ διακόνῳ καὶ χαρτουλαρίῳ τῷ Ἀμασιάνῳ.

Montacut. (ep. 99, p. 141).

Audio quosdam ex adversariis pacem circumannuntiare, et simpliciores conari, ut hoc nomine inescatos capiant : verumtamen, si pacem illam

Ἀκούω τινας τῶν ἐναντίων εἰρήνην περιαγγέλλειν, καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἐπιχειρεῖν ταύτῃ δελεάζειν τῇ προσηγορίᾳ. Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν ὁ Κύριος διδω-

VARIÆ LECTIONES.

[n] Ἰσ. νωθρῷ.

σιν, οὐκ ἐκείνους δεῖ περιαγγέλλειν, ἀλλὰ παρ' ἡμῶν ταύτην ὀφείλουσιν ἐκμανθάνειν. Εἰ δὲ ἦν καθελεῖν αὐτὸς ἐλήλυθεν (Οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶν, βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν), ἴστωσαν ὅτι χριστομαχοῦσιν, ὑπὸ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, τὴν κατ' αὐτοῦ πολιορκίαν ἀνιστῶντες.

A quam dat Dominus denuntiant, congruum non est ut annuntient illi, sed a nobis hanc acceptam debent agnoscere. Sin, quam ut tolleret, ispe advenit (nam *Non veni*, dicebat, *qui pacem darem, sed ut gladium*[8]), sciant tum quod contra Christum bellum gerunt, et, sub prætextu pacis, obsidione instituunt illum cingere.

ΕΠΙΣΤ. Ξ'.
Τῷ αὐτῷ.

EPIST. LX.
Eidem.

Montacut. (ep. 100, p. 142).

Εἴ τις δοξολογία, εἴ τις εὐχαριστία, ταύτην ἐξ ὅλης ψυχῆς Θεῷ ἀνατίθημι, ὅτι με τοιαύταις ἡμέραις ἄρχειν ἀνθρώπων οὐ συνεχώρησεν, οὐδ' ὀφθαλμοῖς ἐπιδεῖν πάθος ἀπαράκλητον, ἐν αἷς τάφος μέν ἀντὶ πόλεως ἡ Κωνσταντίνου, θρῆνος δὲ ἀντὶ ψαλμῳδίας, B οὐ τὰς οἰκίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἔχει· τῶν μὲν ὁλοκλήρων εἰς ἔδαφος κειμένων θέαμα, φασὶν, ἐλεεινόν, καὶ διηγεῖσθαι μεῖζον πίστεως· τῶν δὲ τῷ μεγίστῳ μέρει κατενηνεγμένων, καὶ μηδενὸς τοῦ πάθους κρείττονος γενομένου· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς, τῷ ἀφορήτῳ σάλῳ καὶ κλόνῳ, εἰς μέρη πολλὰ συγκαταῤῥαγείσης, καὶ τὰ ἐξ αἰῶνος τῆς πόλεως πάθη, τῷ μεγέθει τῶν κακῶν ἀποκρυψάσης· Νῦν μὲν γὰρ τὰ ἐμαυτοῦ μόνον σκοπῶ, καὶ εἰς ἐκεῖνά μοι τὰ τῆς φροντίδος καὶ τῆς ἀγωνίας ἀποτείνεται. Τότε δὲ ἀνάγκη τρέμειν ἦν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑτέροις ἁμαρτανομένων, καὶ τοῖς ἐκείνων παθήμασι πικρότερον ἀποδύρεσθαι καὶ μήποτε τῷ κοινῷ ° τῶν ἀδικημάτων [δεδιέναι] κοινὴν τῷ πλήθει τὴν τιμωρίαν, καὶ αὐτοὶ δοκοῦντες προεστάναι, συνδιενεγκεῖν καταδικασθῶμεν· ὧν ἁπάντων, ἀνθρώπινοι μὲν, ὡς ἐνόμισαν, ἐπιβουλαὶ, Θεὸς δὲ, τῇ οἰκείᾳ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, ἐῤῥύσατο.

Si quæ doxologia, si eucharistia aliquid sit, illam ego toto animo in Deum refero, quod me non est passus hominibus præesse cum imperio per tales dies, nec oculis contueri inconsolabile malum, cum non civitas sed sepulcrum exsistat Constantini urbs, lamentatio cum pro psalmodiis, non domos tantum privatas, sed et ecclesias occupet : quarum nonnullæ e fundamentis subrutæ solo æquantur ; miserandum cuivis spectaculum,et quod narratum fidem non inveniat : aliæ autem maxima ex parte, licet nulla clades desolaverit, ruinam tamem spectent : nec vel una ecclesiarum extra calamitatem hanc posita subsistat, sed et ipsa tellus, concussione et tremore intolerabili, in multas partes dissiluit : unde illa quoque quibus olim hæc civitas malis conflictabatur pro nullis habenda sunt. In præsenti res meas tantum speculor, in eas cura et sollicitudo mea omnis fertur. Quod si autem cum imperio essem necessum haberem, et pro aliis timere peccantibus, et vehementius eorum afflictionibus condolere, et metuere ne per peccatorum societatem, et nos, qui videmur eisdem præesse, ad supplicium commune condemnemur : ab istis nos omnibus hominum, quæ videbantur conspirationes, Deus autem revera, e sua gratia et bonitate liberavit.

C

ΕΠΙΣΤ. ΞΑ.
Τῷ αὐτῷ.

EPIST. LXI.
Eidem.

Montacut. (ep. 101, p. 142).

Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν φαίην δίκας τίνουσα P τὴν πόλιν τῶν εἰς ἡμᾶς ἀδικημάτων, ἀντὶ πόλεως πολυάνδριον γενέσθαι· παραινῶ δὲ μηδὲ τὴν ὑμῶν ὁσιότητα ταῦτα D ἐννοεῖν. Τίνες γὰρ ἡμεῖς, εἰ καὶ πεπόνθαμεν ἀδιήγητα, ἵνα τηλικαύτην ὀργὴν ἐκκαλεσώμεθα Θεοῦ; ἄλλως τε δὲ καὶ τότε, πλέον πάσχοντες [νῦν] ἐν οἷς ἐκεῖνοι πάσχουσι, τῷ κοινῷ νόμῳ τῆς συμπαθείας καὶ φύσεως, ἢ ἐν οἷς αὐτῶν δεδράκοτων, ἐπάσχομεν. Εἰ δ', ὅτι τῶν ἀνὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν Ἐκκλησιῶν τὴν δόξαν ἀπέκειρον, καὶ εἰς τὰ τῶν Χριστιανῶν μυστήρια ἐξωρχήσαντο, καὶ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς Θεοῦ, θρόνων καὶ Ἐκκλησιῶν, πάσῃ μηχανῇ καὶ πάσῃ βίᾳ, ἐξήλασαν· καὶ ἐν καιρῷ Χριστιανισμοῦ, τὰς Ἑλλήνων πράξεις παῤῥησιάσασθαι παρεσκεύασαν, σιγῇ βαθείᾳ, μᾶλλον δὲ καταστροφῇ τελείᾳ, τὰς

Ego certe haud dixerim, urbem in sepulcretum redactam, in vindictam eorum qui in me injuste fecerunt ; aut hortor tuam sanctitatem ut eamdem foveas mecum opinionem. Quinam enim nos sumus licet passi inexplicabilia, ut tantam a Deo iracunpiam devocemus : certe quidem in iis quæ patitur civitas, et nos plane compatimur, secundum legem naturæ et compassionis naturalis, plus quam per illa patiebamur, quæ a civibus sumus passi. Sin autem facinorum eorum pœnas luant, per quæ gloriam Dei et Ecclesiarum in toto Romano imperio positarum attonderunt, et insultarunt petulanter Christianorum mysteriis, episcopos, et Dei sacerdotes, nil non molientes, nullam vim non intentantes, de thronis et Ecclesiis suis ejectos abegerunt:

[8] Matth. x, 34.

VARIÆ LECTIONES.

° ἴσ καὶ δεδιέναι μήποτε τῷ κοινῷ... P ἴσ. τίνουσαν.

et ubi Christiana professio vigebat, paganas actiones licentiose patrari curaverunt : silentio profundo, potius subversioni plenariæ, sacrificia divina, et veneranda illa orgia tradidere : si ob hæc omnia pœnas luant audaciæ, nihil est quod pronuntiare ego possum, donec multa his majora eos perpetrasse judicium illud in cœlis repræsentet.

θείας τελετὰς καὶ τὰ φρικτὰ παραδεδωκότες ὄργια· ἂν οὖν διὰ ταῦτα δίκας εἰσπράττωνται τοῦ τολμήματος, πρὸς τοῦτο οὐκ ἂν δυναίμην ἄλλως ἔχειν διισχυρίσασθαι, μέχρις ἂν τὸ ἔχει q δικαιωτήριον, ἄλλα τινὰ μείζονα τῆς τηλικαύτης τόλμης ἐξημαρτηκότες παραστήσειεν.

EPIST. LXII.

Georgio diacono et cubiclusio.

ΕΠΙΣΤ. ΞΒ'

Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ κουβουκλεισίῳ.

Montacut. (ep. 104, p. 149).

Denuntio tibi, amicorum optime, ne deinceps amicus nobis nomineris. Nunc enim intelligo me præ cunctis mortalibus in veris amicis habendis infelicissimum. Bonus ille et fidelis œconomus communis amicus (hei mihi qui hoc dico et scribo, ipso interim tacente), me relicto, temporali amico, pro me, ut videtur, æternos amicos permutavit. Non enim pati potuit tantam virtutem tali temporum opportunitate obtinere, Timon ille apud antiquos, improbitate hominum fortassis intolerabili motus, prudenter egisse quidem visus est, cum pro *philanthropo misanthropus* haberi volebat. Ego multo quidem rectius videbor, pro affectu quo sum, *misophilus* nominandus : nam cum inter amicos mira quidem virtutis admiratione frui viderer, de fruitione gaudebam, et statim cum dolore acerbo, inde, quod me male habet, exturbor ; ita ut quicunque ille est qui telum hoc in me amentavit, sive ex invidia sive aliunde motus, id egit tantum ut cruciaret, et de voluptate extremis quasi labeculis degustaremus. Extra me rapior ab iis quæ patior, nec est quod dicam aliud, quam quod omnino mei non sis misertus, nec cum in exsilium relegarer, nec cum in vincula conjicerer, nec in aliqua mearum quibus exhaurior miseriarum : in nullo ipsorum emollitus, magno impetu amicum arreptum a me avulsisti, qui abiit, stimulum acerbum et inflexibilem medio meo cordi infigens. Sed fortassis haud diuturnum erit tempus, et penitus hoc conficiet (istud enim solum, utpote in tantis malis, nos refrigerat) et ad desideratum nobis exturbabit. Tu autem, o vitæ meæ solamen solum, vale : me ama, exsequias mea vice perfice, prout dignum tua virtute et illius amicitia fuerit, et meo loco cognatis et affinibus et tibimetipsi curator et patronus constitutus, alleva magnam doloris partem. Neque enim, opinor, facultas est, defuncto amico aliunde opitulari. Certe plura me scribere volentem inhibuere lacrymæ profusiores.

Ἀπαγορεύω σοι, φίλων ἄριστε, μηκέτι φίλον ἡμέτερον ὀνομάζεσθαι. Νῦν γὰρ ἔγνων ἐμαυτὸν, περὶ τοὺς ἀληθεστάτους φίλους, πάντων ἀνθρώπων δυστυχέστατον. Ὁ καλὸς ἡμῖν καὶ πιστὸς οἰκονόμος, ὁ κοινὸς φίλος (οἴ μοι λέγω καὶ γράφω σιγῶντος ἐκείνου) λιπὼν ἡμᾶς τοὺς προσκαίρους, ἀνθ' ἡμων, ὡς ἔοικε, τοὺς αἰωνίους φίλους ἠλλάξατο· ὥσπερ οὐκ ἀνεχόμενος ἀρετὴν τοσαύτην καιροῖς τοιουτοῖς ἐμπολιτεύεσθαι. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς ἐκεῖνος Τίμων, μοχθηρίαις ἀτόποις ἀνθρώπων ἴσως περιτυχὼν, ἔδοξέτι σοφὸν ἐπιτελεῖν, ἀντὶ φιλανθρώπου, μισάνθρωπος, καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι. Ἐγὼ δὲ πολλῷ ἂν φανείην δικαιότερα, οἶμαι, διαπραττόμενος, ἀνθ' οὗπέρ εἰμι, μισόφιλος γενέσθαι διανοούμενος. Τῆς γὰρ ἐν φίλοις θαυμαστῆς ἡλίκης ἀρετῆς ἀπολαύειν ἀρχόμενος, ἅμα μὲν χαίρω τῆς ἀπολαύσεως, ἅμα δὲ λίαν πικρῶς ἀνιώμενος, ταύτης ἀθλίως ἐλαύνομαι· ὥσπερ ἵνα μόνον λυπήσῃ καὶ τὴν συναίσθησιν τῶν ἀλγεινῶν ἀφόρητον ἐπαφήσῃ, διὰ τοῦτο μόνον τῆς τοιαύτης ἡδονῆς ἡμᾶς γεύσαντος τοῦ, ὅστις ποτέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ τηλικοῦτον καθ' ἡμῶν ῥίψας τὸ βέλος, εἴτε φθόνος, εἴτε ψῆφος ἄλλη. Ἐξάγομαι γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἔχω τί εἴπω πλὴν ὅτι μὴ κατελέησας ἡμᾶς, μήτε τῆς ὑπερορίας, μήτε τῆς φυλακῆς, μήτε τῶν ἄλλων χαλεπῶν, οἷς τὸν βίον περιαντλούμεθα. Ὑπὸ μηδενὸς τούτων δυσωπηθεὶς, λαβὼν ἀθρόον καὶ διασπάσας ἀφ' ἡμῶν τὸν φίλον οἴχεται πικρὸν καὶ ἀπαραίτητον κατὰ μέσης αὐτῆς καρδίας τὸ κέντρον ἐμπήξας. Ἀλλ' ἴσως οὐ πολὺς χρόνος καὶ τελείως ταύτην διεργασάμενος (τοῦτο γὰρ ὡς ἐν τηλικούτοις κακοῖς ἡμᾶς μόνον ἀναψύχει) πρὸς τὸν ποθούμενον ἀπελάσει. Σὺ δὲ, ὦ μοι λοιπὸν τοῦ βίου παραμύθιον, ἔρρωσο, καὶ με φίλει· καὶ τὴν ὁσίαν ἐκείνῳ, ἀνθ' ἡμῶν, ἀξίως τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἐκείνου φιλίας, ἐπιτέλει, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων ἀνθ' ἡμῶν καὶ σαυτοῦ προστάτης καὶ κηδεμὼν καθιστάμενος, κούφιζε τὸ πολὺ τοῦ πάθους· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἐστιν οἶμαι τῷ κειμένῳ συνεισενεγκεῖν. Εἰ δ' ἔτι καὶ πλέον ἤθελον γράφειν, ἀλλὰ σφοδρότερον ῥέον ἐπέσχεν τὸ δάκρυον τὴν γραφήν.

EPIST. LXIII.

Damiano xenodocho.

ΕΠΙΣΤ. ΞΓ'.

Δαμιανῷ ξενοδόχῳ.

Montacut. (ep. 112, p. 155).

Cum tacet qui injuriam patitur, multo magis afficientem convincit : patet enim quod nisi summam et inexplicabilem injuriam irrogantium crude-

Τὸ σιγᾷν ἀδικούμενον, μείζονα τῶν ἀδικούντων ποιεῖται τὸν ἔλεγχον· δῆλον γὰρ ὡς εἰ μὴ μεγάλην τινὰ καὶ ἀνυπέρβλητον τῶν ἀδικούντων ὠμότητα

VARIÆ LECTIONES.

q ἴσ. ἐκεῖ.

κατεγίνωσκεν, οὐκ ἂν ἀφεὶς τὸ κινεῖν ἐπ' ἔλεον, ἀντὶ τούτου τε καὶ τῶν δικαίων λόγων, τὴν σιωπὴν ἔστεργεν · ἀλλ' ὁ μὲν δυστυχὴς ἐκεῖνος καὶ πένης ἄνθρωπος, περὶ οὗ καὶ πρὶν ἔγραψα, ἠδικηκέναι μὲν ὑμᾶς ὁμολογεῖ, καὶ τῶν ἀδικημάτων οὐκ ἄλλους, ἀλλ' ὑμᾶς ἐπάγεται μάρτυρας. Κύριοι γὰρ νῦν ἀξιοῦτε γενέσθαι ὧν τυραννίδι καὶ βίᾳ τὴν ἐξουσίαν προειλήφατε. Ἀνίατα δὲ νοσεῖν, καὶ κρείττους εἶναι διορθώσεως καὶ μεταμελείας, οὔπω κατέγνωκε · διὰ τοῦτο, καὶ φίλους περινοστεῖ, καὶ λόγους φθέγγεται ἐλεεινούς, καὶ πρὸ τούτων, ὥσπερ ἱκετηρίαν, αὐτὸ προτείνει τὸ δίκαιον · οὐκ ἐν τοῖς ἔξωθεν κριτηρίοις, ἀλλ' ἐν μέσοις φίλοις, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος τῆς ὑμῶν συνειδήσεως. Εἰ δ' ἔτι μηδὲν χρηστὸν μηδὲ δικαίων περὶ αὐτὸν ἐννοήσητε, μηδ' ἐκείνων αὐτῷ ἐκστῆτε ἃ τυραννίδος νόμος αὐτοῦ μὲν ἥρπασεν, ὑμῖν δὲ ἐνεχείρισεν, ἴστε, ὡς ὅπερ ἐκεῖνος ὁ ὑφ' ὑμῶν ἀδικούμενος εἰπεῖν καθ' ὑμῶν ἐφυλάξατο, αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν, διὰ τῶν ἔργων, τὸ χειρίστους ἀνθρώπων εἶναι πάντων ἐψηφίσασθε.

litatem sentiret, non ea omisisset, quæ movere ad misericordiam possent, nec silentium prætulisset justæ injuriarum deplorationi. Miser autem ille et pauper, in cujus jampridem causa ad te litteras dedi, fatetur te injuriam intulisse, injuriarum porro illatarum haud alios testes quam teipsum citat. Dominum earum rerum haberi te vis legitimum, quas per vim et tyrannidem prius abstulisti. Non tamen desperato morbo teneri te, vel incurabili, nec pœnitentia corrigendo, arbitratur. Idcirco passim amicos adit, sermones serit miserabiles, atque imprimis jus ipsum deprecatorem offert : nec rem apud forensia tribunalia tractat, sed amicis arbitris, et ad tribunal conscientiæ tuæ. Si adhuc nil humanius, nihil cum justitia conjunctum, statuas in hac ejus causa, nec cedere velis possessionem eorum quæ per tyrannidem, non legem, abstulisti, scias, quod utcunque ille quem tu pauperem affecisti injuria, id non contra te dixerit, temet tamen contra te sciscere, per ea quæ perpetras, esse te nimirum omnium hominum nequissimum.

ΕΠΙΣΤ. ΞΔ'.

Γρηγορίῳ διακόνῳ καὶ χαρτυλαρίῳ.

EPIST. LXIV.

Gregorio diacono et chartulario.

Montacut. (ep. 113, p. 155).

Ἀνεθεμάτισαν ἡμᾶς χρόνοις μακροῖς, πᾶσα σύνοδος αἱρετική, καὶ πᾶν Εἰκονομάχων συνέδριον · οὐχ ἡμᾶς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πατέρα καὶ θεῖον ἡμέτερον, ἄνδρας ὁμολογητὰς Χριστοῦ, καὶ ἀρχιερέων σεμνολόγημα · ἀλλ' ἀνεθεματίσαντες, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἡμᾶς ἀνήγαγον καὶ μὴ θέλοντας · ἀναθεματιζέτωσαν τοιγαροῦν καὶ νῦν οἱ παραπλησίως ἐκείνοις τῶν Δεσποτικῶν ἐντολῶν ἀλογήσαντες, καὶ παρανομίας ἁπάσης πλατεῖαν τὴν πύλην καὶ εὐρύχωρον ἀναπετάσαντες, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γῆς εἰς τὴν οὐράνιον ἡμᾶς βασιλείαν καὶ ὀκνοῦντας ἀναβιβάσωσιν.

Anathemate nos perculerunt jamdudum synodus hæretica, et universus Iconomachorum consessus ; nec nos tantum, sed et patrem et patruum etiam nostrum, viros Christi confessores, et episcoporum gloriam, sed tamen anathematizatum in thronum archiepiscopalem intruserunt non volentem ; anathemate, nunc etiam non minus feriant illi, Domini mandata facientes flocci, sed et transgressioni cuicunque spatiosum et amplum portum aperientes, in eum finem ut me de terra in cœleste regnum transmittant.

ΕΠΙΣΤ. ΞΕ'.

Γεωργίῳ διακόνῳ καὶ ὀρφανοτρόφῳ.

EPIST. LXV.

Georgio diacono et orphanotropho.

Montacut. (ep. 136, p. 189).

Εἰ μὲν ἀπὸ τῆς γνώμης κρίνεις τὰ πράγματα, καὶ σκοπεῖς τὴν προαίρεσιν (οὕτω δὲ προσῆκε, καὶ θείων χρησμῶν ἐστιν ἡ ψῆφος), ἔχεις ἡμᾶς, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, λαμπρῶς ἐπὶ σοὶ στεφανωθέντας. Εἰ δὲ τοῖς ἔργοις δίδως τὸν στέφανον, ἡμᾶς μὲν οὐδ' οὕτως οὐδὲν ζημιώσεις. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τοῦτο, καίτοι τῶν καιρῶν ἡμῖν ἀντιπνεόντων, ἐνελίπομεν. Ἐκεῖνο δέ σε συνιέναι χρὴ, ὅτι ταῦτα ψηφιζόμενος, οὐχ ἡμᾶς μᾶλλον θατέρου τῶν στεφάνων ἀποστερεῖς, ἀλλὰ σεαυτοῦ ἑκάτερον ἀφαιρεῖς ὧν τε προξενεῖ τὰ ἔργα, καὶ ὧν πλέκει ἡ προαίρεσις.

Siquidem ab intentione de rebus actis judicas, et propositum consideres(quodpar est facere,quandoquidem ita divina præcipiant oracula), habes et nos, ne quid gravius dicam, splendide a te coronatos et honoratos :sin actis dederis coronam, nos nullo,nec sic quidem, damno afficies. Neque enim nos, licet tempore adverso, defecimus officio : et illud te oportet scire, quod ita decernendo, non tam nos alterutra coronarum privas, quam utramque a teipso tollis ; nempe quam largiuntur opera, et quam voluntas plectit et propositum.

ΕΠΙΣΤ. ΞϚ'.

Ἀναστασίῳ πρεσβυτέρῳ καὶ βιβλιοθηκαρίῳ Ῥώμης.

EPIST. LXVI.

Anastasio presbytero et bibliothecario Romano.

Montacut. (ep. 170, p. 244).

Ἀφ' ἱερᾶς μέν σοι, τὸ παροιμιῶδες, ὁ ἀγών · ὀψὲ δὲ τῆς χρείας, καὶ τῆς γνώμης οὐ μέμφομαι. Τὸν καιρὸν δ' ὁρῶ παρελάσαντα, καὶ μόλις δοκεῖ τοῦτον οὐκ ἀκόμψως ὁ αἰνιγματιστὴς ἀπεικάζων

A sacra linea, ut proverbium habet, tibi certamen sumitur. Nec reprehendo, quod post usum et cognitionem opportunitatem elapsam video. Nec inscite mihi videtur ænigmatica oratio hoc insinuare, quæ

fronte capillatam occasionem, a postico calvam pingit. Nam cum præterlapso tempore advenit, licet omnibus machinis persequatur, haud comprehendet tamen. Sed bene sit compatienti proposito tuo, utcunque tarde advenerit. Amici enim debent gratiam non usu et necessitate metiri, sed affectu et voluntate.

λόγος, ἔμπροσθεν μὲν ἀκερσεκόμην, ὄπισθεν δὲ κουρίαν ἐν χρῷ, διαγράψασθαι. Ἐπειδὰν γάρ τις ὀπίσω τοῦ χρόνου γένηται, κἂν μυρίαις αὐτὸν ἐπιδιώκῃ τέχναις, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ περιδράξασθαι. Ἀλλ' εὖγέ σοι καὶ τῆς διὰ βράδους ἐλθούσης συμπαθοῦς προαιρέσεως. Φίλων γὰρ, οὐχὶ τῇ χρείᾳ τὴν χάριν μετρεῖν, τῇ προθέσει δὲ κρίνειν τὴν εὔνοιαν.

EPIST. LXVII.
Damiano xenodocho.

ΕΠΙΣΤ. ΞΖ'.
Δαμιανῷ ξενοδόχῳ.

Montacut. (ep. 195, p. 293).

Si graviores quam delicta merentur pœnas irrogaveris, noli arbitrare te justitiæ fines non transilire : nam non tantum hoc rationi reddendæ te non subjiciet, licet legis prætextu fiat, sed duplicatæ injustitiæ reum facit, nimirum, quod injuriam intulit, et leges afficit contumelia : huc usque forsan æquum et legitimum est, ab injuria afficiente pœnam reposcere : at mensuram transgredi in inferendo supplicio, contra leges manifeste pugnat, et supplicio dignum facit eodem, quod irrogavit, si non graviore, certe non moderatiore : dat enim initium alteri injuriæ : si certe qui ab altero pœnas pro injuria reposcit, eo ipso debet ipse moderationem discere, ne juste ea pœna reposcatur ab ipso. Quod si debitorem decem millium talentorum animo recolas, et terribilem illam et horrore plenam comminationem, licet nihil extorquebat non debitum, tantum quod debitori non pepercit : scena illa et prætextus, te secundum leges facere, quid proderit ? quod auxilium tunc procurabit ?

Μὴ μείζους ἀπαιτῶν τὰς τῶν πταισμάτων εἰσπράξεις ἔξω νόμιζε δικαίας ποινῆς πράττειν · οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἀνεύθυνον, κἂν ἐπ' ὀνόματι νόμου τοῦτο ποιῇ τις, ἀλλὰ καὶ διπλοῖς ἔνοχον ἀδικήμασιν · ὅτι καὶ ἀδικίας ἄρχει, καὶ νόμους ὑβρίζει · μέχρι μὲν γαρ τοῦτο, ἴσον παρὰ τοῦ ἠδικηκότος λαβεῖν νόμιμον ἴσως τοῖς πολλοῖς καὶ οὐ χαλεπόν · ὑπερβεβηκότα δὲ τὸ μέτρον, ἔτι ποινὰς ἐπιζητεῖν, παράνομον φανερῶς καὶ τιμωρίας ἔνοχον ἧς ἀπῄτησεν, ἵνα μὴ λέγω βαρυτέρας, τέως οὐ μετριωτέρας · ἀρχὴ γάρ ἐστιν ἀδικήματος ἄλλου · καίπερ ὁ δίκην ἕτερον ὑπὲρ ὧν ἠδίκησεν, ἀπαιτῶν, αὐτόθεν ὤφειλεν ἔχειν τὸν σωφρονισμὸν, εἰς τὸ μὴ ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις τὴν δίκην ὀφείλειν, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔστιν ὀργῆς ἐμμανέστερον. Εἰ δὲ καὶ τὸν ὀφειλέτην τῶν μυρίων ταλάντων εἰς νοῦν ἀναλάβοις, καὶ τὴν φόβερὸν ἐκείνην, καί τοι οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅπερ ἐχρεώστητο ἀπῄτει καὶ φρίκης γέμουσαν ἀπειλὴν, ὅτι μὴ συγγνώμων ἐγίνετο τῷ ὀφειλέτῃ, τίνα ἂν σοι ἡ σκηνὴ τοῦ · κατὰ νόμον οἴεσθαι [r] πράττειν, καὶ παρανομοῦντι βοήθειαν ἐμπορίσῃ ;

EPIST. LXVIII.
Paulo monacho lapso.

ΕΠΙΣΤ. ΞΗ'.
Παύλῳ μοναχῷ ἀποστατήσαντι.

Montacut. (ep. 7, p. 71).

Deum nostrum Christum abnegavit Petrus : diffidebat eidem Thomas ; Judas autem prodidit. Tu autem si resipueris ab iis quæ contra nos, aut tuam potius salutem, furore percitus patraveris, quæ te ad mentem sanam reducere debebant, desperare noli. Nos enim, utcunque tute ipse emansor fueris, ab affectu in te nostro non excidimus. Sint Thomas et Petrus antiqua tibi exempla ad conversionem : sed et alios etiam collapsos conservabis, cum a casu tuo resuscitatus fueris. Quod si nequaquam pœnitentiam egeris, te licet dolentes sic affamur, reliquum est ut Judæ laqueum respicias.

Τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, ὁ Πέτρος ἠρνήσατο, ὁ Θωμᾶς ἠπίστησεν, ὁ Ἰούδας προὔδωκε, σὺ οὖν, εἰ μὲν μετέγνως ἐφ' οἷς, ἐξ ὧν ἔδει σε σωφρονεῖν, καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τῆς σῆς σωτηρίας, ἐμάνης, μηδὲν ἀπογνῷς. Οὔτε γὰρ τῆς ἡμῶν πρὸς σὲ, κἂν αὐτὸς ἐξέστης, ἀπίστημεν διαθέσεως, καὶ Θωμᾶς σοι τῆς ἐπιστροφῆς, καὶ Πέτρος, παλαιὰ παραδείγματα · σώσεις δ' ἴσως καὶ αὐτὸς ἄλλους σφαλέντας, δι' ὧν αὐτὸς ἀνέστης πεσών · εἰ δὲ μὴ μετανοῷς, κἂν ἀνιώμενοι, λέγομεν, πρὸς τὸν Ἰούδα σε βρόχον ὑπόλοιπον ἀφορᾷν.

EPIST. LXIX.
Monacho E. collapso.

ΕΠΙΣΤ. ΞΘ'.
Μονάζοντι Ε. πεσόντι.

Montacut. (ep. 12, p. 74).

Peccasti : humanum est. Sed peccato admisso inhæres, nec reverteris : hei mihi ! hoc diabolicum est. Considera, quæso, an non professus cum monachis sortem, et stipulatus angelicam conversatio-

Ἥμαρτες · ἀνθρώπινον τοῦτο. Ἀλλ' ἐπιμένεις τῷ κακῷ, καὶ οὐκ ἐπιστρέφῃ · δαιμόνων, οἵ μοι, τοῦτο. Σκόπει δὴ, μὴ ἀντὶ τοῦ παραγγεῖλαί σε εἰς τὴν τῶν μοναζόντων κληρουχίαν, καὶ ἐπαγγείλασθαί σε τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[r] ἴσ. οἶμαι.

τῶν ἀγγέλων πολιτείαν, εἰς τὴν τῶν δαιμόνων κατενεχθῇς μοχθηρίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπενεχθῇς τιμωρίαν· ὅτε πᾶσα πρόφασις ἀργεῖ, καὶ εἰς κενὸν ἡ μετάνοια.

nem, in infaustum dæmoniorum statum recidens, ad illorum pœnas præcipitaris, ubi cessat propositum, et frustratur pœnitentia.

ΕΠΙΣΤ. Ο'.

Ἀθανασίῳ μοναχῷ ἡσυχάζοντι.

EPIST. LXX.

Athanasio monacho anachoretæ.

Montacut. (ep. 20, p. 84).

Ὁ μὲν τῆς Ἐριστὴς [a] ἐπίσκοπος, ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς ὀρθωθεὶς, ἀνέῤῥωσε τοῦ πάθους· καὶ τῆς σχισματικῆς σηπεδόνος ἀπαλλαγεὶς, τῇ ὁλότητι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος, μέλους καὶ μέρους τάξιν ἀνειληφὼς, συνηρμόσθη, πολλὰ μὲν τῆς προτέρας καταγνοὺς φρενοβλαβείας, πολλοῖς δὲ δάκρυσι τὸ ἕδαφος ῥαίνων, οἰμωγαῖς δὲ πολλαῖς, καὶ ἐλεεινολογίαις τὴν παροῦσαν σύνοδον, ἀπαραίτητον ἐπ' αὐτὸν ὁρῶσαν, εἰς οἰκτιρμοὺς διαλύσας· καὶ ὁ γε ἀνὴρ [t] οὐχὶ πολιᾶς συγγνώμην ᾔτησεν ἀ κακίας· ἀλλὰ νεανιευμένην ἔδειξε μισήσας πονηρίαν. Οὐ γὰρ ἁπλότητος ἦν ὁ γέρων, ἀλλ' ἀπάτης θήραμα· ὧν, τὸ μὲν, βοηθείας μόνης· τὸ δὲ δεῖται καὶ προκαθάρσεως· ἀλλὰ γὰρ τοῖς ὑμετέροις πόνοις καλῶς τοῦ γέροντος ἐξεργασθέντος, καὶ τῶν τῆς νουθεσίας σπερμάτων προκαταβληθέντων, ἡμεῖς ἀπόνως αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἐκαρπωσάμεθα. Τῶν δὲ ἰατρικῶν εἰδῶν, πάντα μὲν οὐκ ἦν εὑρεῖν κατὰ χεῖρας· ὅσα δὲ παρῆν, ἀπεστάλη. Τῶν ὑπολοίπων ἡ φροντὶς, ἕως ἂν πορισθῶσιν, οὐκ ἐπιλείψει. Τοῖς δώροις δὲ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, ἐπὶ μέγα ἠγαλλιασάμεθα· μάλιστά γε τῆς ἀληθινῆς ἀγάπης ταῦτα πληθυνούσης [u], καὶ εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἐξαπλούσης, καὶ δι' αὐτῶν διδούσης εἰκονίζειν τὸ τοῦ βίου ὑψηλόν τε καὶ μετάρσιον. Ἐῤῥωσο.

Eristæ episcopus, vestris precibus erectus, a morbo convaluit, et de putredine liberatus schismatica, partis jam et membri munus obiens, cum ecclesiastico toto cœtu compaginatus est, priorem mentis suæ sanæ amotionem multis condemnans, lacrymis pavimentum rigavit multis, et præsentem synodum, quam in se videbat inexorabilem, lamentis, flebilibus sermonibus, tandem ad compassionem convertit. Nec veniam quasi insons canitiei deprecabatur, sed odio se habere ostendit, insolentiorem juventæ improbitatem. Certe non per simplicitatem senex, sed dolo captus peccaverat; horum duorum alteri opus est nudo auxilio, alteri autem purgatione. Cum vero per vestrum exhibitum ei studium optime reformetur ille senex, seminibus consilii prius sparsis, nos fructum illius salutis sine ullo nostro labore retulimus. Omnes porro species medicinæ nobis ad manus non erant præsto; quod erant in procinctu, missæ sunt. Cura de residuis, donec ipsæ suppeditentur, nec non deficiet. Donis nobis a tua sanctitate profectis maximopere exsultabamus: sunt autem imprimis illa a veraci profecta dilectione, quæ in eximiam magnitudinem et pulchritudinem succrevit, quæ amorem, unde oriebantur, faciunt vitæ excelsitatem et sublimitatem repræsentare.

ΕΠΙΣΤ. ΟΑ'.

Ζωσιμᾷ μονάζοντι καὶ ἡσυχαστῇ

EPIST. LXXI.

Zosimæ monacho et anachoretæ.

Montacut. (ep. 25, p. 85).

Ὀρειά σοι τὰ δῶρα, κάστανα καὶ ἀμανίται· ἀλλὰ βασιλικῆς πολυτελείας τὸ πλῆθος· καὶ τῷ μὲν ὀρείῳ ἥδυνας, οὐχ ὁμοίως δὲ τῷ πολυτελεῖ διέθηκας· ὄρη τε ἀδικῶν, καὶ βασιλείαν κλέπτων ἐν ὄρεσιν. Ἔγραψα ταῦτα, ἵνα καὶ συστείλῃς τὸ πλῆθος καὶ τὴν εἰδίαν φυλάττῃς τῶν δώρων· ἐβουλόμην σοι παραγενέσθαι, ἀλλὰ τῆς ὁρμῆς ἐσχέθην· ὅμως οὐχ εἰς μακράν, ἀνθ' ἡμῶν, σταλήται, ὃς, οὐ λέγω ἀναπληρώσει (οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ, οὐδ' ἄλλοτε ἡμεῖς), ἀλλὰ μετριώσει τὸ ὑστέρημα ἡμῶν. Τὰ δ' ἄλλα, ἐῤῥωσθαί σου τὴν πατρικὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

Montana tua munera sunt, castaneæ nempe et amanitæ; sed regiam adimplet munificentiam copia; montanismo delectasti, non perinde abundantia; montes lædis, et regnum tibi in montibus suffuraris. Hæc ideo scripsi, ut de copia demas, et in muneribus congruam retineas speciem. Vellem tibi præsens adesse, sed retardatur ille impetus; verumtamen non diu erit cum nostra vice ablegabitur qui non dicam adimplebit, (neque enim hoc aliquando vel ipsi præstare poterimus) sed admensurabit defectum nostrum. Cætera quod attinet. Deum veneror, paterna sua sanctitas valeat, nolito nostræ oblivisci mediocritatis.

ΕΠΙΣΤ. ΟΒ'.

Ἀθανασίῳ μοναχῷ καὶ ἡσυχάζοντι.

EPIST. LXXII.

Athanasio monacho et anachoretæ.

Montacut. (ep. 26, p. 85).

Εἰς τὴν τῆς ἡγεμονίας ἐπίστη ἀρχὴν, ὃν ἄρχειν τῆς πνευματικῆς ἀγέλης ἡ σὴ ὁσιότης διὰ δοκιμῆς

Ad principatum et magistratum promotus is est, quem tua sanctitas, experientia capta, præesse

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἴσ. Ἐριστῆς. [t] Ἴσ. διὰ. [u] γρ. πληθυούσης.

gregi fecit spirituali. Precare ergo, Pater, ut nec A tuo judicio decipiaris (est enim hoc vel imprimis, si quid aliud, congruum cum tuæ sanctitati, tum etiam illi), nec manuum nostrarum impositio ad reddendam vocetur rationem, sed ut plane dignus ille demonstretur et vestro suffragio, et spe nobis concepta. Cætera quod spectat, valere exopto tuam sanctitatem, et nostræ mediocritatis jugiter meminisse.

ἐποιήσατο. Εὔχου οὖν, Πάτερ, μήτε τὴν σὴν σφαλῆναι κρίσιν (τοῦτο γὰρ τῇ τε σῇ ὁσιότητι, κἀκείνῳ, εἴπερ τε ἄλλο, λυσιτελέστατον), μήτε τὴν ἡμῶν χειροθεσίαν εὐθύναις ἐνορᾶσθαι· ἀλλ' ἄξιον τὸν ἄνδρα, τοῦ τε ὑμετέρου ψηφίσματος, καὶ τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων ἀναδειχθῆναι· τὰ δ' ἄλλα ἐρρῶσθαί σου τὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

EPIST. LXXIII.
Eidem.

ΕΠΙΣΤ. ΟΓ'.
Τῷ αὐτῷ.

Montacut. (ep. 27, p. 86).

Ad ea quæ attendere debuit is, qui vestræ B sanctitatis litteras attulit, brevissimo et opportuno tempore instruebatur. Præstitit ille se morigerum vel maxime, et pollicitationibus declaravit fructum se laturum admonitionibus illis dignum, nimirum quoad cætera, complacente Deo, vitam instituere, nec vel digitum, quod dicitur, attollere absque vestra directione; Deum oro ut respondeant facta verbis, ne si forte in saxa seminantes, destituat nos tempus agri metendi.

Ὧν ἔδει κατήκοον γενέσθαι τὸν γραμματοφόρον τῆς ὑμῶν ὁσιότητος, ὡς ἐν βραχυτάτῳ καιρῷ, πάντα παρηνέθη, καὶ αὐτὸς αὑτὸν εὐπειθῆ, καὶ καρπὸν οἴσειν τῶν παραινέσεων ἄξιον, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἔδειξε, τά τε ἄλλα Θεῷ εὐαρίστως βιοῦν, καὶ μηδὲ τὸν δάκτυλον, ὃ δή φασι, κινεῖν τῆς ὑμετέρας χωρὶς ἐπικρίσεως· εὐχόμεθα δὴ τοῖς ἔργοις συμβαίνοντας ἰδεῖν τοὺς λόγους, ἵνα μὴ σπείραντας εἰς πέτρας, ὁ τοῦ γεωργίου καιρὸς ἡμᾶς ἐξελέγξειεν.

Monachi symbolorum inordinate se gesserunt, qui censuram sibi arrogarunt et potestatem abbatis deponendi. Idem facinus ausi, ac si in aurigam insurgerent equi, greges in pastorem, nautæ in nauclerum: imo multo hoc magis absonum est, ut monachi audacia contra hegumenum insolescant, qui rationem aliis tenetur et non ipsis reddere. Si quid ab illo delictum fuerat, judicem adire majorem debebant, nec ad se arripere judicium episcopale, cum vix in numero consistant judicandorum. Nihilominus cum ad vestram confluxerint sanctitatem, remittitur illis audax illud anarchiæ facinus, et seditionis motæ, sed ita ut se recipiant promittendo de cætero futuros obedientiores; id autem ita demonstratum dederint, si in abbatem consenserint a tua sanctitate nominatum; neque enim illa versentur opinione, toleratum iri ut qui ad seditionem elati commovebantur, in illum denuo consentiant et conspirent eligendum, quem, calculis prius scriptis, sibi designarant. Sufficere delinquentibus debet si veniam de admissis impetraverint; nequaquam vero aspirabunt D ad non delinquentium prærogativam, ut ne res indifferentes, bonum, malum, recte agere, et delinquere habeantur, judicio de utroque indifferenter affecto. Cætera quod spectat, precor tuam valere sanctitatem, et nostræ mediocritatis non oblivisci.

Οἱ δὲ τῶν συμβόλων μοναχοὶ ἀτάκτως ἐχώρησαν ἑαυτοῖς τὴν περὶ τοῦ σφῶν ἡγουμένου ἐξουσίαν καὶ κρίσιν ἐπιτρέψαντες· ἴσον γάρ ἐστιν ἵππους ἡνιόχων κατεξανίστασθαι, καὶ πρόβατα τοῦ ποιμένος, καὶ ναύτας τοῦ κυβερνήτου· μᾶλλον δὲ πολλῷ ἀτοπώτερον, μοναχοὺς τῶν καθηγουμένων καταφρυάττεσθαι, οἱ λόγον ὑπέχειν αὐτῶν ἑτέροις, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις, ἐπιστεύθησαν· εἰ δέ τι πλημμελεῖ, μείζονα κριτὴν ἐπιζητεῖν ἔδει, ἀλλὰ μὴ ἁρπάζειν τὴν κρίσιν τῶν ἀρχιερέων, τοὺς ἐν τῇ τῶν κρινομένων χώρᾳ μόλις ἐξεταζομένους· ὅμως ἐπεὶ τῇ ὑμετέρᾳ προσερρύησαν ἁγιωσύνῃ, ἄφεται αὐτοῖς τῆς ἀναρχίας τὸ τόλμημα, καὶ τῆς στάσεως, εἰ καὶ αὐτοὶ εὐπειθῶς τοῦ λοιποῦ πολιτεύεσθαι διαβεβαιώσαιντο· δείξουσι δέ, ἐὰν ἕνα τινὰ, ὃν ἂν βουληθῇ σου ἡ ὁσιότης, εἰς ἡγούμενον δέξονται· μὴ γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ νοῦν ἦκοι, ὡς οἱ καταστασιάζειν ἐπαρθέντες, ἀνδρὸς, ὑπὲρ οὗ τὰς ψήφους ἐγγράφους ἔθεντο, αὖτοι πάλιν ψηφίζεσθαι καὶ μαρτυρεῖν ἀξιωθήσονται· Ἀρκεῖ γὰρ τοῖς πλημμελοῦσιν ἡ τῶν ἁμαρτηθέντων συγγνώμη· τὸ δὲ προνόμιον τῶν ἀνεξαμαρτήτων οὐχ ἕξουσιν, ἵνα μὴ ἀδιάφορον τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, καὶ τῷ κατορθοῦν τὸ ἁμαρτάνειν, ἐν ἀδιαφόρῳ τῇ ἐφ' ἑκατέρου κρίσει λογίζοιτο. Τὰ δ' ἄλλα, ἐρρῶσθαί σου τὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

EPIST. LXXIV.
Barnabæ monacho.

ΕΠΙΣΤ. ΟΔ'.
Βαρνάβᾳ μονάζοντι.

Montacut. (ep. 41, p. 98).

Quid paupertatem defles? Justus non deseritur. Imo (inquies) deserebatur Job. Sed eo fine, ut impium illum vincendo vinceret qui per summam impudentiam, purissimam ipsius pietatem vitæ prospero cursu et felicitate volebat cauponari, atque

Τί θρηνεῖς πενίαν; δίκαιος οὐκ ἐγκαταλιμπάνεται. Ἀλλ' Ἰὼβ ἐγκατελείφθη. Ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν πονηρὸν εἰς κράτος νικήσῃ εὐπαθείᾳ καὶ βίου εὐροίᾳ, τὴν αὐτοῦ καθαρὰν εὐσέβειαν καπηλεύειν ἀναισχυντήσαντα· καὶ ἵνα πλέον ὢν ἐγυμνώθη, ὀφθείη περι-

βαλλόμενος · ἀλλὰ καὶ Παῦλός φησιν · Ἐν λιμῷ καὶ δίψει διεβίω, καὶ ψύχει καὶ γυμνότητι · ἀλλ' ἑκών. Ἀλλ' ἀρκεῖ σοι Παῦλον ἔχειν ἀντὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης εὐδαιμονίας εἰς παράδειγμα.

A ut longe pluribus instructus, quam quibus privabatur, videretur. Sed et Paulus inquit: In fame atque siti vixi, in frigore et nuditate; sponte tamen. Sufficiat autem tibi Pauli exemplum pro quibuslibet opibus, et quacunque felicitate.

ΕΠΙΣΤ. ΟΕ'.

Σωφρονίῳ μονάζοντι.

EPIST. LXXV.

Sophronio monacho.

Montacut. (ep. 42, p. 98).

Ὥσπερ αἱ ἀπὸ τῶν τραυμάτων οὐλαὶ, τοὺς τόπους ἐκείνους, καθ' οὓς ἐνεσκιῤῥώθησαν, καὶ μετὰ ὑγείαν εὐπαθεῖς καὶ νοσώδεις παρασκευάζουσιν · οὕτω καὶ οἱ ἐν τῇ ψυχῇ τῶν ἁμαρτημάτων μώλωπες, καὶ μετὰ τὴν θεραπείαν εὐπαράδεκτον αὐτὴν καὶ ἑτοίμην πρὸς τὴν καταστίξασαν ἁμαρτίαν ἀπεργάζονται · φεῦγε τοίνυν ἐν νεότητι, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν, τὰ ἁμαρτήματα · ὅτι συμβάν σε τούτοις περιπαρῆναι, κἂν τῆς πληγῆς σὺν πόνῳ πολλῷ ἀπαλλαγεὶς ν, ἀλλ' οὖν οἱ τύποι τῶν στιγμάτων καὶ οἱ χαρακτῆρες, οὐδὲ μέχρι γήρους σχολάσουσιν ἐρεθίζοντες, καὶ τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν παθῶν ἐπιδεικνύντες τὸ εἴδωλον, οὐ χαλεπῶς σε πρὸς τοῦτο διαμορφώσουσιν.

Quemadmodum obducta cicatricibus vulnera locos illos, in quibus callum superinductum habent, etiam post curationem morbis et impressionibus aptos reddunt: ita et animæ per peccatum inflicti livores, ipsam reddunt (post curationem) apte dispositam et paratiorem ad stigmata per peccatum inurenda. Declina igitur per adolescentiam peccatum omni studio: quoniam si te ab illis confodi contigerit, utcunque te a plaga cum multo labore extricaveris, stigmatum tamen impressa vestigia et characteres, usque ad senilem ætatem non omittent irritationem: et cum tibi familiarium malorum et congenitorum imagines repræsentaverint, non difficulter te ad illa conformatum reddent.

ΕΠΙΣΤ. ΟϚ'.

Μητροφάνῃ μοναχῷ ἀποστατήσαντι.

EPIST. LXXVI.

Metrophani monacho apostatæ.

Montacut. (ep. 65, p. 118).

Οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδ' ὁ τέλειος, ἀπὸ ῥύπου καθαρὸς · καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδ' ὁ κάκιστος, παντελῶς ἀμέτοχος ἀρετῆς · δόγμα παλαιὸν καὶ μέχρι νῦν ταῖς ἁπάντων καὶ ψήφοις καὶ πράξεσι φυλαττόμενον. Μὴ θελήσῃς λῦσαι, τῷ κατὰ σαυτὸν ὑποδείγματι, κενὸν ἁπάσης ἀρετῆς σαυτὸν ἐπιδείξαι φιλονεικῶν καὶ κενὸν ἀνθρώποις διήγημα.

Nemo mortalium, ne quidem perfectus, a maculis purus et sordibus. Nullus homo, ne quidem pessimus, quin alicujus virtutis particeps sit: antiquum dogma est, etiamnum singulorum calculis et actionibus custoditum. Noli tu id, non exemplo evacuatum reddere: dum te penitus inanem, et quantalibet virtutis portione vacuum contendis exhibere, et fabula apud cunctos inanis fias.

ΕΠΙΣΤ. ΟΖ'.

Τῷ αὐτῷ.

EPIST. LXXVII.

Eidem.

Montacut. (ep. 66, p. 118).

Ἔπεσε Δαβὶδ, ἀλλ' ἀνέστη · ἀνέστη δὲ προσευχῇ προφήτου, καὶ δάκρυσι ϰ, καὶ πικροῖς ἐλέγχοις προσαχθεῖσιν ὑπὸ δράματι · ναὶ δὴ καὶ πόνοις καὶ μεταμελείᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ αὐτοῦ ἐκείνου, τοῦ κατενεχθέντος μὲν τῷ πτώματι, διατιθέντος δὲ φιλοσόφως πρὸς τὸν ἔλεγχον. Ἔπεσες καὶ αὐτός · καὶ προφήτην οὐχ ὁρῶ · ὅτι μηδὲ τοῦ Δαβὶδ ταπεινοφροσύνην καὶ μετάνοιαν · σὸν ἐστι λοιπὸν καθορᾷν καὶ φροντίζειν ὅπως ἀναστήσῃ τοῦ πτώματος, εἰ μή σοι τὸ δοῦναι δίκην καὶ τότε, τὴν ἐκεῖθεν τοῦ διαφυγεῖν, ἐστὶν αἱρετώτερον.

Cecidit David, sed surrexit: surrexit autem per prophetæ preces, acerbis lacrymis, et amaris reprehensionibus, ficta quidem persona, occulte intentatis. Sed et per labore insuper, pœnitentiam, et virtutes alias ipsius qui per lapsum sternebatur. Comparatur autem philosophice ad taxationem. Cecidisti et tu: prophetam nullum video; non Davidis humilitatem animi, non resipiscentiam. Ad te deinceps spectat videre et curare, ut a lapsu resusciteris, nisi tibi dare pœnas olim in votis magis hæreat proposito, quam a supplicio expediri.

ΕΠΙΣΤ. ΟΗ'.

Εὐθυμίῳ μονάζοντι παραπεσόντι.

EPIST. LXXVIII.

Euthymio monacho collapso.

Montacut. (ep. 68, p. 119).

Εἰ μήτε τῆς ἐκεῖθεν βασιλείας ὁ πόθος, μήτε τῆς ἀπαραιτήτου τιμωρίας ὁ φόβος, ἀλλὰ μηδὲ τῶν ὁμοίως σοι τὸν βίον ἐν τοσαύτῃ πονηρίᾳ καταδαπανησάν-

Si neque cœlestis regni desiderium, nec ineluctabilis supplicii metus, nec eorum, qui tui similes, vitam tam insigni improbitate fœdam transigerunt,

VARIÆ LECTIONES.

ν γρ. ἀπαλλαγείης. ϰ ισ. add οἰκείοις, non enim prophetæ Nathanis.

dura, difficilia et intoleranda quæ statim passi sunt, A sed nec ab omnibus ingesta opprobria, ad conversionem et sobrietatem ab audacibus facinoribus adhuc excitarunt : vereor ego certe, ne dæmonum natura formam in te simulaverit humanam. Utinam nunquam me ad ista proferenda adegisses. Certe procœmia nobis venturi Antichristi in temetipso exhibes.

των, τὰ κατὰ πόδας χαλεπὰ καὶ δύσοιστα πάθη, μήτε τὰ κοινὰ παρὸ πάντων ὀνείδη, πρὸς ἐπιστροφήν σε καὶ νῆψιν τῶν τολμωμένων οὕπω διεγείρει· δέδοικα μὴ δαιμόνων φύσις ἀνθρώπου μορφὴν ὑποκρίνηται. Ἀλλ' εἴθε μὴ συνήλασας ἡμᾶς ταῦτα εἰπεῖν, καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου διὰ σοῦ ἡ παρουσία προοιμιάζεται.

EPIST. LXXIX.

Marco Siculo monacho.

ΕΠΙΣΤ. ΟΘ'.

Μάρκῳ Σικελῷ μονάζοντι.

Montacut. (ep. 84, p. 130).

Multi historici docent, quod cum per terrarum B orbem totum impietas diffundebatur, Saturnum, Venerem, et Proserpinam, Occidentales solos pro diis habuisse : et quod neque malorum toleratissimum Herculem, nec Vulcanum laudandum artificem, nec rhetoricantem Mercurium, nec alium quemlibet eorum, quos fabulæ operum optimorum et ingenuorum præsides et curatores suggerunt, in deorum album retulisse, aut admittere voluisse : sed nec aram justitiæ, temperantiæ, aut alicui alteri virtuti ædificasse, quas multas mortales tum deificabant, et superstitione prævalente colebant. Quid erat autem cur apud istos Saturnus, Venus, Proserpina colebantur, solum eo quod homines solis addicti erant voluptatibus ventris, et rerum venerearum. Certe enim illos quos colebant deos miscentes invicem, et promiscuis complexibus inhærentes, alimenta, luxum, omne genus voluptatum, ab illis diis, ut verbis ferebant, fluentes, actionibus suis coacervabant. Non est ergo mirum, si tu, qui genus ab Occidentalibus derivas, nihil prudens aut temperatum dicere vel facere possis : certe paternæ consuetudines vix aut ne vix quidem corrigis et in ordinem redigi possunt maxima adhibita diligentia, cura, et laboribus.

Τοὺς πρὸς Ἑσπέραν ἀνθρώπους, ὅτε πανταχοῦ γῆς ἐξήπλωτο ἡ ἀσέβεια, Κρόνον, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ Περσεφόνην μόνους νομίζειν θεοὺς τῆς ἱστορίας ἡ πεῖρα παρέδωκεν, καὶ οὔτε τληπαθῆ καὶ καρτερικὸν Ἡρακλέα, οὔτε Ἥφαιστον κλυτοτέχνην, ἀλλ' οὐδὲ λόγιον Ἑρμῆν, οὐδ' ἄλλον τινὰ ὧν ὁ μῦθος χρηστῶν καὶ σπουδαίων ἔργων προστάτας καὶ ἐφόρους ὑποτίθεται, οὐδένα τούτων οὔτε θειάσαι, οὔτε παραδέξασθαι, οὐδὲ βωμὸν ἱδρῦσαι δικαιοσύνης, οὐ μὴν οὐδὲ σωφροσύνης, οὐδ' ἄλλης τινὸς ἀρετῆς, ἣν τηνικαῦτα τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐθεοποίει τε καὶ ἔσεβε δεισιδαιμονίᾳ κατεχόμενον· διὰ τί οὖν Ἀφροδίτη, καὶ Κρόνος, καὶ Περσεφόνη τούτοις ἐτιμήθησαν ; ὅτι μόνης ἡδονῆς καὶ γαστρὸς καὶ ἀφροδισίων ἀεὶ γεγόνασιν ἄνθρωποι. Καὶ γὰρ καὶ τούτοις οὓς C ἔσεβον, μιγνύντες ἀλλήλοις καὶ διαπλέκοντες, τροφάς τε καὶ τρυφὰς καὶ ἡδονὰς παντοίας ἐκεῖθεν αὐτοῖς τῷ λόγῳ ῥεούσας διὰ τῶν πράξεων συνελέγοντο. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ σὺ τὸ γένος ἕλκων ἐξ Ἑσπέρας, οὐδὲν, οὔτε σῶφρον λέγειν ἔχεις, οὔτε διαπράττεσθαι. Μεγίστῃ γὰρ σπουδῇ καὶ πόνοις καὶ μελέταις τὰ ἐξ ἔθους καὶ πατρίδος μόλις ποτὲ φιλεῖ μεταῤῥυθμίζεσθαι·

EPIST. LXXX.

Sabæ anachoretæ, cum apostatis immorato.

ΕΠΙΣΤ. Π'.

Σάβᾳ ἡσυχαστῇ, μετὰ τῶν ἀποστατῶν γεγονότι.

Montacut. (ep. 90, p. 133).

